flos Flosculus sacramentorum editus in quo
ex sacramentis scire clericus opor[tet]

6

licentia fere accipit
in malam partem

compro le el P.e Melchior de valladolid para la casa professa de la comp.a de Jesus

Grammatica Joan. Despauterij.

Prima pars grammatice Joannis Despauterij Niniuite diligentius ab Ascensio recognita et impressa in qua nominum significata: aut in formatione genitiui: aut in heteroclisi fere explicantur.

¶ Additus est preterea index dictiones in hoc opere insertas abunde complectens.

¶ Adnotamentis que huic prime parti grammatice Despauterij nuperrime accesserunt hanc notam * prepositam videbis.

B. E



1531

Prefatio Deſpauteriana.

¶ Joannis Deſpauterij Niniuite in primam grammatice ſue partem prefatio ad excellentem pontificij iuris doctorem. M. Balduinum Braetz optimi maximi dei noſtri ſacerdotem vite probitate inſignem.

POſt lingue latine a Gotthis reliquiſq; barbaris miſerabiliter la-
niate: ac propemodũ extincte: per neotericos inſtauratione͂ a diui-
no numine preſtitã Alexandri doctrinale doctiſſimo cuiq; viſum
eſt puerorũ lectione indignũ: vtpote nimis tenebroſum: citra vti
litatem prelongum: plerũq; etiam barbarum: ſufficie͂s: et falſum.
Quocirca vt Alexander vndiq; exularet: ceperunt pleriq; gram-
maticam latiniorem verioremq; ſcribere In Jtalia quidem Ni-
colaus Perottus / Joannes Sulpitius / Antonius Mancinellus / Aldus Manuti⁹.
Jn Gallia Guilielmus Tarduus / Robertus Guaguinus / Jodocus Badius de
lingua latina bene meritus. Jn Hiſpania doctiſſimus Hiſpanorum Antonius Ne
briſſenſis. Jn Germania Henricus Bebelius cum Jacobo henrichmanno. Jte͂ pre
ceptor meus literatiſſimus Gerardus Canniſius eloquentiſſimus / ſacre theologie
baccalaureus: nunc archididaſcalus Buſcoducenſis. Scripſerunt et plures: quos
nimis longum foret enumerare. Pleriq; videntes difficillimum fore Alexandri exi
lium: tot barbaris contra nitentibus: non noua quide͂ cuderunt: ſed Alexandrinos
verſus: ſi qui falſi occurrebant / emendarunt: ſuperfluos reſecando inter quos prin
cipatum tenent Hermannus Torrentinus Hollandus / et Joannes Cuſtos Brech
tanus olim preceptor meus: nunc iuuentutis Antuerpiane moderator prudentiſſi-
mus. Jtaq; tot iam de arte grammatica volumina in lucem prodiere: vt nullis fer
me in literarijs ludis ijdem authores legantur non ſine maximo adoleſcentuloru͂
damno: qui ad ſcholam aliam quoties mittuntur: priora fruſtra didiciſſe cenſentur
omnia: nec erit rei tam pernitioſe finis vlla: donec vnus reliquis preferatur: hic
quis erit / nouit deus. Poſt tantam igitur ſcriptorum copiam: opereprecium factu-
rum me credidi: ſi et ipſe grammatice precepta literis mandarem. Ergo Syntaxi
et ſtichologia editis prima͂ grammatice partem publicare decreui: rem compoſitu
(vt credunt) facillimam. Quis enim vel grammaticulus vel magiſtellus nõ ſe opti
me (ſi velit) hanc partem exequi poſſe arbitretur? Uerum enimuero tale eſt huius
partis elucubramentum: vt ſibi quiuis ſperet idem: ſudet multum fruſtraq; labo-
ret / auſus idem. Quantum putas elaborandum fuiſſe: vt in generibus: et declina-
tionibus aliorũ labyrinthos euitarem? Nempe ferme omnes pueris ignotiſſimas
propoſuerunt ambages: vtpote per es breue: es longum etc. Etenim ſi Alexandrum
roges: trames qui faciat genitiuum caſum tramitis inquiet: quia eſt maſculinum
in es breue. Cur maſculinum? Quia in es breue deſinit. Non intelligo mi Alexan-
der quenam nomina in es breue: que in es longum / deſinant. Oro igitur / ediſſere
mihi. Cur trames in es breue deſinit? Quia nomen in es deſinens cuius geni-
tiuus itis penultima breui efficit: corripit es. Audiſti ne nobilem grammatiſtam
oppido q̄ꝫ probe pueros eludentem? Eiuſmodi ſunt plurimi quum apud Priſcia-
num: tum apud Alexandrum: et reliquos pene omnes preter Phocam: et qui illum
imitatur Nebriſſenſem fedi ignorantie circuli: quos noſtris in libellis nullos con-
ſpicies. Jn heteroclitis haud parum laborauimus / non propter Alexandrum mo-
do verumetiam propter alios quoſdam minime proletarios: qui multa non hetero
clita inter heteroclita reiecerunt. Jn preteritis et ſupinis magnum mihi negocium
ſecunda coniugatio exhibuit: dum per terminationes deo: geo: queo etc. ac per quan
titates pueris ignotas nolui procedere: et dum in omnibus dictionibus ſtudui vt
eadem ferme carmina darentur de ſupinis: que de preteritis. Jd totum per dei gra
tiam confecimus. Jn reliquis diligentiam noſtram lector facile deprehendet. Qua
re ne vani Suffeni more / mea plus equo admirari cenſear: ſat eſt pauxillula dixiſſe
Si cui nimis longum hoc opus videatur / oro: vt diligenter conſideret ſecluſis di-
ctionum declarationibus q̄ꝫ ſuccincte concluſerim omnia: et in neotericis hoc ope-
re breuius nullum inueniet. Etenim carmen noſtrum: etiam licet annumeres ver-
ſus de quantitate genitiui in verſificatoria poſitos: breuius eſt Alexandrino car-

mine: quantum ad primam grammatice partem attinet versibus quadringentis et amplius citra obscuritatem: nulla regula pueris necessaria omissa: vt diligenter omnia perscrutanti facile liquebit. In glossematis multa posui non vt omnes omnia ediscant: verum vt pro suo quisque captu nostro e fonte hauriat. Ideo bonus preceptor animam imitari studebit: que alimenta ad quasque corporis partes dirigit: dans cuique quantum necessarium est: sic et preceptor faciat: quia vt Horatius ait. Omne superuacuũ pleno de pectore manat. Quapropter sat erit obtusioribus: literam vel (vt vulgus dicit) textum cum sententiola et duobus tribusve exemplis memoria tenuisse. Ceteri quibus fortunatius ingenium contingit reliqua ediscent: alij alijs plura pro suo quisque captu: quod totum preceptoris prudentie committimus. Necnon caute satis considerantes plurimi hallucinantur. Nam quidam paucissimis preceptunculis neque adeo difficilibus grammaticam absoluentes hebetioribus consulunt: ingeniosis minime satisfacientes. alij ne quid triuialiter effutire dicantur: tenebris literaturam inuoluunt: vt obtusiores aut nihil aut minimum fructus inde consequantur. Ego autem (absit verbo inuidia) ita hanc rem temperaui: vt nec obtusus: nec ingeniosus: iure possit conqueri. Ceterum vt cuncque fecerim: scio non fore esopicos canes: quibus nec bene agere animus est: nec sinere alios recte facere: stimulante illos inuidia. cuius mores nimirum sunt teste Martiale. Preferat antiquos semper vt illa nouis. Huic tacitus concinit in libello de oratore dicens. Uitio malignitatis humane vetera semper in laude: presentia in fastidio sunt. Indocti omnes queruntur: vt in epistola ad Augustum pulchre docet Horatius. et Hieronymus ille sanctissimus sepe tulit egerrime: dum in singulis fere libris cogebatur aduersarijs respondere: conquerens et dolens vicem miserandorum hominum qui turbulento riuo quam de purissimo fonte potare malunt Ita et nunc sunt qui malunt Alexandri oleta: quam doctissimorum vnguenta odorari. Parui estimabantur Uergilius ceterique suo tempore: vnde martialis ait. Ennius est lectus saluo tibi roma Marone. Et sua riserunt secula Meoniden. Ob hec facile crediderim inuidos superstite Cerere palam semper glandibus victitasse: ne Cereris inuentum laudare videantur: eosdem clanculum panem comesse opinor: vti diuus Hieronymus plerosque ait in publico detrahere: et legere in angulis: vt Horatij liuidus ille: laudat amatque domi: premit extra limen iniquus. Quocirca inuidiam floccifacio. et cum Martiale. Si post facta venit gloria: non propero. tametsi non tam gloriam venari quam posteris prodesse cupio: vt pro me miserrimo peccatore rogent. Sat itaque habeo: si cãdidis et doctis placeo: tibique in primis excellentissime doctor: cui hoc opus nuncupo: non vt ad grammatice elementa reuocem: sed vt operi meo defensorem: et patronum parem: nisi esse recuses. Uidebor cuique forte rem facere indignam: qui opus tam vile: vtpote de primis grammatice elementis: tanto doctori ausim dedicare: contra quem exemplis me tuebor. Neque enim Agretius opusculum suum. Enchirisio episcopo: nec Antonius Nebrissensis. Isabele Hispaniarum regine: nec plerique alij suam literaturam summis viris dedicare veriti sunt. quandoquidem longe prestantior est grammatica quam vulgus imperitum credit. Ideo tuam dignitatem obnixe oro: vt hoc opus tuo nuncupatum nomini hilariter excipere digneris. Uale amicissime et peritissime doctor Bergis apud diuum Guinnocum decimoseptimo. Kalendas Septembres. Anno domini sesquimillesimo duodecimo. Imprimebat autem Badius ad decimum kalendas Martias. Anno supputatione Romana.

M. D. xviij.

Index alphabeticus dictionum in hoc opere contentarum Incipit.

¶De litera D.

De litera. N.

De litera. O.

De litera. P.

Tabula Alphabetica.

De litera Q.

De litera R.

Tabula Alphabetica.

Tabula Alphabetica.

¶ De litera. X.

¶ De litera. z.

¶ Finis.

¶ Regestum huius operis.

Aa a b c d e f g h i k l. Omnes sunt quaterni preter Aa qui est quinternus.

¶ Grammatice Despauteriane Liber primus.

De nominum generibus.

¶ Regule generales.

OMne viro soli quod conuenit esto virile.
Omne viri specie pictum vir dicitur esse.

¶ Omne nomen soli viro datū/est masculini generis. vt Joannes/Gabriel/Juppiter/Papa. Uir hic dr esse: quicq̄d vt vir pingitur: veluti/Adā/Deus/angelus. Exempla huius regule sunt quintuplicia. ¶ Primo propria nomina viroꝝ. vt Seneca/hercules/catilina/hannibal. ¶ Secundo propria nomina angelotam bonoꝝ: vt Gabriel/ Ariel/Michael. q̄ maloꝝ vt Lucifer. Beelzebub. at sa..as appellatiuū est: vt Cherub. ⁊ Seraph masculina: quoꝝ pluralia siue in m: in n literam desinant: cherubin ⁊ seraphin; dubij generis sunt: q2 masculini vel ..tri gn̄is. vt beata cherubin ⁊ seraphin. De his habete? Masculei aut neutri ge..s cherubin seraphin sunt. Domitiano: virtus: potestas. feminini generis sunt: ..a non angelorum vocabula sunt: sed potius chororum vel ordinum.

Uir hic quid dicit esse.

..Tertio propria deorum: quorum imagines Idola dicuntur: penultima longa: vt ..ars deus belli. Cupido deus libidinis: Uulcanus deus ignis. sic Juppiter. Bac..s. Eolus. Pluto. Neptunus ⁊c. ¶ Quarto propria ventoꝝ: q2 pinguntur specie ..i: vt Boreas vel aquilo/aphricus/notus/eurus/zephirus/cecias/apeliotes/..etesiae/iapix. ¶ Quinto appellatiua solis viris data sub terminatione quam ..ent: vt Nauta presbyter/..ulio/scriba/scurra ⁊c. Notandū idē nomen q̄nq3 esse ..priū ⁊ appellatiuū: sub vario plerūq3 genere. nam Juba regis Mauroꝝ propriū ..culinū est. Juba ꝓ crine in collo equi: aut leonis femininū. sic felix/clemens ⁊c.

Nomina ventoꝝ

Juba.

..Genera tribus modis noscunt. Significatione: vt Joannes est mascu. gn̄is: quia ..rem significat. Terminatiōe: vt vulpes feminini generis: quia terminatur in es ..thoritate. vt talpa aliquando est masculini generis: q2 Uerg. dixit. Talpe oculis ..i. ¶ Puerilis est ratio. Petrus est masculini generis: quia preponit ei hic. Nam ..ei preponit. Nonne q2 est masculinum: Uides ne ignorantie circulum? dic ergo ..rus est masculinum: q2 est proprium nomē viri ⁊c. Talpa est dubium: quia in ..erso genere reperitur non propter sexus discretionem.

Gn̄a tribus modis noscūtur.

..to femineum: recipit quod femina tantum.
..emina dicatur facie pictum muliebri.

..Omne nomen soli femine datum: est feminini gn̄is. Femina hic dicit quicq̄d spe.. muliebri pingitur: vt dea/nympha/furia ⁊c. veluti venus/echo/alecto ⁊c. Exem..a huius regule sunt triplicia. ¶ Primo ꝓpria mulierū: vt paula/glycerium/custo..um/missis thais/dido tanaquil ⁊c. ¶ Secundo propria dearū ⁊ nymparū atq3 ..iarum ⁊c. que omnes dee aliquando dicuntur: vt rhea mater deorum ⁊ saturni ..or eadem est ops/cybele ⁊ tellus. Uenus dea amoris. Proserpina regina inferni: ..or: scilicet Plutonis. Persephone idem. Diana vel Phebe: id est luna. Alecto vna ..riarum. Celeno vna harpyiarum. Ceres dea frugum ⁊ ipsum frumentum atq3 ci..s: quia regula est. Nomina deoꝝ ⁊ dearum sepe capiuntur pro rebus quibus pre..e credebant: vt Bacchus pro vino. Uenus pro amore. Uulcanus pro igne. Mars ..o bello. Minerua ꝑ sapientia. Nereus pro mari. Tellus pro terra. Lar ꝑ domo. ..erminus pro limite aut palo: nec ob hoc variant genus. Terentius. Sine cerere ..baccho friget venus. Pales est pabuli dea. aliquando deus vocatur: vt venus te..es sunt. Macrobius ⁊ Seruius. Uergi. de venere. Descendo ac ducente deo flam..am inter ⁊ hostes expedior. ¶ Tertio feminini generis sunt per hanc regulā ap..ellatiua solis femininis data: vt soror/vxor/saga: id est incantatrix: obstetrix: que ..reest parientibus.

Rhea. Ops Cybele Uenus. Proserpina. Persephone. Diana Phebe. Alecto. Celeno Ceres. Bacchus Minerua Nereus Tellus Lar Termin⁹. Pales.

Quicquid vtriq3 datur: commune locatur vt exul.

Saga. Obstetrix.

¶ Omne nomen sub vna terminatione viro et femine datū est communis generis. vt exul qui vel que exulat. auriga q̄ vel que currū agit. Idololatra qui vel q̄ falsos deos adorat. Homicida qui vel que hominē occidit. Macedo qui vel que in macedonia nascitur. sic saxo/bruto/friso/laurens et c. sed melius dicimus frisius frisia. Dixi sub vna terminatione: quia vbi diuerse sunt terminationes: diuersa sunt genera vt hic gallus hec galla. hic poeta hec poetis vel poetria. de hoc ponet vna regula. ¶ Mancipiū et scortum neutri generis sunt per sequentem regulam. Passer et aquila et similia communis generis non sunt: sed epicena: quia sub vnico articulo vtrūq; sexum significant. de hoc etiam ponetur vna regula.

Exul. Auriga Idololatra Homicida Macedo

Um neutrum pones: hominum si propria tolles.

¶ Omne nomen in um est neutri gn̄is: nisi fuerit viri aut femine ꝓpriū. vt Mancipium. i. seruus vel serua. scortū. i. meretrix vel puer meritorius. mechaliū. i. meretricula. Plemmirum et rhenum fluuiorum nomina. dicitur etiam hic Rhenus. Astipulatur mihi in hac regula doctissimus amicus meus Jodocus Badius cū grammatico vndecūq; doctissimo Antonio Mancinello. Ponit eandē regulam Calepin⁹ in dictione Abrotonion. Sunt qui reclament: sed ostendant. Plemmirium aliquando masculine legi: nec me latet Plemmirū vndosum posse defendi: quia neutrum flumen videtur intelligi. mihi tamē placet hec regula. Gandauū/Louanium/capharnaum et similia oppidorū propria. habenū. balsamū pomū. liburnū viburnū buxum et quecūq; siue arborū siue fructicū nomina in um desinentia. Hostoriū lignum quo modius equatur. Sagū villosus pānus: aut vestis militaris: sagatus sago indutus Sagarius sagor̄ venditor. Naulū nauigādi premiū. Lor̄ quiuis funis et habena lorare: loramentū: ligamen. lorarius q̄ homines ligat. lutū. i. cenū. luteus de luto factus. lutosus luto plenus. Luthū cum aspiratiōe pallens rubor. lutheus. i. croceus. Prostibulum domus meretricis: et ipsa meretrix. Hierony. Prostibula regnum dei non possidebunt. ꝓstibula meretrix. Stabulū vbi pecora stant. aut vbi hoies feciffe reficiunt. i. diuersorū. vestibulū locus ante domum vbi hoies expectant donec intromittant. Dixi nisi fuerit viri aut femine ꝓpriū: q̄r propriū viri in um est masculini generis. vt plegniū Dinacū. Propriū femine est feminini gn̄is vt philenium.

Mācipiū Scortum. Mechaliū Plēmiriū. Caphar naum. Uiburnum Hostoriuz. Sagum Naulum Lorum Lutum Luthum. Prostibu-lum. Stabulum Uestibulū.

Adiectiua trium generum communia sunto.

¶ Omne nomē adiectiuū est omnis generis si vnica sit terminatio. vt felix/audax/discors/quatuor/quinq; sex et c. centū mille. dicimus em̄ centū viri: centū femine: centum poma: sic mille viri et c. Mile tamen aliquādo est substantiuū singularis numeri cuius plurale est milia. vt mile equitū occisum est: duo milia turcarū interierūt. et ita vnico l scribit teste Placētino. de hoc dicere pluta nolo: q̄r in Syntaxi plene enucleaui. Dixi si vnica terminatio: quia alicui cuiq; terminationi propriū genus datur. vt bonus est masculini generis: bona feminini: bonū neutri. sic vnus vna vnum. Duo est masculini et neutri generis: due feminini. tres est communis generis. tria neutri. Propter hanc rem datur vna regula generalis.

* Mile substātiuū vnico l scriptuz cuius sit generis

Esto genus varium fuerit nisi terminus idem.

¶ In substantiuis virū et feminam significantibus et in adiectiuis si terminationes sint diuerse: distincta dantur genera. vt caupo vini et epularū venditor. hec caupona que id facit mulier: et ipsa taberna. hic et hec melior et hoc melius. hic surdus: hec surda hoc surdum sed multi detrahunt adiectiuis secunde declinationis articulos ¶ Nunc declaremus omnia latius. ¶ In substātiuis sexum denotantibus vbi due sunt terminationes prior est masculini gn̄is et posterior feminini. vt hic niniuita: sunamita: israelita: leuita: aaronita: ebionita: zodomita: nicolaita: schariota tesbis moabita: ammonita: thecuita: galatha: epirotha: sarmata: scyta: et alia eiusmodi ꝑpe infinita q̄ gentem aut pplm aut familiā aut imitatorē significāt: et grece pro maribus terminant in es. vt niniuites sunamites et c. Hec sub a vel es solū sunt masculi gn̄is vt cōtra indoctos ꝓbat doctissimus grāmatic⁹ Antonius Nebrissen. vt Judas scariothes: q̄ vitio librarior̄ scariothis scriptū legit. sic helias: tesbites dr̄ nō tesbitis. Horum feminina in is desinūt et faciūt in gtō idis. vt hec niniuitis idis. sunamitis et c. vt lib. iiij. reg. Abisai sunamitis ministrabat ei. leges vitio scriptorū sunamitem ꝑ sunamitidem: israelite pro israelitide: thecuites pro thecuitis et c. Aliquādo

Caupo. Caupona

Scariothes.

tamen recte vt.iij.regum ca.xj. Rex Salomon adamauit moabitidas τ ammonitidas. Hic propheta vel es.hec ꝓphetis vel ꝓphetissa: vt delbora prophetis lꝫ multi libri mendose habeant ꝓphetes: pro eo qđ est ꝓphetis idis. Hic poeta vel poetes hec poetis vel poetria. vt Sappho poetis: ars non poetria: sed poetica đr: hic origenista imitator Origenis hec origenistis ita de oibus noibus in a masculini q̄ grece in es terminātur: dicendū puto vt sexus significet. sambucista vel es. canēs sambuca. psalta vel psaltes canēs aut ludēs aliquo instrumēto musico. cytharistes.i.cytharedus cymbalista vel es: vtēs cymbalo. tympanista vel es: ludēs tympano. horum feminina sunt sambucistria psaltria cytharistria cymbalistria tympanistria.

Poetria
origenista.
Sābucista
Psaltes
cytharista.
Cymbalista.
Tympanista.
Teucer.

¶ Pergamus ad alia. hic teucer hec teucra.i.troianus troiana. sed eiusmodi noia pñt esse adiectiua. vt apher aphra aphrū: veluti bellū troianū τc. sic gallus galla: teutonus teutona. hic cres hec cressa: hic lacon: hec lacona: astur asturia: τ alia multa suo loco declaranda: ideo nūc supersedeo. ¶ Adiectiua secūde declinationis oia tribus vocibus flectunt: quorū secūda est prime declinationis: vt bonus bona bonū. niger nigra nigrū. satur satura saturū. Talia sunt omnia participia p̄teriti τ futuri tēporis: vt lectus lecturus legendus. Talia quoq; sunt numeralia tm̄ pluralia ex centum creata: ducenti trecenti. Item vnus vllus τc. pronoia meus tuus τc. quibus oibus negantur articuli: cū ego tui sui τ oibus ideclinabilibus preter nostras τ vestras: teste Lanciloto. ¶ Adiectiua tertie declinationis plurima sub vnica terminatione omnis generis sunt: vt arpinas clemēs felix: multa etiam duas terminationes habent. vt hic τ hec melior τ hoc melius: sic cetera cōparatiua. hic τ hec fortis τ hoc forte: sic omnia adiectiua in is. Et in istis prior vox est cōmunis generis: posterior neutri. Pauca sunt adiectiua in er. masculini generis: in is feminini: in e neutri. vt campester campestris campestre.i. ad campū pertinens. Uolucer volucris volucre.i. velox aut volans. Hec volucris substantiue quicquid volat. Alacer cris. cre.i. gestule titiam indicans: dicimus etiā hic τ hec alacris τ hoc alacre. Parmeno Terentianus ad chaeream. Quid ne es alacris? Uerg. in.v. de Darhete. Ergo alacris cunctosq; putās excedere pugna Enee stetit ante pedes. In hunc locū Seruius ait. Nunq̄ vergilius dixit alacer quāuis dicat acer: sed falli videtur Seruius nisi mendosi sint libri quos vidi. Idem eneiđ.xij. Talis equos alacer media inter prelia Turnus. ¶ Acer acris acre.i. fortis τ vehemēs: acrimonia vehemētia. Ouiđ. Acer τ ad palme per se cursurus honores. Si tñ horteris fortius ibit equus. lectum est hic τ hec acris τ hoc acre. Ennius: teste Prisciano Acris sopnus dixit.

✱ Adiectiua pluria tertie inflexionis sub vnica terminatione ois ge. sunt
Cāpester
Uolucer.
Alacer.
Acer

¶ Pedester stris. stre.i. pertinens ad pedites: vt pedester exercitus. Etiā significat hūile non altū: vt pedester sermo: pedestris oratio. Equester stris. stre.i. ad equites pertinens. vt equester exercitus: equestre certamen. ¶ Syluester stris. stre. ad syluā pertinens. Celeber bris. bre.i. nobilis late famatus: τ frequens. vt celeber homo: celeber locus: ad quē multi veniunt. dicitur hic τ hec celebris τ hoc celebre. Cicero in.iij. ad Herennū apud Priscianū lib.iij. Locus queritur celebris: an desertus Cōtra Ouiđ. celeber dixit in.iij. fasto. Circus erat pompa celeber numeroq; deorū. Celer ris. re.i. velox. Celero as. celeriter facio. accelero. idem Uergilius. Tum celerare fugam patriaq; excedere suadet. ¶ Saluber bris. bre. sanitatē afferens quam qui habet: sanꝰ đr. insaluber nō saluber. đr etiā hic τ hec salubris τ hoc salubre. Plinius Belus annis insalubris potuit: sed cerimonijs sacer. ¶ Paluster ad paludem pertinens vel paludem incolens. vt paluster locus. canna palustris.

Pedester.
Equester
Syluester.
Celeber
Celer.
Saluber
Paluster.

¶ Mediocer cris. cre. teste Phoca.i. medio modo se habens. sed melius declinatur hic et hec mediocris τ hoc mediocre. Cice. Mediocris orator. Horatius mediocris actor causarum dixit. ¶ Sequester stris. stre.i. medians inter litigantes. hinc sequestro as.i. separo. Inuentum est sequester stra. strum. Uerg. namq; in.xj. pace sequestra dixit. τ Plautus. Fugio sequestrum. Priscianus adijcit his Ludicer cris. cre. sꝫ male teste Ualla: quia se nq inueniri is ludicer aut, vt Perottus ait: ludicrus cra. crū.i. ad ludum pertinens. Plautus. Meum cor cepit artem facere ludicrā Horatius. Ualeat res ludicra siue palma negata macrum: donata reducit opimum.

Mediocer
Sequester
Ludicer

Mobile pro fixo tacitum si subsit: habetur.

Quod si non tacitum subsit: neutri generis sit.

¶ Adiectiuū per se positū ꝓpter aliqđ ꝑpetuo subauditū putatur esse substātiuum

eius gñis cuius est subauditũ: vt molaris substãtiuũ est q𝔯 intelligit̃ dens vel lapis
Si nihil subaudiat̃ erit neutri gñis. vt ãtecedens .i. oratio aliã inferens. Cõsequens
.i. oratio ex alia illata. Ad hanc regulã spectantia post declarabuntur.

Masculinum fluuij nomen decet vsq₃ reponi.

Nomina fluuiorum.

¶ Nomen fluuij est masculini gñis vt tybris: sequana: lisa: tenera: garũna: pãta-
gias. sed in um neutra sunt per gñalẽ regulã ante dictã: vt crustumiũ ꝛc. Styx ꝛ le
the semp̄ feminina sunt: q𝔯 paludes esse dñr potius quã fluuij. sic arethusa q𝔯 fons
est ꝛ ad nympham poete respiciunt. Plura declarabuntur in regula sequenti.

Communis proprio quandoq₃ genus lego iunctum.

Bubo.

¶ Nomẽ minus cõe qñq₃ respicit genus sup̄ioris vel cõmunioris. vt bubo est mas-
culini ge. vt sermo. Ouid. Ignauus bubo dirũ mortalibus omen. magis cõe vt supe
rius auis est feminini gñis: sic dicimus magna bubo: q𝔯 intelligit̃ auis. Uergi. iiij.
ene. Solaq₃ culminibus ferali carmine bubo Uisa queri. in hunc locũ Seruius eui
cleat dictã regulã: per quã inuentis melius q̃ inueniẽdis vtemur. Scd̃o itaq₃ per
hãc regulã noĩa montiũ in diuerso gñe interim legunt̃. vt ossa mons Thessalie est fe
minini ge. vt penna musa ꝛc. Papinius. iiij. theba. Si qñ niualẽ othrin arctoe geli-
dum caput instituit osse. Itẽ lib. ix. Semifer aerea talis centaurus ab ossa. Interdũ
masculine reperitur q𝔯 intelligit̃ mons per hãc regulam. Oui. in Ibin. Utq₃ dedit
salt⁹ e summo Thessalus ossa. sic alia quedã. Ibidẽ. Plurima qua flammã sicanus
etna vomit. Idem alibi. Paruoq₃ in tp̄e nudus Arboris othris erat. pelion solũ est
neutri gñis q𝔯 vertit on in um: ꝛ dr̃ bene pelium. Papi. lib. x. Nec adhuc immane ve
niret pelion. ¶ Tertio p̄ hãc regulã noĩa fluuioꝝ feminina inueniũtur: q𝔯 intelligi-
tur aqua: nos inuentis tm̃ vtemur. vt albula .i. tybris. Ouid. iiij. fast. Clauiger: ꝛ tan
to est albula pota deo. Martialis masculine dixit lib. xi. Cui rector aquarum Albu-
la nauigerũ per freta tendit iter. Sic allia fluuij nomen. Lucanus in. vij. Et damna
ta diu Romanis allia fastis. Cauton fluuij nomẽ femininũ est apud Stratonẽ. lib.
viij. Nõnunq₃ fluuiorũ noĩa neutra sunt q𝔯 intelligitur per hanc regulam superius
flumen. Luc. lib. iiij. Et tepidum in molles zephiros excurrit iader. Fluuius est in
adriaticum mare fluens. Cicero li. iiij. ad atticum / Nar posuit neutrum dicens. La
cus velinus interciso monte in nar defluit. nec potes dicere indeclinabile esse. quia
Liui. x. ab vrbe ait. A mare flumine narina appellata. Et Pli. li. iij. ca. v. Precipuis
nare ꝛ aniene qui ꝛ ipse nauigabilis. Uer. regulã obseruans dixit. vij. enei. Sulphu
reas nar albus aquas. Sic fluuioꝝ nomina Mulucha turia ꝛ muthul / neutra legũ-
tur. testes sunt diuus Augustinus ꝛ Nessus Fuscus vetustissimus grãmaticus: ta-
men Hermolaus Barbarus dicit turia vere esse masculini generis in tertium Pli
nij authoritate Sallustij. Castra hostium apud succronem capta ꝛ prelium apud
flumen Turiam. Claudianus. Floribus ꝛ roseis formosus turia ripis Grãmatici
formosum legerent quod vnum omnium turia neutro genere proferri putant: au-
thores Augustinus ꝛ Priscianus. Hec Hermolaus: taxans grãmaticorum peruer
sitatem: authores nimis temerario ausu corrigentes: vt suam opinionem tutentur.
De Iader in dictum Lucani versum ait Omnibonus. Tepidum iader: non quod
Ider sit generis neutri: sed retulit ad flumen tepidũ. ¶ Quarto per hanc regulã fa-
bularũ nomina sunt feminini generis: quia intelligitur superius fabula vel come-
dia vel tragedia: idq₃ adeo licet vt Antonius Nebrissensis vir vndecunq₃ doctissi-
mus neget recte in alio locari. Terentius. Quem trãstulit in eunuchum suã. Quin-
tilianus. Uarij Thyestes cuilibet grecorum cõparanda est. Quũ autem Iuuena-
lis dicit. Scriptus ꝛ integro nondum finitus Orestes: ad hominem respexisse vide-
tur: vt apud Suetoniũ. Interrogatus Augustus Quidnam aiax suus ageret: dixit
eum in spongiam incubuisse. Fuit autem Aiax tragedia: quam de Aiace compone
bat Augustus. ¶ Quinto nomina nauium per hanc regulam sunt generis feminini
quia eius generis est superius nauis. Uergilius quinto eneidos. (vbi Seruius hãc
regulam declarat) Centauro inuehitur magna. vix ausim dicere pro naui centau
ro: magno. Huc etiam reduci possent vrbium ꝛ gemmarum nomina: sed suo loco
manifestabuntur.

Ossa. Nomina montiũ interim sub diuerso genere leguntur. Ethna. Othris. Pelion. Albula. Allia. Cauton. Nar. Fabularũ nomina. Eunuch⁹. Thyestes. Orestes. Aiax. Centaur⁹.

Insula ꝛ vrbs regio capit hec: neutrum genus optant.

zeuma reate argos preneste ⁊ tybur et Jspal
Cere nepet: neutrum vel masculeum dabit anxur:
Hoc cim vult: hic aut hec donat Lesbos abydos.
Hic sulmo hic acragas. Pluralia in i: maribus do.
A plurale genus neutrum sibi poscit vbiq̃ʒ.

¶ Insularum regionũ ⁊ vrbiũ nomina feminina sunt. Insularũ quidẽ vt samos sason Britãnia. Regionũ vt egyptus aphrica. Urbium vt ephesus castulo tarraco corinthus hierusalem. Sillius lib. iij. Fulget precipuis parnasia castule signis. Chios insula maris egei. Hora. j. eplarũ. Quid tibi visa Chios Bullati: notaq̃ʒ lesbos hec lesbos insule nomen: vt nerito ⁊c. est feminini gen̄. Verg. Posthabita coluisse samo. Abydos vrbs asie. Ouid. in epl'a Leandri. Uel tua me festos: vel te mea sumat abydos. Poete aliqñ terminationem aspiciunt ⁊ sic lesbos ⁊ abydos: masculina leguntur. Ouid. xj. meta. Et mitylenei potiuntur littore lesbi. Vergil. j. geor. Pont⁹ et ostriferi fauces tentãtur abydi. Gadir vrbs in gadibus feminini gñis est vt reliqua Rufus Auienus. Gadir prima fretum solida supereminet arce: qr tamẽ aliqñ intelligitur oppidũ etiã neutrũ inuenit. Sallusti⁹: teste Priscia. in. ij. histo. Tartessum ciuitatem quam nunc tyrij mutato noie Gadir habẽt. ¶ At tñ in neutro genere reperi zeuma atis oppidũ ab Alexandro conditũ. Lucanus lib. viij. zeumaq̃ʒ pel' cuʒ pompeio vincite parthi. Reate oppidũ vmbre. Silli⁹ lib. viij. Magneq̃ʒ reate dicatum Celicolum matri. Argos oppidũ grecie. Ouid. lib. j. de remedio. Vacuũ litibus argos erat. Preneste oppidum Jtalie. Verg. enei. viij. Quiq̃ʒ altum preneste viri ⁊c. Seruius ait hoc preneste ⁊ hec prenestis. Unde est enei. viij. O mihi preteritos referat si Juppiter annos. Qualis eram quum primam aciem preneste sub ipsa straui. et Juue. Quis timet aut timuit gelida preneste ruinã. Tybur oppidũ Jtalie. Silli. in. viij. Hinc tybur catille tuum sacrisq̃ʒ dicatũ. Fortune preneste iugis. hic preneste neutrum est. Jspal oppidi nomen. Idem libr. iij. Et celebre oceano alternis estibus Jspal. Cere/is. oppidũ quoddã. etiã neutro gñe cerete is dicitur. apud Sillium inuenies: testimoniũ nũc excidit. Nepet oppidi nomẽ neutrum est teste Prisciano: vt Cim vici Jtalici nomen. quibus iungunt oppidoꝝ noia Bogud: Suthul: muthul. de quibus sic loquitur Priscia. lib. v. Suthul muthul oppidorum propria barbara sunt que ideo q̇dam neutra esse putauerunt, q: appellatiuis neutris sint cõiuncta: vt oppidũ Suthul. sed melius est figurate sic apposita dicere: vt si dicam mõs ossa vel tyberis flumen: q̃ʒ dicere neutri generis esse in ul terminãtia: et maxime quum lingua penoꝝ que chaldee vel hebree similis est: ⁊ syrie nõ habeat neutrũ genus. Hec Priscianus. Anxur vrbs Jtalie: dubij gñis est. Hora. Impositum late saxis candentibus anxur. Martia. Letus ⁊ equoreis splendidus anxur equis. Juppiter: non anxur (vt quidam vult) sed anxurus dr. Sulmo Ouidij patria: masc. est. Naso. Sulmo mihi patria est gelidis huberrimus vndis. sic acragas antis. tam pro monte q̃ʒ pro oppido mascu. legitur. Verg. de oppido. Arduus inde acragas ostẽdit maxima longe menia. Fateor non inuenuste de monte posse intelligi. Pluralia in i sunt masculini gñis quicquid significent: itaq̃ʒ volo regulam esse generalem: non solum exceptionem a dicta regula. Inter hec oppidorũ noia sunt. Philippi/ veij/ gabij campi/ Parrhisij Bargi. ¶ Cuncta pluralia in a neutra sunt: vt ilia: exta. inter hec oppidorum nomina sunt bactra: cithera: artaxata: susa: hierosolyma. licet singulariter aliquando hec susa hec hierosolyma legamus.

Castulo
Chios
Lesbos
Abydos
Gadir
zeugma
Reate.
Argos
Preneste.
Tybur
Jspal.
Cere.
Nepet.
Suthul
Muthul
Anxur
Sulmo
Acragas
pluralia i
i masc. generis sũt.

Arboris est nomen muliebre. dat hic oleaster.
Ut spinus platanon. acer ⁊ thus robur habent hoc.
Arbor vixq̃ʒ siler dabit hic aut hec tibi suber:
Hic aut hec libanus: pinus: rubus: atq̃ʒ cupressus.

¶ Nomẽ arboris est feminini generis: vt pomus/ pirus/ prun⁹/ populu⁹/ quercus/

esculus: salix: abies: ficus fraxinus: malus: morus. Malus autem arbor est que vulgo pomus dicitur. Nam pomus generale est ad prunum pyrũ &c. fagus boeckbooni. sambucus: vlienderboon: buxus busboom inuenitur aliquando masculini: vt libro quarto Esdre. prepara tibi buxos multos. Taxus hils. vlmus arbor alba cuius virgis vapulant pueri: vti ex plautina lectione facile deprehenditur. In um desinentia siue arbores siue fructum significant neutra sunt per regulam prius positam: vt bdelium: hebenum: pomum. Vergilius. Sola india nigrum fert hebenum. Tibull⁹ Ipse seram teneras maturo tempore vites Rusticus: & facili grandia poma manu id est pomos. Que in um desinunt sepius fructus significant vt pyrum: prunũ: sed nux ficus: glans: auellana: & quedam alia eodem seruato genere arborẽ fructumq; significant. Malus masculinũ est lignum veliferum. ¶ A regula excipiũtur quedam vt oleaster: syluestris olea. Vergilius secundo Georgico. Inditio est tractu surgens oleaster eodem. Plurimus dicitur quoq; oleastrum in neutro genere vt pyraster et pyrastrum: pinaster pinastrũ. i. pyrus syluestris & pinus syluestris. Sunt qui dicãt pinaster masculinũ eẽ: quos Nebrissensis improbat. Pli. li. xv. Pinaster nihil aliud est ꝙ pinus syluestris. copiosam dat hic materiam. Theodorus gaza in Theophrasto libro quarto de stirpibus. Sicut pinastri que in locis vmbrosis nascunt. Spinus pruni species masculinum: teste Seruio. Platanon arboris nomen: aut poti⁹ locus platanis cõsitus. Plini⁹ in epistolis dixit. Platanon opacissim⁹. Calepi. dicit Platanus tã masculinũ ꝙ femininũ esse: pro masculino desidero testimonium. Neutra sunt quedam arborũ nomina: vt acer contra Priscianum. Ouid. in primo: de amoribus. At nuper vile fulsti acer. Sic Plinius acer gallicum dicit & acer cãpestre atq; mõtanum Thus, nam aliquando ipsa arbor dicitur. Robor vel robur species quercus durissime. Siler arbuscula vel frutex potius ꝙ arbor vulgo salis dicitur ait Calepinus: id si verum est mox arbor dicetur. quod Priscianus negat. Vergi. ij. Geor. Molle siler lenteq; geniste. Siler vel silerus masculinum fluuij nomẽ est Lucanus lib. ij. Radensq; salerni tecta siler. Sillius lib. viij. Nunc silerus quos nutrit aquis. Suber sepius neutri generis: & est corckboom. Theodorus in Theophrasto. Leue suber. Plinius masculine dixit lib. xvj. Tardissimus suber. Libanus arboris nomẽ Calepinus dicit tam masculini gñis esse ꝙ feminini. Hieronym⁹ in eccle. Et quasi libanus non incisus vaporaui habitationem meam. Arbor est thurifera: vnde & pro thure accipitur ꝙ & libanum dicitur. Libanicus thureus. Pinus & Cupressus nũc feminina solum habeantur licet olim masculine prolata sint ab Ennio.

¶ Rubus sentis genus frutex potius est quam arbor: teste Prisciano. Vergi. Ferat et rubus asper amomũ. Serenus. Mandit apta rubus gingiuis & bona labus. Prudẽn. Quẽ ꝯtorta rubus densis cruciatib⁹ edit. Recti⁹ cũ Verg. masculine pferes.

Marginal notes: Malus · Buxus in virili gñe. · Oleaster · Pinaster · Spinus · Platanon. · Acer. · Robor · Suber · Libanus. · Pinus. · Cupressus · Rubus.

Ex se nullius generis pro nomine sumptum:
Est neutrum seu litera: vox quoq; materialis.

¶ Dictio ex sua significatione non recipiens genus: vt de eo in nomine loquimur si pro nomine sumatur erit neutri generis: vt omnis litera & vox materialiter posita veluti pulchrum scire: longum a. homo terminatum in o facit genitiuum hominis. Exempla huius regule sunt quadruplicis.

¶ Primo ṽbum loco nois: vt Sumens illud aue. i. illã salutationẽ. id per infinitiuũ sepius fit. Persi. Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter. i. sciẽtia tua. Idẽ. At pulchrũ est digito mõstrari & dicier hic est. Idem. Velle suũ cuiq; est nec voto viuitur vno. Valerius maxi. lib. vj. Velle ac posse in equo positum erat.

¶ Secundo aduerbium loco nominis. Persius. Nempe hoc assidue: iam clarũ mane fenestras. Intrat: & angustias extendit lumine rimas. Idem. Iam cras hesternũ consumpsimus: ecce aliud cras. Sergius in Donatũ dicit mane, vbi nomẽ trãsit declinari hoc mane manis mani mane o mane a mani. quo ablatiuo Plautum vsum dicit in amphi. Hec illic est pugnata pugna vsq; a mani ad vesper. sic quoq; Verg. in Ciri. Et gelido veniẽs mani quatiebat ab eta. Idem sentit Serui. in illud quinto enei. Mutati transuersa fremunt & vespere ab atro cõsurgunt venti. Transuersa (inquit Seruius) aduerbium factũ a nomine vt rauca sonat. Toruum clamat: recẽs pro recenter &c. Nomen autem in aduerbium transiens declinationem cum genere perdit. aduerbium vero si nomen fiet declinatur vt mane &c. Sed quid dicẽt de

*Marginal notes: * Verbuz loco nominis sũptuz neutri generis est. · Aue. · Scire · Mõstrari · Velle · Posse · Mane · Cras.*

cras & pluribus. Placet mihi magis cum Lanciloto mani: aduerbiũ esse loco nominis vt iudicerem ab illo cras: & dictum mani pro mane: vt heri pro here. vesperi pro vespere &c. Sponte sua verum est nomen quia genitiuus spõtis sepe legitur. in hoc hallucinantur grammatiste. Sponte.

¶ Tertio nomina literarũ aut ipse litere neutri generis sunt. Hiero. Non pertransibit neq; vnũ iota neq; vnus apex: iota est litera greca hoc est i. Thita aut theta. i. th sic θ. Persius. Et potis est nigrum vitio profigere thita. Martialis. est operepreciũm dicere theta nouum: sic duo bb. y. tenue vel psilon. o micron. i. paruum. Quum autem dicit Donatus in a productam correptam &c. vtitur regula Communis pro prio &c. quia intelligitur femininum superius litera vel syllaba. Litere. Iota. Thita aut theta.

¶ Quarto vox materialiter accepta est neutri generis. vt disyllabũ homo in o. terminatur. Martialis. q̃ tam grande sophos clamat tibi turba togata. Non tu põponi cena diserta tua est. Nebrissensis dicit hic sophos pro sapiẽter accipi. verũtamẽ materialiter sumitur. q̃ sensus est O põponi q̃ turba togata. i. P. R. a te ad cenã vocatus clamat tibi adulando tam grãde sophos. i. audiens te legẽtem carmina tua quasi vehementer admirãs dicit. Oh q̃ sapiẽter q̃ belle q̃ recte dictũ: euge poeta non dicit hoc q̃ te putet disertum: sed q̃ cena tua est diserta. i. lauta & oppipera. Sophos p̃ sapiẽte apud eundẽ est. Te sophos oĩs amat. Persius. Euge tuũ & belle. nam belle hoc excute totũ. Idem. Quin optes tepidum hoc audire decẽter. Martia. Aue latinum: chere nõ põt grecũ exprimere. Ouid. Vix illud potui dicere triste vale. Materia. Vox. Sophos

¶ Vox vel scriptura materialiter sumitur quãdo seclusa significatiõe p̃ mera voce vel scriptura capitur: & q̃ñ sensus est: illa dictio: illud verbũ: illa oratio: vt homo in o desinit. i. illa vox homo &c. Causa vocabuli est: q̃ oĩs dictio habet ipsam vocẽ vel scripturam tanq̃ materiam: & significationẽ tanq̃ formã. Verũtñ veteres nõ dicũt dictionẽ materialiter sumi: sed technice teste Lanciloto. Per hanc regulam etiam sic loquuntur. Pulchrum benedicamus. paschale Kyrie eleyson. et est oratio syllabarum septem significans domine miserere. Non libẽter dixero legi vnum miserere mei deus: duo de profundis: sed legi semel miserere. bis de profundis. legi orationẽ dominicam bis: non duo pater noster. Salutationem angelicam: non Aue maria. Symbolum apostolorum: non credo in deum &c. * Vox vel scriptura q̃ñ dicatur sumi, materialiter kyrie eleyson

¶ Nõnunq̃ dictio materialiter vel technice. i. non per significationem: sed per artem posita: retinet genus q̃d habuit. vt fides a fio & dictũ est. deriuata. Alexander. Dempta carne. Idem adulter erit superandus. sed sic intelligi põt ntũs. Valla lib. primo. eleg. Sector qui signat venditorẽ &c. Non homo nõ equus &c. infinitis latini non vtuntur nec credo esse neutri generis q̃ inepta locutio est. Leo est crudele non homo. Aliter grammatiste & neoterici dialectici docent: quibus non credo. Nõ homo

¶ Epicenum genus.

¶ **Epiceni gñis dictio est que sub vno articulo significat vtrũq;** sexum etiam in noibus aĩaliũ in quib⁹ sexus nõ facile dignoscit. vt in noibus auiũ: veluti aquila passer anser: caue dicas aucha: q̃ latini ea voce nõ vtũtur pica picus psitacus olor vel cygnus phylomela vel luscinia vel e don struthio. Turdus vel coturnix merula achantis perdix otus nisus &c. Gallus gallina epicena non sunt: q̃ sexus facile cernit. Columba epicenũ est lz p̃ mare hic colũbus etiam dicatur testis huius rei Valla in matheũ. Unde apud Vergiliũ Gemine venere columbe quarum certe vna mas erat. Hec Valla. hec palumbes epiceni gñis syluestris colũba. Verg. Raucẽ tua cura palumbes. reperitur q̃nq; masculine vt notauit Calepinus. Luca. Macrosq; palumbes. dr & palumbus & palũba. Hec alcyone vel alcyon & hic vel hec alcionis vel hec alcedo auicula hyme pullos educans. hic oestrus vel hoc oestrum volatile apis magnitudine bobus apibusq; infestum. Si abest sexus nõ dicetur epicenum vti nec pulex apex musca anguilla &c. ¶ Secũdo epicena sunt piscium noia vt balena maxima belua marina. Cetus oĩs magnus piscis. Cetarius marinorum pisciũ venditor. Cetaria fossa prope mare in qua capiũtur cete. Murena piscis simile anguille. hinc murenula torques vel ornamentum colli. Septa piscis habens atramẽtum p̃ sanguine. & ponitur pro atramento. ¶ Tertio nomina ferarum vbi sexus difficulter noscitur epicena sunt. vt vulpes mustella cuniculus &c. ad discernendum sexum dicimus cygnus mas: cygnus femina. Ouidius in. ij. de arte. Inuenit in media femina piscis aqua. Varro teste Fabio. Lupus femina dixit; quia

Palũbes. * Mar. Inguina torq̃ li tardãt: hebetantq; palũbi. Non edat hanc volucrem q̃ cupit eẽ salax. reperitur etiam palumba. Propertius. Sed cape torq̃te venus o regina palũbe

lupus epicenum erat: licet nũc dicatur lupus lupa ꝛ vrsus vrsa: leo lea vel leena ꝛc. Si quis roget mustella cuius generis: sic respondeto. Mustella est epicẽi generis sub articulo hec: quia terminatur in a ꝛc.

Masculina in ista a. solis grecis veniunt. cataracta.

¶ Greca et alia nõ latina sepe retinẽt genus suum: vt Lampas

adamas: etiam terminatione mutata: vt hec diphthongus: hic propheta vel ꝓphetes. hic geta ꝓpl'i nomẽ. femininum est getis idis. hic organista/sarmata ꝛc. ante declarata. Male autẽ dr iurista/legista ꝛc. qꝛ masculina in ista a solis grecis veniunt Aliqñ apud nos genus mutatur qꝛ feminina sunt charta cera amphora margarita catapulta iaculum vel sagipta. Cataracta porta pendula: ꝛ specus subterranea et fluuiorũ obyces ne aqua tota defluat: vt nauigari possit. hic grece subies masculina sunt hic puls femininum est poltos masculinũ: nec apud nos masculina habent etiam semper masculina aut contra: vt murmur grecis est masculinũ: nobis neutrũ Gens nobis femininũ illis neutrũ. de his nõnihil leges apud vtrũqꝫ Uallam.

¶ Regule generum speciales.

Situla
Pustula
Sarissa
Stipula
Fistula
Musa
* Polẽta neutrũ nũqꝫ legitur.

Hec dat a. do neutris cum pascha mãmona manna.

¶ Noia in a sunt feminini geñ. vt situla vas quo haurit̃ aqua. Pustula cutis inflatio. Sarissa .i. hasta. Stipula calamus frumenti. Fistula musicum instrumentum quo flatu canitur fistulator tibicen. fistula est etiam per quã aqua ducitur. Musa carmen vel carminis dea. Polenta hordeum madefactũ ꝛ iterũ siccatũ. Plau. Polentam pinsitant in Josue. Et comederunt de frugibus terre die altero ꝛ azimos panes ꝛ polentã eiusdem anni nusqꝫ legitur polenta neutrũ: cõtra Alexandrũ cum oibus neotericis: inter quos Sulpitius/Nebrissensis/Baptista pius/Calepinus/Baptista mãtuanꝰ ꝛc. Priscianꝰ de hoc nihil meminit: ait aũt Mãtuanꝰ. Artocreas ꝛ pingue polẽta comedi. in Buccolicis q̃ illi adulescẽtulo exciderũt deceptus est ꝑ grãmaticos q̇ putant polenta bis neutrũ esse apud Ouidiũ in meta. Dulce dedit testa qḋ coxerũt ante polentia. Cum liq̃do mixta ꝑfudit diua polẽta. putãt parũ cauti hoies sensum esse dedit dulce polenta ꝑfudit cum liq̃do polẽta ꝛc. At nugãt̃ qꝛ poleta in ꝑore ꝟsiculo est ablti casus teste etiam Raphaele regio. vt ꝟsus sensus est. Anus dedit sitibũde ceteri dulce .i. dulcem potum qḋ ante coxerat polenta .i. hordeo vel hordeacea farina: vt apud nos rustice mulieres conficiũt ceruisiolã. nõ bibitur polenta. In scḋo manifestissime errant: qꝛ polenta hꝫ secũ adiectiuũ femininũ mixta: sic eñi dr Juuenẽqꝫ cũ liq̃do mixta ꝑfudit diua polẽta. sensus. diua .i. dea Ceres irata impudenti puero ꝑfudit ipm iuuenẽ polẽta mixta cum liq̃do farina hordeacea cuius turfure conspsus puer contraxit maculas que in stellione hodie cõspiciũtur.

Mãmona.
Manna
Pascha.

¶ Mãmona .i. pecunia vel diuitie. Mãna celestis cibus. neutra sunt indeclinabilia: teste Antonio Nebrissensi. licet nõnulli sint ausi per primã declinare. Pascha neutrũ ꝑme teste Placẽtino licet multi per tertiã paschatis declinare malint. Ausonius. Nos etẽi primis sanctum post pascha diebꝰ. Auenus agrũ visere. Idem instantis reuocant qꝛ nos solẽnia pasche. apud grecos est indeclinabile teste Placẽti. lib. xxxj. cap̃. ij. vbi rephendit Lactantium: qꝛ a pascha ꝟbo greco .i. patior pascha deduxit: quũ sit nomen hebreũ teste diuo Hieronymo significans transitum. vide declinationẽ in Calepino.

Hadria

Hadria masculeum datur: atqꝫ cometa planeta.

Cometa
Planeta.

¶ Tria sunt masculina. hadria/cometa/planeta. Hadria est sinus maris: vel ipm mare hadriaticum. Luca. lib. v. Sonat ionio vagus hadria ponto. Horatius. iij. car. Dux inquieti turbidus hadrie. Torrentinus dicit fuisse idolum quoddam. Hadria vrbis nomẽ femininum est per regulam. Insula ꝛ vrbs regio ꝛc. Cometa vel cometes stella crinita. Planeta interpretatur erro erronis. sunt autẽ planete stelle erratice: vt Saturnus/Juppiter/Mars/Sol/Uenus/Mercurius/Luna.

Hic aut hec talpe cum panthera dato dame.

¶ Tria in a sunt dubij gñis: hic aut hec talpa. hic vel melius hec panthera. hic aut hec dama. Uergilius. Aut oculi capti fodere cubilia talpe. Dama capra syluestris. Uergilius. Cum canibus timidi venient ad pocula dame. Hora j. car. Et superiacto pauide natarunt equore dame. Subest (inquit Quintilianus lib. ix.) aliquid rõnis

quia vterque sexus significatur. ergo videtur cõmunis generis. Panthera alal maculosum. nõ legi masculinum: nisi apud grammaticos: tibi ergo sit magis femininum. Horatius. Diuersum confusa genus panthera camelo.

Panthera

Sit neutri generis per a quicquid tertia flexit.

¶ Nomen tertie declinatiõis in a desinẽs est neutri ge. vt scõma iocosa irrisio. Problema. i. ppõ aut q̃stio sine u. Anathema: maledictio. diadema preciosus pãnus q̃ capiti regio circũdat. Anadema idem: sed prius in vsu est. Pneuma. i. spũs: dogma stigma. ¶ Popa cuius generis: masculini ex significatione vel officio per regulam Omne viro soli. Nam popa est victimarius. i. qui victimas legat feritque. Propertius. lib. iiij. Illa dies hornis cedem denũciat hagnis Succinctique calent ad noua lucra Pope. aliqui libri habent in feminino genere succincte: que lectio si vera est: popa erit communis gñis: et significabit etiam victimariã. per rtam. Quicquid vtrique datur. Aelius Spartianus in Geta. Percussit hostiam popa noie Antonius. Suetonius in caligula. Admota altaribus victima succinctus poparum habitu elato alte malleo cultrarium mactauit. Cultrarius. i. victimarius. Hinc Persius ventre popã dixit: non pro pingui et obeso (vtentur aliqui) inquit Hermolaus in secundis castigationibus. vij. Plinij: sed pro helluone voratoreque ac phagone. Errat in hoc nomine Calepinus cum omnibus neotericis ferme preter Hermolaum Barbarum.

Scomma. Problema Anadema Pneuma. Popa.

¶ Sunt ne alia in e. desinẽtia masculini ge. ex significatione vel officio per regulam Omne viro soli &c. Sunt pfecto valde multa. vt papa. i. summus pontifex. Patriarcha patrum princeps. Nauarcha gubernator et nauis princeps. Satrapa prefectus Monarcha solus princeps. Tetrarcha qui quartam partem regni detinet: grece tetrarches dicitur. Chiliarcha vel chiliarchus tribunus militum. Athleta pugnator. Addũtur quoque feminina in is vel in ia desinunt declarata in regula. Esto genus varium. vt ppheta nauta sophista sarmata &c. Pirata predo marinus: Trapezita nummularius. trapeza mensa trapezite. vulgus dicit bancarius bancus, nescit enim docte loqui. Lixa coquus in exercitu et quicũque questus gratia sequitur exercitum: vt qui aquam ministrat. et lixa. i. aqua apud veteres. Sillius lib. v. infertique globo pedites et inutile marti lixarum vulgus. collega socius in dignitate. Scriba qui res quascunque nomine alterius scribit. scurra qui risum captat nõ salua dignitate persone: hinc scurrilis impudicus. Agrippa qui in partu primo loco pedem emittit. Proxeneta mediator inter ementẽ et vendẽtem. Lanista qui domi gladiatores docet et populo vendit. Uacia cui in exteriorem partem crura flectuntur. Pansa cui lati et pansi sunt pedes. vt pansi quibus plani. Appella. i. iudeus quasi sine pelle qr circũcidit. Horat. Credat Judeus appella. Uerna seruus domi nostre natus: hinc vernaculus: id est domesticus et vulgaris: vt vernacula lingua inuenies aliquando in feminino genere hec verna. ¶ Rabula clamosus et obstrepitus aduocatus: et capitur pro quouis linguace: dictus: quasi radula a radendis garrulitate auribus. Cacula militis famulus. Holophanta et sicophanta. i. nebulo planus et deceptor. Assecla famulus ab assequendo. Mastygia verbero. Cesulia cesios oculos habens. Sympota. i. compotor. grece in es desinit: vt sophista holophãta &c. Sophista qui vanis argumentatiũculis popularem auram venatur. Rauilia rauos oculos habens. Quedam dictorũ videntur etiã ad feminas pertinere. nos ideo cũ Antonio Nebrissensi et Phoca inter masculina reiecimus: quia ea in feminino genere vusque inuenimus: vt neque ea que sequũtur. si quis tamen apud veteres horum aliqua reperiat in feminino genere dicat esse communis generis: quia significatio non repugnat. Et ipse postque edideram hoc opus in Seneca legi homicida feminine. Uoluere dij esse miraculo in captiua libertatem: in prostituta pudicitiam: in homicida innocẽtiam. sic idem sepius in prima decla. notabit diligens plura. Homicida hominis cesor. Parricida in lege duodecim tabularũ dicitur quicũque hominem liberum decidit nunc qui parẽtem occidit. Fratricida matricida canicida Bybliopola librorum venditor. pharmacopola medicamentorum venditor &c. Anacharcta solitarius. Eremita eremi cultor: femininum opinor esse eremitis eremitidis &c. Propola: qui a mercatoribus emit vt vẽdat. pincerna: idest pocillator. legitur apud Hieronymum. Perfuga et transfuga qui ad hostes confugit. Turca femininũ eius est turcis: vt opinor. Turcus inepte dici testãtur doctissimi. Legirupa transgressor legis apud Plautum. Curruca et si figurate pro viro sumatur femininũ semper erit

Papa. Patriarcha. tetrarcha. Athleta. Pirata trapezita. Lixa. Collega Scriba Scurra. Agrippa proxeneta. Lanista Uacia. Pansa Appella Uerna Rabula *Sypõtinus arabie deducit. Cacula Holophãta. sicophãta. Mastigia Cesulia Sympota Sophista. Rauilia Homicida Parricida Bybliopola. Anachoreta. Eremita. Turcus inepte dici

Propola. Perfuga Trāsfuga. Pincerna. Turca. Aduena ※Aduena neutro figurate iūgitur. Conuena. Heredipeta. Accola. Conuina Alienigēa Alienigenus. verbigena Indigena. pedissequ⁹ idololatra Indiga lingulaca.

Bellicrepa quid sit puto latinos ignorare: antistita neutrum est: vt dogma: longus essem si barbarorum nenias vellem in his libris semper reprehendere. Itaq3 illis omissis videamus quid doctissimis placeat.

¶ Auriga cuius generis. Communis pertinet enim ad vtrūq3 sexum. estq3 qui vel que regit currum: pro femina. Uergil. xij. eneidos. Nec currus vsq3 videt aurigāq3 sororem. Regula. Quicquid vtriq3 datur ꝛc. Sunt ne plura in a per hanc regulā cōmunis generis? Etiam vt aduena qui queve ex alia regione aduenit: ꝛ figurate neutro iungitur: teste Nestore ꝛ Festo. vt aduena mācipium. Conuena: qui cum alio venit ad aliquem locum habitādum. Heredipeta hereditatem captās: sic cenipeta gloripeta: ꝛ si quid tale inueniat. Agricola/Christicola ꝛc. Accola ꝓpe habitās. Incola inhabitans. Conuiua .i. cōuiuo. ¶ Alienigena diuersi gñis: homo figurate neutris iungitur veluti aduena ꝛ quedam alia. Gellius lib. ij. cap. xxiiij. Neq3 vino alienigena sed patrio vsuros. Dicimus etiam: alienigenus na. nū. Ualerius maximus lib. j. Alienigena studia. Et lib. iiij. Alienigeni amores. et lib. vj. Mulier alienigeni sanguinis. sic caprigenus terrigenus ꝛ similia interim legūtur. Terrigena e terra natus. ignigena ex igne. Uerbigena solus Christus dicit ꝛ ita casu solum masculini generis est. ita dicūt omnes preter Antoniū Nebrissensem: qui negat Christum recte verbigenā dici: q2 Christus est ipm verbum: non verbo genitus. Hec ꝛ alia multa Nebrissen. Nubigena e nube genitus. vt Centaurus. Indigena in regione qua habitat genitus. Plini. xiiij. cap. vj. Indigena vina figurare dixit. Pedissequa multi cōe esse volūt: licet pedissequus ꝓ viro etiam legit. Idolatra qui idola colit. Hyppocrita puto solum esse masculinū: vt poeta: q2 grece similiter in es desinit: ꝛ est dissimulator: simulatorq3. Marticola manticola ꝛc. Indiga licet ꝓ viro etiā indigus dicatur .i. indigens. testis est Omnibon⁹ in illud Lucani li. ix. Indiga cogatur latices potare iniuctus. Lingulaca. Plau. in cassina. Uxor domi est ea lingulaca est nobis nunq3 tacet. Uarro. Quare residēt lingulace obtrectatores tui. hic significat viros garrulos. plura sunt cōis ge. nimis foret difficile oīa colligere:

Hoc dat e. Femineo generi do grecula prime.

Cubile Sedile Mare. Phase. Cete. Tempe Quisq3 Uterq3 Synāche. Nymphe. Campe Epitome Niniue

¶ Nomen in e est neutri gñis. vt cubile: lectus. cubiculū cella dormitoria. sedile .i. sedes mare notū est. Mare in Byblijs etiam quoddam vas. Marinus in mari natus. maritimus circa mare: vt hoies maritimi. Phase: idem pascha. verū hoc nō inuenio declinatum: quia hebreum est ꝛ interpretatur transitus. Duo sunt pluralia in e. Cete grandes pisces. Tempe loca Thessalie amenissima. Quisq3 ꝛ vterq3 quātuscūq3 ꝛc. ad simplicia reducuntur: quia in partem desinunt cui genus non accidit hoc mile substantiuū est: hi ꝛ he ꝛ hec mille adiectiuum. vt quinq3 ꝛc. per regulam Adiectiua trium. Excipiuntur a regula nomina in e greca prime declinationis que sunt feminini generis: vt synāche agina quinacie: nymphe .i. nympha formosa puella sponsa ꝛ semidea vel dea. Campe .i. eruca. epitome abbreuiatio. ethice moralis sententia. Niniue maxima olim vrbs Syrie: nunc Flandrie oppidum mea patria ad generalem regulam pertinet. Insula ꝛ vrbs ꝛc.

I neutrum pono. Finita per o maribus do.

Gummi Gummis. Piperi. Moly. Sinapi Sinapis. Nauci Nihili Frugi.

¶ Omne nomen in i singulare est neutri generis indeclinabile. vt gūmi viscus ex arboribus fluens. Pli. libr. xiij. Gummi optimum ex egyptia spina. Inuenitur etiā hec gūmis. Colu. Talis materies qualis gummis. Idem Statius est noua dolia gummi liquida perlucere. Idem. Serias crassa gummi linerūt. Piperi .i. piper. meli: id est mel in simplici nō vtimur. moly cū y greco herba ꝛ flos: gtūs est molyos teste Nestore. Sinapi satis notum. Serenus. Sepius ergo decet mordax haurire sinapi. legit etiā hec Sinapis. Collumela. Fletum factura sinapis. Nauci putamen nucis Capitur adiectiue ꝓ inutilis: ꝛ ita est ols gñis per regulā. Adiectiua trium generū. Plautus. amas hominem non nauci. Sic adiectiua esse dicūtur hmōi: eiusmodi: nihili .i. inutilis. frugi .i. vtilis rebus suis nō abutēs. Tullius nō frugi ola recte facit. Horatius. Sum bonus ꝛ frugi. Priscia. nō vult hec dici adiectiua: sed obliquos quibuscunq3 casibus figurate iunctos. Nam aliquando vir bone frugi legimus. Plautus in cassina. Tu frugi bone es. Idem dicit de mancipi. Officiperdi in Catonis carmine pro homine nihili est masculini. carni apud doctos nō inueni.

¶ Finita per o &c. Nomen in o desinens: est masculinū vt cento stragulum lecti crassum & villosum. Est etiam cento carmen ex diversislocis alicui⁹ poete collectū. quale scripsit. Proba ex Vergilio. Tyro novus & rudis miles. Ternio numerus ternarius: quaternio numerus quaternari⁹. senio, sex pūcta aut numerus senarius. Titio lignum semiustum. Scipio stipes & viri nomen. Curculio fistula vel meatus a naribus ad pulmonem. vt vermis radens frumenta. vnio p margarita: et pro vno puncto. Pliñ. In aqua mollis vnio exemptus durescit. Unio rursus pro concordia apud solos neotericos inveni: & femininum est: qr verbale ab vnio vnis vnire. stellio vermis quidam & papilio q̄cq̄d significet semp est masculinum.

Tyro
Ternio
quaternio.
Senio.
Titio
Scipio
Unio
Stellio.

Pondo loca neutrum. verbale io cum caro vult hec.

Talio iungatur: posuit quod Valla virile.

¶ Excipitur a regula pondo neutri generis. i. libra. secūdo excipiuntur nomina verbalia in io: que sunt feminini generis. & caro: veluti religio a relinquendo vel religādo &c. portio quasi partio concio a concire &c. omnia sunt a v̄bis licet semidoctis id non statim pateat. Natio pgenies aut gens. Tul. Stultoꝝ magna est natio. Ratio qua bonum a malo discernim⁹ & cōputatio: vt redde rationē vilicatiōis tue. & respectus. habe rationem fame & modus. percunctare qua ratione beatam vitam duces. Auctio publica venditio. Legio magnus exercitus religio dei cultus. portio pars Cenatio locus vbi cenatur. Opinio sentētia dubia minus recte p fama sumitᷣ. teste in mattheum Valla. sic concio regio suspicio rebellio cōmunio cōsortio participatio ditio. si inveniatur: possessio contagio alluvio oblivio factio superstitio mentio obsidio internecio. Talio est feminini cōtra Vallam: licet a nullo verbo descendat. Gel. lib. vlt. Acerba talio visa fuerat. sic idem sepissime ponitur & semp est feminini: & est equalis redditio. Pugio masculinum est licet a pungo verbo deriuetur. lucrio conuiuio rarissime aut nunq̄ pro femininis reperiuntur. Lucrio qui multū lucratur. nota sunt hec per generalem regulam.

✱ Pondo proprie significat pōdus. xij. librarum libra iuenitur.
Ratio.
Talio.

Iungito femineis do go. Sed mascula sunto

Ordo vdo harpago cudo ligo. Sed dubitabis

Margo cupido: quibus iungunt cum cardine bubo.

¶ Nomina in do & in go sunt feminini generis. vt formido timor. sartago frixorium vligo terre humor ex ea nunq̄ recedēs. vliginosus ager. i. naturaliter humidus. Siligo penulti. semper producta & tantūmodo feminini gñis cōtra indoctos qui stultissime assensere versiculo. Si bona sit siligo veniet bonus inde siligo. Est tritici species. vnde optimus fit panis qui siligineus dr. Iuve. Tot medicaminibus coctecq̄ siliginis offas. Vitiligo corporis macule diversi coloris per totū corpus disperse. Lanugo prima barba: & in flosculis quedam quasi lana. Salomon. Spes impij quasi lanugo que a vēto tollitur. Ovi. Signarat teneras dubio lanugine malas. Sic grādo, arundo, dulcedo, imago &c. Excipiūtur pauca ex hac exceptione nam masculini gñis sunt. Ordo in suo cuiusq̄ loco collocatio. Udo calciamēti genus: vt digestis de auro & argento legato. lege argumento. vbi dicitur. Alia est causa vdonum qui vsum calciamentoꝝ prestant. apud Martialem in distichis titulus est. Udones cilices. Harpago onis. telum in summitate aduncum quo navigia capiunᷣ: vel instrumētum quo capiunᷣ que in puteū vel in flumē deciderint: et dr harpax. triviales a lupo q rapax sit lupum appellant. Est & harpago ferramenti genus: q nonnulli canem vocant quo ferramēto circi vasis vinarijs aptantur. Livius x̄o lib. xxx. ab vrbe cōdita sic ait. Asseres ferreo vnico prefixos harpagonas vocāt milites. Cudo onis vel codo capitis ornamētum ex corio. Sillius lib. vij. Spicula bina gerūt: caput his cudone ferino stat cautum. Ligo ferramētū quo purganᷣ fosse. Sūt pauca alia masculina solis virꝭ data: licet significatio videaᷣ ad feminas ptinere. Hec nō posui in carmine: qr nascūtur per regulā. Omne viro so. vt hugo viri ppriū. predo latro & raptor. Pedo cui grādes sunt pedes: & viri nomē. comedo. i. helluo & epullo. mādo edo et phago idem Lucili⁹. Oēs mādonū gule. Si qd tale ex v̄bis viris datū reperies adijcito. Cerdo quicunq̄ illiberales artes exercet, dici pōt lucrio: a cerdos grece. i.

Sigillo.
Vitiligo
Lanugo.
Ordo.
Udo.
Harpago.
Cudo.
Predo.
Pedo
Comedo.

Spado
Mango
Mangonizo·

Lucrum. Spado castrat⁹. mango quasi manuago dr: mancipiorum atque etiam aliarum rerum venditor: quas polit et interpollat vt pluris vendat. pōt esse cōmunis gnis: qr de femina dr. Plini. xxxij. Ita pueros pubescere negauit mango salpe obstetrix. Hinc mangonizo as. i. orno. et cōpono: ad alliciēdos emptores. hinc domus māgonizata. oro māgonizata: equus māgonizat⁹ et. Adijce dictis vnū masculinū burdo. i. qui ex equo et asina natus est. Dubij generis sunt hic aut hec margo. i. cuiusque rei extremitas. Iuue. Plena iam margine libri. Papinius. i. the. Soluerat hesperij deuexo margine pōti. Cupido pro cupiditate: p amoris deo solum masculinū est. Hora. Uiuitur paruo bene cui paternū splendet in mensa tenui salinū: nec leues sopnos timor aut cupido sordidus aufert. Idem. At bona pars hoim decepta cupidine falso. Sil. libr. iiij. Dux instar vterque: ambobus velox virtus geminusque cupido laudis. Idem. xiiij. Nec sat matur⁹ laudū bellique cupido. Sepius femininū est. Idem lib. i. Et recti sacra cupido. Cardo nūc sit masculinū. Uerg. cardine verso. Gracc⁹ in atalāta: feminino vsus est. O grata cardo regiū egressum indicās. Boeti⁹. iij. de cōso. summa cardo p dixit. Cardo quo ianua mouetur: capitur p polo Bubo declaratum est in regula. Cōis pprio et. Teredo vermiculus solū est femininū ptra indoctos vt formido et alia. Pli. lib. xj. ca. xix. Nascūtur et in ipsa ligno teredines q ceras precipue appetunt. ¶ Echo cuius gnis: feminini: qr poete dicunt esse nymphā vel deam loquētium voces iterātem suie repetentē. et capitur pro tali voce vt ceres pro frumento per regulam. Esto femineū et. Tarraco narbo et. oppidorum nomina feminina sunt omia preter Sulmo: per regulam. Insula et vrbs regio et. sic hierico: sed rectius dicatur hierichus. ¶ Homo cuius gnis: cōmunis. quia viro et femine datur. vt hinc deductum nemo: licet feminine raro inueniātur. Sulpiti⁹ ad Ciceronē de Tulliola ciceronis filia. Qm homo nata fuerat. Terētius in an. Hoc ego scio vnū neminē peperisse hic Tintinius. Quod rogat neminē decet bonā. ¶ Sunt ne alia in o cōmunia: Etiam vt virgo: vix vnque masculinum: nisi in sacris. latro vix vnque de femina dictum quaz Nebrissen. latronē vocaret. vt a leo lea vel leena. licet Homerus teste Gellio Leōes etiam dixerit ipsas feminas. a fullo fullona p lintheorū lotrice. Latro est qui in sylus et alijs locis latet vt hoies occidat. capitur aliqn p satillite. Cōia aūt sunt cōuiuio. i. conuiua: sic cōbibo forsan: qr de feminis dictū nō inueni: sicut nec erro: epulo manduco et multa alia q ex significatione videtur esse cōis gnis. sic gentilia macedo saxo bruto et. Pellio q que ve facit vestes pelliceas. Restio q q ve facit restes. Phrygio qui que ve acu pingit: vel vestibus aurū intexit. hec reducātur ad regulā. Quicquid vtrique datur. ¶ Presto cuius gnis: ois. qr est adiectiuū indeclinabile per rlam Adiectiua triū et. et significat presens cum verbo sum: aliqn est efficax. Celsus li. vj. Neque medicamentum presto est. ¶ Pseudo. i. falce nullius gnis: qr extra cōpositionem non reperitur: vt pseudo propheta et. phonasco nūque reperitur: sed phonascus. pro magistro vocis. Soluendo gerundium est nullius generis figurate oibus tanque adiectiuum iunctum p sufficiente ad soluendū. Fabius. Paupi soluendo non sumus.

Burdo
Margo
Cupido
Cardo
Teredo
Echo.
* Sulmo mihi pria est gelidis huberrim⁹ vndis.
Homo.
Nemo
Homo.
Latro.
Pellio.
Restio.
Presto.
Pseudo
Soluendo

U c neutra loco d vel l t. Sed hec dabit halec:
Aut hoc. sol mugil d ent hic vt sa l: quod et hoc vult.

¶ Noia desinētia in u/c/d/l/t: sunt neutri ge. vt cornu: gelu: lac: quid. Tribunal sedes iudicis. Triental mensura. et dr etiā triēs. Bidental aliqd ictū fulmine. Toral vestis qua torus ornatur. Hora. Ne turpe toral ne sordida mappa. Ceruical puluinusq capiti aut ceruici supponitur. sic aial vectigal et. mel fel subtel p cauo pedis: nil: nihil sine c: qr fiūt ad nihilū et hoc a ni p nō et hilū. i. nigrū fabe: et q duis nulli⁹ precij Lucillius. Neque pficis hilū. Sil silis ceruileū in metallis apd Pliniū lib. xxxiij. vbi de hoc multa dt Hermolaus: Caput: sinciput: occiput: et que nō declinantur git et frit. Est aūt git herba et legumē. Pli. lib. xx. Git ex grecis alij melāthiū: alij melāsparmō vocāt optimum que excitatissimi odoris que nigerrimū. Frit teste Uarrone in re rustica dr illud in summa spica iā matura: que est min⁹ que granū. Sinciput est anterior ps capitis. Occiput vo posterior. Interciput apud latinos nō legitur: Excipiunt a rla pauca nam halec tam feminini que neutri est, p pisce qui sola aqua neutritur: et p quodam liquamine ex intestinis piscium. Martia. Cui portat gaudēs ancilla paropside rubra Halecem: sed quam protinus illa vorat. Plini. Halec imperfecta nec collata diminutiuum apud Collumelam est halecula. Horati. ij. libro ser. Ego fecem pu=

Tribunal
Triental.
Bidental.
Toral
Ceruical
Subtel
Nil. nihil.
Nihilum.
Hilum
Sil.
Frit
Git.
Syncipüt
Occiput.
Halec.

mus ⁊ halec. Primus ⁊ inueni piper album. secūdo hoc liquamen etiam dicitur garum galeutim. Antonius Nebrissensis pro pisce per x literā solā feminino gñe hec halex dici debere asserit. ¶ Tot quot totidem aliquot quotquot ⁊ idem significans quotcūꝙ adiectiua sunt omnis generis per regulā. Adiectiua triū ⁊c. Quid substātiuum est: qd adiectiuū: sed de hoc alias. tot ⁊ totidē. i. tam multi. quot ꝙ multi. aliquot. i. aliquantulū multi. hic sol mūdi oculus. Mugil piscis capitosus qui in metu abscōdito capite totum se occultari putat. Plinius li. ix. Mugil ⁊ lupus mutuo odio flagrant. dicitur etiam mugilis. Iuuenalis. Quosdam mechos ⁊ mugilis intrat. Addunt strigil sed melius dicitur strigilis. ¶ Sal nunc est masculinum: olim etiā neutrum: ita docet Priscianus. Afranius vetustissimus. Quicquid loquimur sal merū est. sic etiam ecclesiastici: sed eloquentissimos imitemur. Pli. Seruandis carnibus aptior est sal acer ⁊ siccus. Uarro. Melior est sal fossilis ꝙ marinus. Col. Sal candidissimus conijciatur in vrceū. Luca. in. x. Equoreasꝗ sales longo mitescere tractu. Macro. vij. satur. capite vltimo. Id fieri sal amixtus corpori ꝓhibet. Est enim natura siccus ⁊ calidus. Salina locus vbi sal paratur. salinū vasculū cui imponitur sal. ¶ Uigil cuius gñis? cōis qꝛ dat viro ⁊ femine per regulā. Quicquid vtriꝗ dat ⁊c. est em̄ qui vel que vigilat. in obliquis neutris iūgitur. vt vigil studio. Per eandem regulā sunt cōis gñis. Pugil qui vel que pugnandi artem nouit. Terē. Si qua est paulo habitior pugilē esse aiunt. Presul qui vel que preest vt pontifex. Macro. lib. j. satur. Quia luna corporum presul est. Sedulius neutro iunxit. dicēs ligno presule. Exul qui vel que exulat per candē regulam cōis generis est. Consul dignitatis nomen: quia soli viro datur masculinum est per regulam. Omne viro soli ⁊c. sic vetustissimum nomen. Famul pro famulus: proconsul: exconsul: vt consul.

Halec. Mugil. Sal. Uigil. Pugil. Presul. Consul. Famul. Nequam.

¶ Nequam est ois gñis per regulā. Adiectiua triū generū: qꝛ nequā est adiectiuum indeclinabile. i. inutilis nequitia vitiū cetera cōplectēs. Quisnā sequitur quis ⁊c. Totidem vero tot tantundem neutrum vt tantū. idem vt is. Quandocunꝗ posterior pars compositi genus nō recipit: vt sunt syllabice adiectiones ⁊ aduerbiatim solum priorem partem aspiciemus.

An: in: on: maribus dantur. Sint neutra secunde.
Hic aut hec python. Sindon muliebris: et icon.

¶ Noia disinentia in an/in/vel on: masculina sunt: vt titan. i. sol. Oui. de creatione mundi. Nullus adhuc mūdo prebebat lumina Titan. Azan mons Arabie. Papi. Uenit ⁊ ideis hululatibus emulus Azan Acarnā populi nomen. Pean. i. hymnis ⁊ apollo. Delphin piscis quidā ⁊ astrū. delphinus ⁊ delphis idem. ¶ Agon certamē. demon. i. diabolus interpretať sciens. Excipiunť a regula noia in on scđe declinationis ꝗ latini plerūꝗ vertunt in um: sunt neutri ge. vt colon. i. membrū diatessaron de octo qꝛ octo voces habet: ⁊ diapason musice artis symphonia cōstans ex quinꝗ tonis ⁊ duobus semitonis. diasatyron cōpositio quedā medicorum ad excitandū venerē. Dialyton. i. dissolutum: figura per quā plura sine cōiunctione ponūtur. Talia sunt prope infinita: inter que est Pelion nomen montis. Peston ⁊ ilion oppidorum noia: que latine dicuntur pestum ⁊ ilium. Uergi. iiij. Georgi. Biferiꝗ rosaria pesti. Idem alibi. Sub ilio alto. dicitur etiā hec Ilios. Ouidius. Sed mihi quid prodest vestris disiecta lacertis. Ilios. Barbitō quod doctissimi quidā male putauerūt esse feminini generis. Horatius. Lesboum refugit tendere barbiton. Ausonius in epigrammatis. Hoc genere ⁊ chordas ⁊ plectra ⁊ barbita conde. Est instrumentū musicum qd pulsatur plectro vel calamo. latine hic barbiton pro eodem dicitur hic vel hec barbitos vel barbitus. Sapho ad phaonem. Nec facit ad lachrymas barbitos vlla meas. mendose plurimi libri habent ibi barbiton. Hora. Age dic latinum barbite carmen Lesbio primū modulate ciui. hic masculinū est vt apud Sidonium in eucharistico. Te magne sacerdos Barbitus hic noster plectro licet impare cantat. Sidon velū subtilissimū. Martialis lib. xi. Quo tu quo liber ocyose tendis. Cultus non sindone nō quotidiana. Icon. i. imago feminini est teste Nestore. dicitur etiam icona icone ⁊ iconisma iconismatis. Pyton vel phyton phytonis serpens quidam dubij ge. est. Ouidius namꝗ tumidum pytona dixit. Tibullus vero delphica python. hoc de serpente plurimi intelligunt: sed quidā sine n pyto habēt qd aliud est. ¶ Sidon cuius generis? Est feminini generis: qꝛ est vrbis nomē: vt babylon: asca-

Titan. Azan. Acarnam. Pean. Delphin. Agon. Demon. diatessarō. Diapason. Diasatyrō. Dialyton. Pelion. Pestum. Ilion. Ilios. Barbiton. Barbitos. Barbitus.

lon/Lacedemon/ancon/croton ꝛc. vrbiū aut regionū noīa. veluti etiam Salamin. eleusin/trachin/oppida. Juuenalis. Ille tñ qualis rediit salamine relicta. Que tñ secunde sunt neutra esse diximus. vt Ilion quibus iungitur hebreum man: id est manna nec declinatur.

Salamin

En neutrum pono. mas est cum pectine lichen:
Et ren siue rien atagen splen: iunge lienem.

Flumem. Fulmen. Frumen. Examen Omen.

¶ Nomen in en: est neutrū. Flumen. i. fluuius. Fulmen ignis ingēti velocitate e nubibus decidens. Frumen summa pars gule: per quā cybum lingua mittit in vētrē. Examen noua apū soboles: ꝛ stylus in statera vel in bilance. ꝛ dicitur etiam equamentum: trutina: equilibriū: libramentū. ꝛ ponitur pro equamento ꝛ iudicii inuestigatione. Hinc examino as. i. scrutor ꝛ inuestigo. Omē diuinatio ex ore sumpta quasi oremen. Uerg. Quod dii prius omen in ipsum conuertant. Ominosus. i. qui omen facit. sic autem pulchre loquimur. Si pater obiret (q̄d omen deus auertat) mendicādum mihi esset. sic semen nomē solamen. ꝛc. Excipiuntur a regula pauca masculina.

Pecten

Pecten: licet Seruius crediderit esse neutrum. vi. eñ. Jam pectine pulsat eburno. Plautus namq̄ in captiuis per pectinem dixit. Est autē pecten quo pectitur capillus ex quo crines pectuntur: ꝛ cratis dentata ad colendam terram ꝛ pubes et piscis qui etiam pectunculus dicitur. ꝛ est instrumentum textorū dictum quod fila in telis figat: ꝛ semper masculinū esse arbitror. Lichen. i. mentagra talis morbus. Martialis lib. xi. Ne triste mentē sordidive lichenes. Ren siue rien viscus quoddā de nyere diminutiuum est renūculus. ¶ Attagen: vsus sum figura syncopa: imitatus Antonium Nebrissensem: qr aliter versum ingredi nequibat. Nam recta scriptura est attagen gemino tt. secūda breui ꝛ vltima producta sic eūdem ꝛ alios imitatus hoc nomen neuter neutra neutrum: interdū dissyllabū feci: cū sit trissyllabum quia nullum nomen latinū eu diphthongum habet. Attagen igitur masculini generis aut epiceni sub articulo hic significat auem quandā delicati saporis: valde vocalem: sed captam mox obmutescentem. Horatius in epodo. Non attagen ionicus iucundior. dicitur etiam feminine attage ꝛ attages attagis. Martialis Jonicarum gustus attagenarum. Hieronymus in epistolis. Tu attagen ructas. aliqui libri habent attagenam: alii attagen: at sic ab attage. es. Splen ꝛ lien idem: viscus significāt teu de mylte. Lienosus ꝛ spleneticus qui male habet in splene. Seruius teste Sulpitio neutrum esse dixit: sed errat vt opinor. Celsus. lib. iiii. Splen in sinistra parte est intestino innexus natura mollis ꝛ rarus longitudinis modice.

Lichen Ren Attagen. Neuter Attagen. *Attagena piu inclinamēti.

Flamen.

¶ Flamen cuius generis? Masculini. qr vxor eius ꝛ femina sacerdos dicit̄ flāminica. da regulā. Esto genus variū ꝛc. Omne viro soli ꝛc. dicit̄ flamen quasi filamen a filo quo cinctum caput habebat. Flamen dialis. i. sacerdos iouis a dio. i. Joue Flamen Martialis. i. Martis. Flamen quirinalis. i. Quirini siue Romuli. Flamen pro flatu est neutrū. Cicero in arat. Inferior paulo est paries ꝛ flamen ad austri.

Fidicen Tubicen Tibicen Cornicen Lyricen. Liticen Oscen. Siticen

¶ Sunt ne alia in en masculina? Etiam quia composita a cano habent feminina per a: per regulam. Esto genus varium ꝛc. vt fidicen qui fidibus canit. i. citharedus Fidicina citharistria. Tubicen qui tuba canit: vt tibicen qui tibia: cornicen q̄ cornu. Lyricen qui lyra. Liticen qui lituo. Oscen qui canit ore. Hora. Oscinem coruū prece suscitabo solis ab ortu. proprie de aue auspicium ore faciente dicitur. Siticen qui apud sitos mortuos canit. Feminina sunt tubicina tibicina.

Hymen

¶ Hymen nuptiarum deus masculinū est per regulam: Omne viro soli. ꝛc. Ouid. Turpia famosus corpora iungit Hymen. dicitur etiam tenuis illa membrana qua infantes aliquando nascuntur inuoluti. ꝛ est masculini generis: vt Bacchus pro vino. Nam illi rei preesse credebatur deus hymen.

Siren.

¶ Siren cuius generis? Feminini. qr putabat̄ esse nympha marina pubetenus virgo reliqua parte corporis piscis ꝛ sirenes fuerunt tres filie Acheloi ꝛ calliopes incolentes littus siculum. Partenope lygia ꝛ leucosia. Hec cantu dulcissimo nautas ad se allectos demerserunt. dr etiam sirena ne. Hiero. in ꝓlogo Josue. Et nos ad patriam festinantes mortiferos sirenarum cantus surda debemus aure pertransire Siren itaq̄ refertur ad regulam. Esto femineum ꝛc. Trezen vrbis nomen femininum est per regulam. Insula ꝛ vrbs regio ꝛc. scribitur oe diphthongo. Seneca. An maris lati sinuosa. Troezen. Papinius diphthōgon diuisit dicens. Et quas vicina

Trezen

Troezen iungit opes/Incole dicuntur Troezeni. Damen et Sebē sunt propria virorum. Siren capitur etiam pro quacūq; illecebra. Horatius Uitanda est improba siren desidi.

Ar petit hoc. Sed lucar auis cum baccare vult hec:
Nunc iubar hoc tantum poscit. Jubar hic dedit olim.

¶ Nomina in ar sunt neutra vt lupanar domus luparum.i.meretricum. Calcar.id est ferens stimulus ad calcem alligatus ad vrgēdos equos: ꝛ capitur ꝓ quouis incitamēto. Ouid. Excitat auditor studiū laudataq; virtus Crescit ꝛ immensum gloria calcar habet. Cochlear quo sorbemus puluinar: laquear torcular ꝛc. Excipiunt duo feminina. Lucar pro aue prima luce suauiter canente si quicq; credimus Nouariensi. Sed lucar ꝓ erogatione q̄ in lucis.i.syluis idoloꝝ cultui consecratis fiebat: est neutrū. Baccar vel baccaris herba quedā sine aspiratione. bacchar cū aspiratione neutri generis: est vas vinariū q; bacchariū quoq; ꝛ bacchiū dr. Jubar sol vel ipsius splendor a iubis.i.radijs: nūc est neutrū olim etiā masculinū. Ennius. Interea fugit albus iubar hyperionis cursum. Notanda sunt diligenter per regulas generales nota: vt Lar domestic⁹ deus ꝛ ipsa dom⁹. vt bacchus vinū. Persius. Et modicus voti presso lare dulcis amicis. Lares dñr esse plures. Cesar cognomē ꝛ imperator. Bostar proprium viri. pro stabulo apud veteres nusq; inueni: licet Calepinus ponat: nar arar fluuioꝝ ꝓpria satis patēt. Par adiectiuū.i.qualis est oīs gnīs per regulā Adiectiua triū. sic cōpar dispar impar separ.i.nō par. Par substantiuū est neutri gnīs. Cice.in philippicis. Ecce tibi geminū in scelere par. Luc.in.vj. Par q; suum videre dei. Horatius.ij.ser. Ludere par impar: equitare in arundine longa.

Lupanar
Calcar
Cochlear.
Lucar.
Baccar.
Lar.
Cesar
Bostar
* Par adiectiuum ꝛ substātiuū.

Er petit hic. Terre hoc fetus (cucumer nisi) poscit
Uber iter verber cancer tener atq; cadauer.
Uer spinter tuber. Dabit hic aut hec tibi lynter.

¶ Nomina in er siue declinationis secūde siue tertie sunt masculini gnīs: vt anser passer ager ꝛc. sic vesper siue pro stella vesptina siue tēpore serotino contra Alexandrum: Sulpitiū: Calepinū: ꝛ plures asserētes inueniri in neutro gnē: sz nulla veterum authoritate id ꝓbant: nec q̄rent vt opinor. Uerg. Deniq; quid vesper serus vehat. Sta.xij.thebaidos In lachrymis exēpta dies nec serus abegit Uersper amāt miseri lamenta malisq; fruunt. Hic pro tempore rectissime capitur Est autem tertie declinationis. Ausonius. Hec ad te breuiter ꝛ illico vesperis illius secuto mane dictaui. Celsus.lib.iij. Que non inter meridiem ꝛ vesperem desinit. Uer. Uespere ab atro consurgunt venti. Plura dicam in tertio libro. ¶ Excipiuntur a regula quedā nomina tertie declinationis neutri generis vt fructus terre significantia veluti papauer herba semen soporiferū habens. Lauer alia herba. Plini. vtitur quādoq; in feminino: quia subauditur herba per regulam. Cōmunis proprio. Laser herba quedam ꝛ succus ex culmo lacerpitij exūdans. Cicer quoddam legumen superius acutum. Cicera ꝛ cicurcula sunt alia legumina. Siser per s in vtraq; syllaba herba cui⁹ radicem olim nobilitauit Tuberius flagitans eam oībus annis a germania. sic piper zinziber ꝛ si qua sint similia. Plini. feminine dicit li.xx.ca.v. Nemo tres siseres edendo continuaret. Cucumer tamen masculinū est veterū sepius in ntō cucumis legitur. herba quedam est. neutra etiam sunt que sequūtur. Huber māma pecoris aliquando etiā hominis: vt beata hubera que suxisti. Ouidius. Fertilior seges est alieno semper in agro. Uicinūq; pecus grandius huber habet. Etiā est hubertas.i. magna agri fertilitas. Uer.vij.enei. Non vobis rege latino diuitis huber agri Troie ve opulentia deerit. Jter: sub quo cōprehenditur, synonymum.i.idem significās itiner.i.itino vel actus eundi, ꝛ aliquando via. Hiero.in lib. Num. auertit se de itinere. ꝛ ibat per agrum. Uerber verberandi instrumentum. ntūs singularis vix inuenitur. Uerbero onis verberari dignus. Cancer pro morbo quodā tertie declinatiōis neutri gnīs est apud veteres: quos nō sequimi r ait Priscian⁹. Solēt ꝓbare cancer neutrū esse per illud Ouidij. Utq; malum late solet immedicabile cancer Serpere ꝛ illesas vitiatis addere partes, sed nulla est probatio: qꝛ hic malū est substantiuum.

Uesper.
Papauer
Lauer.
Laser
Cicer.
Siser.
Cucumer.
Huber.
Uerber
Cancer

cui adheret adiectiuũ immedicabile: vt sit sensus. & vt cãcer per appositionẽ malũ immedicabile solet &c. Itaq̧ potius cancer etiam tertie ƀm Priscianum videt̃ esse masculinũ vt Carcer quod apud vetustissimos neutrum fuit. Cadauer a cadendo est corpus mortuũ: & p similitudinẽ de aliis dicitur. Sulpitius Ciceroni. Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. hinc cadauerinus vt cadauerinus odor. Uer. anni pars tẽperatior. hinc vernus: vt verni flores. & verno. i. pullulo cresco & splẽdeo atq̧ etiã cano. Plau. Dum auicule vernant. Spinter fibula mulieris. i. vncus quo vestes nectuntur: Plautus Scis quid hoc sit spinter. Armillam non esse spinter patet ex menechmis. Est autẽ armilla brachii insigne. vide Calepinũ. Tuber priore lõga est terre callus vulgo tartasus dicitur in Italia: teste Calepi. nomẽ habet a tumore. Martialis in xeniis. Rũpimus altricẽ tenero de vertice terram. Tubera boletis poma scđa sumus. metaphoricos pro quouis tumore capitur. Nec propterea dixerim esse adiectiuum licet doctissimo cuidã ita videtur. Teren. Tuber est totum caput. Ouiđ. x. met. Immodico prodibant tubere tali. Tuber priore breui arboris nomen femininũ esse opinor. p pomis illius arboris masculinum est. Sueto. in domitiano Oblatos tuberes seruari iussit in crastinum. Martia. in xeniis. Lecta suburbanis mittuntur a pyrina ramis. Et verne tuberes: q̃d tibi cum libycis: Antonii duo Nebrissensis & Sabellicus credunt hic tuberes esse femi. gñis: at falli vident̃ quia verne hic adiectiuũ nõ est: sed substantiuũ plurale ab hic verna. vt per appositionem figurate dicamus. tuber verna. i. domi nostre natus non ex Aphrica allatus. Concinit mihi Domitius: lʒ exponat verne per femininũ domi nostre nate quũ nati dixisset. aliter docui in versificatoria: sed hec magis placent. Ruder et iuger barbara sunt. latine dicimus rudus & iugerum que postea patebũt. Lynter nauicula rectius femininum est. Liui. li. vi. ab vrbe condita. Iam in altum expulsa lyntre. Tibullus lib. ii. Ire solebat. Exiguus pulla per vada lynter aqua. etiam est lignum cauatum que nauis dicitur: qua in vindemiis rustici vti solent.

Tuber.

*Nebrissensez & sabellicũ deceptos asserit qui tuberes fe. g. esse dicunt

Lynter

¶ Mater cuius generis: Feminini. q2 soli femine datur vt mulier: qđ de homine solum dicitur: femina etiã de bestiis vt femina piscis. datur regula. Esto femineũ &c.

¶ Pauper cuius gñis: Communis in nominatiuo accusatiuo et vocatiuo: in reliquis etiã omnis generis. da regulã. Quicq̃d vtriq̧ datur. & adiectiua triũ &c. Talia sunt quatuor pauper: degener: huber: puber. pauper qui parũ habet. Luca. in. x. Pone duces priscos & nomia pauperis eui. Papinius. pugna est de paupere regno. Uer. dixit. Pauperis & tuguri. hinc paupero pauperas. i. pauperem facio. Plau. Boni viri me pauperãt: improbi alunt. Degener ignobilis ignauus timidus nõ sequẽs virtutem suorũ maiorũ. Uerg. iiii. eñ. Degeneres animos timor arguit. Luc. in. i. Degenerez patiere togam. Degenero. i. a genere descisco. Hiero. Frumenta in lolium auenãq̧ degenerãt. Huber. i. fertilis vel abundans. Lactan. Ecclesie pastor hubere lacte sinu. Lucre. in. vi. Sequit̃ grauis imber & huber. Cato res huber fuit hoc etiã in recto neutrum est. Ta. rari imbres huber solũ exhuberãt fruges nostrum ad morem. hubertas. i. abundãtia & fertilitas. hubertim abundanter. exhubero. i. abundo Uerg. Pomisq̧ exuberat annus. Huber substantiuũ patuit. inhuber nõ huber. Gel. Inhuberes & inculte quidẽ macreq̧ essent. Puber maturus ad generãdũ. Dicitur etiam hic et hec pubis. Sallu. Puberes oẽs interfici iubet. Philel. Superas annos iam puberis eui. Impuber vel impubis ad generãdum immaturus. Pubes crinis circa genitalia: & ipsi puberes vt iuuentus ipsi iuuenes. Cãpester est masculinũ: q2 prima vox adiectiui: vt sylvester & cetera declarata circa regulã. Esto genus va. &c.

Pauper

Degener.
Huber.

Ir iunges maribus. neutri generis tamen est hir.

Abbadir.
Myr.
Pyr.
Martyr.

Nomen in ir est masculinũ vt abadir lapis quẽ Saturnus đr deuorasse sic vir & gentile treuir. at hir. i. vola manus est neutrum. Pyr i. ignis neutrum est sed latini non vtuntur ideo omisi. Martyr/cõmunis generis est: quia viro & femine datur per regulam. Quicquid vtriq̧ datur &c. vt Paulus martyr/Hagne marty. Est autẽ martyr testis. martyrium testimonium verissimus Christi testis est: qui pter illum libens moritur: Prothomartyr: primus martyr.

Hic dat' or. hec arbor. Cor adorq̧ hoc marmor et equor.

Meror.
Rumor.

¶ Nomen in or masculinũ est: vt meror vehemẽs dolor. Rumor populi sermo. Rumor est te am are. i. populus dicit quod &c. Fulgor id est splendor. Sic amor. albor.

dulcor &c. Unicū est femininū/arbor. diminutiuū est arbuscula. arborator. i. arborū putator & frōdator. Arborесco arbor fio: arbustū vbi multe sunt arbores. Duo etiā feminina sunt per regulā. Esto femineū &c. q᷑ solis feminis datur: que sunt Soror vnde sororius. i. maritus sororis vel aliquid ad sororē pertinens. vt oscula sororia. Uxor viri coniunx. diminutiuū est vxorcula. vt sororcula. vxori⁹ ad vxorē pertinens vel aliquis vxori nimiū deditus. ¶ Quatuor sunt in or neutra. Cor/fons & radix vite diminutiuū est corculū. Cordatus/prudēs. cordoliū: commiseratio / quasi dolor cordis. Plautus. mihi cordoliū est. Ador frumentū quoddā. vnde adorea vel adoreola laus bellica. Marmor genus lapidis. Marmoreus a. um. qd ex marmore est vt sepulchrū marmoreū. Marmorat⁹ a. um. q superficiem tantū ex marmore hꝫ: vt marmorata domus. Equor. i. mare: aliqñ etiā cāpus aut aer: nam proprie dr̄ superficies rei ab aqua: cui equa superficies est quum non fluctuat. Equoreus. i. marinus. ¶ Senior cuius generis? cōmunis gn̄is. q᷑ est prior vox adiectiui: vt multa alia veluti hic & hec senior & hoc seni⁹. hic & hec doctior & hoc docti⁹. sic melior dulcior. &c. per regulam. Esto genus variū &c. Senior tamē frequentius masculinum est. Corcelsus lib. v. Corpora seniora tentātur. Plini lib. xi. de apibus dixit. Seniores int⁹ operantur. Seneca in hypolito. Fama miratrix senioris eui. Ambrosius. Ut fides astrueretur exemplo senioris femine. Uarro in positiuo dixit. Et tua amica senex. Comparatiua sub or olim fuerunt neutri generis: teste Prisciano. Id iam exoleuit. ¶ Author cui⁹ gn̄is? cōmunis: q᷑ datur viro & femine p regulā. Quicquid vtriq͡ʒ datur nam author sine c: cum aspiratiōe est factor aut factrix: grece authentes dicitur: vt poeta est author carminis. Eua est author miserie nostre. Deus est author mundi. Author etiam est qui suadet aut persuadet potius: vt author deditionis: et promissor & propugnator siue defensor. author item cui quis fidē habet: hic authoritas multo plura dicit Calepinus. libētius dixero cum Macrobio in li. ij. saturna. Natura huius fabrice author & nutrix: q͡ʒ cum sanctissimo eodēq͡ʒ doctissimo Aurelio Augustino. Authrix peccati Eua. authrix meriti Maria. Et diuo Hieronymo veneremur salutis authricē reclamat frustra Calepinus. Mundi lumina fuerūt. et viri sanctissimi mysteriorūq͡ʒ diuinoꝝ doctissimi quoꝝ nō fuissemus digni corrigiā calceamenti soluere ergo semp fuerūt latinissimi. Mendose colligis inq̄t Stoicus Hic aurē mordaci lotus aceto. Auctor qui auget latinū est masculini gn̄is. q᷑ femininū est auctrix: prius author etiā figurate neutris iungit. Luca. in. v. Italiā si celo authore recusas. Uerg. in. x. ene. Italiā petijt fatis authoribus esto. Philel. et Lancilotus refragātur mihi in orthographia huius dictiōis. de qua dicā alibi. Sūt qui dicant senator/balneator/& actor pro recitatore: ac oratore. Item aleator esse cōmunis generis. inter quos cum Seruio est Sulpitius. licet Petronius vsurpatiue balneatricem dixit. Item cōmunis generis sunt per regulā. Quicquid vtriq͡ʒ datur &c. Uerbalia in sor nō faciētia feminina in trix. vt sponsor qui vel que spōdet: intercessor qui vel que intercedit &c. Ouid. Sponsor cōiugij stat dea picta sui. Masseus virgo intercessor nostra fer ante deum. sic professor &c. licet de feminis raro dicantur. vt Rhetor. quod etiā cōmunis generis esse dicunt. Pauca sunt femina in trix a verbalibus in sor: vt tontrix possestrix assestrix expultrix. Rhetor qui vel que scit rhetoricam & eam pfitetur. ¶ Memor cuius generis? omnis in singulari per regulā. Adiectiua triū &c. in pl̄i cōis gn̄is: per rl̄am. Quicq̄d vtriq͡ʒ dat. Uerg. iiij. ene. Iustiq͡ʒ memorq͡ʒ pcat. Idē in. ix. Nulla dies vnq͡ʒ memori vox eximet euo Memor q̄ recordat aliqñ etiā passiue: vt memorē Iunonis ob irā. immemor q̄ non meminit. ¶ Discolor cui⁹ gn̄is? ōis. q᷑ sub vna terminatiōe omni generi cōuenit: vt discolor pēnia: discolor vestis: discolor agmen. Ouid. iij. amoꝝ. Et volat amissis discolor agmen equis. Pli. lib. xix. ca. i. Stupuerūt littora flatu versicoloria impellente. Idem intus omne ouum est bicolor. Gel. li. vi. Tunica muliebri int⁹ & pallio v̄sicolore. discolor diuersi coloris. cōcolor eiusdē coloris. Aues concolores vna volant. Unicolor vni⁹ coloris. Bicolor duoꝝ coloꝝ. sic tricolor &c. Multicolor multoꝝ coloꝝ: versicolor varij coloris: decolor mali coloris. Item per eādem regulā omnis generis sunt quedā a corpus composita: vt bicorpor habens duo corpora. sic tricorpor. Uerg. in sexto: et forma tricorporis vmbre. bitēpor: excor. & similia a barbaris ficta sunt latine dices bitemporeus excors &c. Item per eādem regulam oīs generis sunt a decus: id est honor deducta: vt indecor & dedecor: id est inhonestus. qui nominatiui rarissime leguntur. Papinius p funere pulchro: dedecorem amplexi vitam reditusq͡ʒ puden=

Fulgor. Arbor. Soror. Uxor. Cor. Ador. Marmor. Equor. Senior. Author. Auctor. Uerbalia in sor. Sponsor. Intercessor. Rhetor. Memor. Acolor. Discolor. Concolor. versicolor. Decolor. Bicorpor. tricorpor. A decus i decor dedecor.

dos. Verg. xi. eñ. Non tñ in decorẽ tua te regina reliquit. Hic Serui⁹ dicit nõiatiuũ
Decor. non reperiri. Priscianus deducit hec a vetustissimo adiectiuo hic ⁊ hec ⁊ hoc decor:
gtõ hui⁹ decoris: penul. breui. i. honestus. Neu⁹ apud Priscia. Decoreq̃ditẽ duxe-
rant versus est Iambic⁹ dimeter: primus pes decorẽ est anapestus. hic decor deco-
ris, penultima longa: pulchritudo. Loquor res naturaliter fluẽs. vt aqua / vinum /
olcum masculini gñis est: vt color olim etiam femininum: quod non sequimur.

Hoc dat ur. hic furfur capiet cum vulture turtur.

Murmur. ¶ Nomen in ur est neutri gñis. vt murmur leuis aque strepitus: licet metaphorice
ꝓ quouis strepitu capiaꝶ hinc murmuro as. murmurillo as. i. murmuro ⁊ murmu-
rillum. i. murmuratio. in euãgelio Ioãnis masculine legitur. Murmur multus de
eo erat in turba. Valla ait. imitatus est interpres grecos apud quos nomen idẽ si-
gnificans masculinũ est. nobis autem murmur tãtum sit neutri generis. vt guttur
quod Plautus vt imperitus sermo petulantis serui spectatoribus risum excutiat
Guttur masculine in aulularia protulit. Et ne obturet gutturẽ inferiorẽ. sic carcer neutrum
Guttus. et papauer masculinũ repertum: quorum nihil imitabimur. Guttur est fistula colli
Mãphur. guttus est vasculum superne angustum. vnde liquor guttatim effunditur. Mãphur
Furfur. lignum mediocris longitudinis rotũdum quod loro circũuolutum circũagũt fabri
in operibus tornandis een draeyhout. Tria excipiũtur a regula masculini generis
Furfur purgamẽtum farine. Seren⁹. Addiꝶ excussus nuca simulagine furfur. Est
et nomẽ auis: si Calepino credimus: nunq̃ est feminini aut neutri gñis cõtra indo-
Vultur ctos multa effutientes: nihil ꝓbantes. Pro capitis morbo melius plr̃ tantũ furfur
Turtur. res dicimus furfureus ex furfure. vt furfure⁹ panis. vultur auis rapax et carniuo-
ra que etiã vulturis ⁊ vulturius dicitur. Ennius. Vulturis in syluis miserũ mãde-
bat homonem. Catul. Lingua exerta auido sit data vulturio. Turtur siue piscis si-
ue volucris: pro pisce non occurrit mihi testimoniũ aliud q̃ grãmaticoꝝ. Grece dr̃
pastinaca et trigon in cuius cauda stat radi⁹ ꝑsentissimi veneni. ꝓ aue. Sappho ad
Phaonem. Et niger a viridi turtur amatur aue. sic Iuuena. Cariturus turture ma
gno. Seruius et plures putat dubij generis esse ⁊ femininum reperiri apud Verg.
in buco. dicẽtem. Nec gemere aerea cessabit turtur ab vlmo. vt sit aerea turtur: sed
fallũtur: quia melior versus est ⁊ sensus vt aerea ablatiuus sit pro alta: ⁊ ponatur
quẽadmodũ legimus querc⁹ ⁊ cyparissos aereas. Idem. iij. ene. Aeree quercus aut
conifere cyparissi. Mar. Daphonas: platanonas: ⁊ aereas cyparissos. quod versus
melior sit in sensu nostro patet ex his q̃ in versificatoria de sesuris diximus. Ambro-
sius tñ feminine protulit turtur aut cum Seruio decept⁹: aut per regulã Cõmunis
proprio ⁊c. magis cõmune auis sub audiens. Turtur vbi iugalis ꝓprij fuerit vidua
ta pertesa thalamos ⁊ nomen habere cõiugij eo q᷑ primus amor fefellerit eam.
¶ Satur cuius generis? est masculini: q᷑ est prima vox adiectiui per regulã. Esto
genus varium ⁊c. Satur satura saturum: id est cibo plenus. Terentius. Cum satu
ra atq̃ ebria eris puer vt sit satur. Satur etiam est abundans ⁊ fecundum: vt rus
saturum. hinc saturitas: ⁊ saturo saturas. atq̃ quod vetus est satio.
Cicur. ¶ Cicur cuius gñis? ois: q᷑ sub vna voce adiectiuũ est per regulam. Adiectiua triũ:
id est mite ⁊ mansuetum: vt cicur ingeniũ. Cicur bestia. Cicuro as. mansuefacio.
Astur. ¶ Astur cuius gñis? est masculini. nam femininũ est asturica: per regulã. Esto gen⁹
varium. Astur nãq̃ est aliquis ab asturia ciuitate hispanie. vt equus astur. i. astur
co siue gradarius. Anxur oppidi nomen patuit. Insula ⁊ vrbs regio ⁊c.
Fur. ¶ Fur cuius gñis? cõis gñis: q᷑ datur viro ⁊ femine. nam fur est qui vel que furaꝶ
per regulã. Quicquid vtriq̃ datur: hinc bifur et trifur. i. summe fur. aurifur: qui fu-
ratur aurũ. diminutiuũ est furculus ⁊ furunculus fur etiã seruum significat. Vergi
gilius. Quid dñi facient audent cum talia fures. Per eandem regulam cõmunis
Ligur. gñis sunt ligur ⁊ augur. Ligur qui vel que ab liguria regione Italie est: ⁊ ꝓ eodem
dicitur ligus. Persius. Mihi nunc ligus ora intepet. Possessiuũ est ligusticus: et li-
Augur. gustinus. Augur qui vel que futura coniectat proprie ex auiũ garritu. talis diuina
tio dicitur auguriũ verbum auguror. i. diuino. pro femina. Papini. Sit augur cassa
futuri. Hora. in. iij. car. apud Priscianum. Nisi fallax augur annosa cornix. lepius
de viris dicitur: nam augurum rome fuit collegium.

As petit hec. neutrum est vas vasis fasq̃ nefasq̃.

Atq; ceras. vult as hic assis: vt omnia prime

Nomina quis addes adamas elephas acragasq; .

¶ Nomen in as est fe. ge. vt charitas cum h. i. dilectio. caritas sine h. i. preciositas. nec dicitur caristha latine. Tullius ex tanta caritate annone, subito tanta vilitas facta est. Facultas. i. possibilitas. ars possessio. Excipiuntur a regula quatuor neutra Vas quando genus est vasis: quod continet aliquid. vasculum paruum, vas. Fas licitum. nefas illicitum nec flectuntur. Iuue. Credebant hoc grande nefas et morte piandum: si iuuenis vetulo non assurrexerat. Ceras adis. teste Prisciano cuiusdam loci nomen. Masculina vero sunt As assis. i. libra. xij. vncias continet: grece mna dicitur: quod vocalis interiectu mina pronunciant latini. accipitur pro numero et pro tota possessione: vt heres ex asse: idest tota possessione. Masculina etiam sunt omnia prime declinationis noia in as: vt boreas ventus qui et aquilo dicitur: sed ex gentalibus nascitur. Sathanas demon. Tyaras capitis ornamentum quo reges sacerdotesq; vtebantur. Verg. Sceptrumq; sacerq; Tyaras dicitur etiam feminino genere. hec Tyara. Iuue. saty. vj. Et phrygia vestitur bucca tyara Phiaras serpentis nomen. Luc. Et contentus iter cauda sulcare phiaras. his iunguntur Adamas lapillus preciosus. Diamas barbarum est licet quidam vsurpant. Iuuena. Adamas notissimus et c. Elephas maximum animal. et sepius a latinis in secunda declinatione. Elephantus dicitur. Lucan. Nec tutus spatio est Elephas Acragas pro monte et similiter pro oppido. hoc satis patuit ibi. Insula et vrbs et c.

¶ Mas cuius generis: masculini generis: quia soli viro datur. nam mas. i. vir per regulam Omne viro soli. Mulier mari similis dicitur mascula: vt mascula sappho. Item masculus a. um. adiectiuum est: vt mascula bilis. i. virilis ira mascula virtus et c. Per eandem regulam masculina sunt Gigas garamas vas abbas. Gigas vir altissime stature. Garamas populi Libici nomen: femina dicitur garamatis idis. sic a gigas si opus fuerit: pro femina gigantis idis. recte dixeris. vas dis. fideiussor. Cice. vas factus est alter: proprie in re capitali: dicitur aliquando de quocunq; fideiussore. Horatius. Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem est. Abbas interpretatur pater. Athlas gigantis nomen. qui fingitur fulcire celum humeris: masculinum est per regulam. Omne viro soli et c. nec pro monte in quem conuersus esse fertur: alterius generis est. nec item pro methaphorico significatu ., vt athlas est apud doctissimos masculus: lapideus structuram in edificijs humerus sustentans: vt athlas ille celum. Optimas: primas summas et pauca alia rarissime singulariter reperta communis ge. sunt vt gentile nomen Arcas per regulam Quicquid vtriq; datur. Plau. in cistel. Summates matronas. in Politiano. matrone optimates. Apul. iiij. de asi. Summatem regionis puellam.

¶ Arpinas cuius ge.? omnis. quia est sub vna voce adiectiuum. da regulam. Adiectiua trium et c. Arpinas. i. arpini oppidi Italici incola: vel ad arpinum pertinens: sic adiectiua sunt similia veluti aqnas ab aquino. Bergomas a Bergomo. Rauennas a Rauenna. Sarsinas a Sarsina: priuernas a priuerno: fidenas a fidenis. et sunt oppida Italie sic vrbinas et c. sic nostras. i. aliquis nostre gentis vel secte. ab alpibus montibus altissimis non alpinas atis. vsq; legitur. sed alpinus a. um. Oui. Exigis Alpino Roma sub hoste iacet. ¶ Cuias atis. interrogatiuum gentilium. similiter omnis generis est. Olim dicebant hic et hec arpinatis et hoc arpinate. nunc sic loquimur. Cicero arpinas. plautus sarsinas. Iuuenalis et Thomas aquinas. res arpinas: iter arpinas et c. Cicero ad atticum lib. vlti. In quo flexus est ad iter arpinas. Item ad celum nostratia verba dixit. Et alibi in arpinati predio. Idem: vt veni in arpinas. subaudi predium. Plinius. lib. xiiij. Priuernatia vina dixit. Lucil. autem oleum cassinas dixit. Nomina prediorum prope aliquod ad oppidum ex noie possessiuo illius oppidi in neutro genere figurabantur vt Thusculanum: albanum: Formianum: cumanum: arpinas et c. Nugas testibus Prisciano et Phoca adiectiuum est omnis generis indeclinabile idem significans quod minax et mendax. da regulam. Adiectiua trium. Hierony. in sophonia. Nugas qui a lege recesserant congregabo. sepius legitur Nugax. In sapientie. Tanq; nugaces estimati sumus ab illo.

Charitas. Caritas. Facultas Vas sis. Fas. Nefas Ceras. As. Boreas. sathanas. Tyaras. Tyara. Phiaras. Adamas. Elephas. Acragas. Mas. Gigas. Garamas Vas dis. Athlas. Arcas. Cuias. Arpinas. Sarsinas. Aquinas. priuernas Cassinas. Nugas.

Es sit femininum. Tudes hic vult: poples et ames

Pes aries paries palmes cum limite stipes.

Et fomes: trames: termes cum gurgite cespes
Et verres: merges: quibus addito greca dicisqꝫ
Tempore pro certo cum prole. dat hec ita raro.

Mandra aliarum bestiarum stabulũ. Forica locus in vrbe publicus vbi cuiq3 licet corpus curare. Latrina locus priuatus ⁊ latens quẽ quisq3 domi habet. Cloaca locus cauus per quẽ colluuies fluit. Cloaco as.i.inquino. Et cloace in oppidis sunt fossule in plateis per quas aqua pluuialis cũ sordibus excurrit. vulgus male capit pro latrinis. Plautus metaphorice cloacã vocat immunde vetule aluũ: dicẽs in Curgu. Age effunde hoc cito in barathrũ ꝓpere proluc cloacã. Mantica saccus aut pera cuius pars post tergũ pars ante pectus dũ geritur pendet. Mãtissa additamẽtũ qđ adijcit̃ rei vẽdite: vt in ceruisia: aut vino paululũ vltra iustã mẽsurã. Succidia caro salita que quoties opus est succiditur. Succerda porcinũ stercus. Arũgia pingue quo axis vngitur vt curr⁹ molli⁹ incedat. Basilica domus regis et templũ ⁊ locus in quo negociationes ꝯsilia ⁊ iudicia exercebant̃. ¶ Tamen es ⁊c. Noia in es ⁊ in e desinentia faciũt abltm̃ in e: vt ab hoc anchise comete: ab hac pẽtecoste: sic a rete.i.virtus. Theriace quoddã medicamentũ Trayalzel. strophe ꝯsutia vel deceptio. Stacte p̃ciosum gũmi. Hyle materia. Ile.i.ala vel turma. ode: idest cantus. hec ⁊ similia solũ in e abltm̃ hñt. vbi aũt est a fit a ntõ in a: vt theriaca. stropha oda ⁊c. sic de actõ in am. sic noia in es in actõ en solũ hñt: in abltõ solũ e. Anchisem vero ⁊ anchisa sunt a ntõ in. sic em̃ anchisa ꝑ anchises aliqñ dictum est vt atrida pro atrides.i.filius vel nepos atrei. Propertius. Non ita dardanio gauisus atrida triũpho. Ntũs est. Hora. Ne quis humasse velit aiacem atride vetas cur vocatiuus est ab atrida. Nã ab atrides o atride đr: vt ab anchises o anchise per rł̃am gñalẽ grecoꝝ ante positã. Hic anchisa hũc anchisem o anchisa. Uirg. Cõiugio anchisa veneris dignate superbo. Nec obstat ꝓductio quũ etiã ntũs a grecis ꝓducatur vt tegea nemea. de abltõ Idẽ. Anchisa gñate deũ certissima proles. ab anchisa ntõ fit nõ ab anchises teste Diomede grãmaticoꝝ (vt multis videt̃) achille. Actũs enean si qñ inueniat̃ potius a ntõ etiã enea fit q̃3 enea: vt dicit Geor. Ual. Adam ⁊ Abrahã solũ in gtõ dtõq3 variata leguntur. Noia in e desinentia latini in plurali vix vnq̃3 vsurpant nisi s̃m declinationẽ latinã tanq̃3 singulariter terminãtur in a.

- Mandra.
- Forica.
- Latrina.
- Cloaca.
- Mantica.
- Mantissa
- Succidia.
- Succerda.
- Arungia.
- Basilica.
- Theriace.
- Strophe.
- Stacte.
- Hyle.
- Ile.
- Ode.
- Anchisa.
- Atrida.

Primus pluralis fit in e. Genitiuus in arum.

¶ Nominatiuus pluralis in ae diphthongon desinit: cui similis est vctũs. Gtũs fit in arum. vt he muse o muse: harum musarum. siche/cataracte ⁊c.

¶ Syncopa fit in gtõ pł̃i abiectis lr̃is a ⁊ r. vt celicolũ pro celicolarũ. sic in ceteris a colo cõpositis. Eneadũ ꝑ eneadarũ. sic in reliq̃s p̃ronymicis. Eneade sunt Romani: q̃ ab enea descẽdisse credunt̃. Troiugenũ pro troiugenarũ: sic cetera a gigno. troiugena.i.troian⁹: graiugena grec⁹. sic plura cõposite figure noia cã versus patiunt̃ syncopã. vt aduentũ heredipetũ. sic quoq3 nũdinũ ꝑ nũdinarũ: sed authoritate opus est: neq3 em̃ musum pro musarũ ⁊ similia dices. Uirg. Celicolũ regi mactabant in littore taurũ. Idẽ. Caprigenũq3 pecus pro caprigenarũ teste Prisciano lib.vj. Alij malunt neutri generis esse: vt sic caprigenus a. um. vt apud Ualerium alienigenus a.um. regula anteposita est. syncopa plurali.

- Eneades.
- Troiugena.
- graiugena

Tertius is possit. Tamen abus paucula donant:
Filia mula due liberta equa nata dea ambe.

¶ Dtũs pł̃is in is desinit: datiuo abltũs sił̃is est per regulam. Pł̃is similis ⁊c. vt his musis pẽnis ⁊c. Octo indubie hñt abus: filia filiabus. Sic nata ⁊c. quoꝝ ambe due nulla differentie causa faciũt solũ abus duabus ambab⁹: reliqua differẽtie causa faciũt abus ne de vitijs videatur sermo: quod ꝓpter testamẽtoꝝ necessitatẽ factũ esse dicit Sergius. Uerba doctissimi Sergij sunt. Hec pauca dicit Probus cõtra artem esse suscepta nec nos debemus ad istoꝝ similitudinẽ alia declinare. Ea enim que arte carent sola authoritate firmantur. Notanda sunt aurea Sergij verba contra ceruicosos quosdam nimis temerario ausu similia fingentes vt sponsabus dñabus ⁊c. Ideo etiam nolim ab asina asinabus dicere si idipreter Phocam et Priscianũ nemo dixerit: ⁊ Ualle herebo propter verba Sergij: ⁊ quia Hieronymus dicit in primo Regum de asinis quas perdidisti ne sollicitus sis. sic Plinius lib.xj. Natu histo. asinis vbera fetu dolent. ambiguitas per adiecta tollitur. Puerilis est argumentatiuncula Mãcinelli ⁊ Lanciloti. Si mula mulab⁹ equa equabus cur non asina asinabus: addam ego. Cur nõ vitula vitulabus ⁊ cetera. Iam

- Octo noia in abus exeuntia in datiuis et ablatiuis pluralib⁹.
- Asinabus.

Filia.

videamus singula. Filia aliqñ filijs facit presertim vbi certũ est de femininis fieri locutionẽ. Cato in originibꝰ. Dotes filiabꝰ suis nõ donãt. At Plau. in sticho. Ego intrabo ⁊ gratulabor aduentũ vestrũ filijs. loquit senex de duabꝰ filijs ad generos

Nata.

Hierony. c. iij. Gene. Quid possim facere filijs ⁊ nepotibꝰ meis. dicit hoc Laban de Lia ⁊ rachele. Nata. i. filia sic inuenit facere natis vbi ambiguitas tollit. Papin. in Achil. Clarisqꝫ para cõnubia natis Quas tibi sydereis diuarũ vultibus equas Sors dedit. Ouid. xiij. met. Effugiũt quo quęqꝫ põt euboea duabꝰ. Et totidẽ natis

Mula. Liberta. Equa.

Andros fraterna petita est. Mula aial notũ. dea satis patet. in feminino mulis et deis nusqꝫ legi nec libertis. Est aũt liberta mulier libera q̃ fuit serua. libertꝰ talis vir ⁊ ad patronũ patronãqꝫ refertur. Equa notũ aial. Caput est apud Uarronẽ de equis ⁊ equabus. vbi aũt ambiguitas abest: equus sepius ꝙ equabus reperies. vt ff. de vsuris ⁊ fructibus. l. equis. vbi dicit. Modestinus equis per fideicõmissum le-

* Serua aliqñ in abus exit.

gatis post morã heredis fetus quoqꝫ debent. Et. ff. de extraordinarijs cognitionibꝰ l. de vsu. Itẽ de equis alienis a sciẽte possessis fetu eaꝝ ⁊c. Columel. lib. vij. Admissariũ ceteris equis facit inimicũ. i. equabꝰ. Serua aliqñ seruabꝰ facere ꝯtra Uallã docet, cũ Mãcinello Lãcilotꝰ. vt. ff. de fundo istru. l. predia. C. affini. Quesitũ est an ea mancipia cõmisso cedũt quũ quedã ex his officijs ad tp̃s peregrinatio nisi adducta sunt relictis cõseruabus ⁊ filijs suis quedã patribꝰ ⁊ m̃ribus ⁊ relictis. Sulpi-

Socia.

tius sociabꝰ apud Florũ legit. Uetustissimi dixerũt dextrabꝰ v̄rabus eabus. Hieronymꝰ ⁊ alij nõ indocti ecclesiastici dixerũt aiabus ⁊ famulabꝰ que ꝑpter autho-

Anima.

ritatẽ diui Hieronymi nõ adeo vitupero: libẽtius t̃n animis famulisqꝫ dixero. Hie. in exodo. Dabũt singuli preciũ pro aiabus suis dño. Cicero aũt sic scripsit. Cicero Terẽtie ⁊ pater Tulliole duabꝰ animis suis salutẽ. Paulꝰ ad Hebreos. vt nõ fatigemini animis v̄ris deficiẽtes. animis dixit ab aia: teste Ualla. Hiero. in Exo. Mi-

Famula.

sit vnãqꝫ famulabus suis. At Papinius famulis a famula dixit. xij. Thebaid. Prima per attonitas nigre regina caterue Tristibus illabens famulis iterũqꝫ resurgens. Querit inops. Argia vias. Dñabus apud nullũ idoneũ repperi: sed semper dñis. Quintꝰ curtius de darij vxore ⁊ filia ait. Is qui in vestibulo erãt vt armatos cõspexere rati actuꝫ esse de dñis: vociferãt missos esse qui occiderãt captas. Hiero. ad Demetriadem. Incedẽtibus dñis ancilla virgo procedit ornatior: vt pro nimia consuetudine quam incomptam videris dñam suspiceris.

Anima. Crumena. Coma. Ansa. Multa. Antilena. Postilena. Scutica. Dolabra.

Accusatiuus semper pluralis in as fit.

¶ Accusatiuus in as finitur vt has aias crumenas ⁊c. Aia est sp̃us corpus viuificãs. Capitur pro veto. Plau. Nequid aie emittat dormiẽs. Crumena in marsupiis vulgus barbarum bursam vocat: forsitan a byrsa. i. corio. Malua herba quedã. Coma capillorũ ornatus. i. cesaries. vtrũqꝫ tam mulieris ꝙ viri est. Ansa est vasis auricula. prebere ansam. i. occasionem dare. Etiã est fibula que calceis insuitur een ghespe. Tibullus. Ansaqꝫ compressos alligat arta pedes. Multa solutionis pena antilena aqua pectus iumenti cingitur. Postilena que sub cauda ponitur. Scutica verberandi ex funiculis instrumentũ. Dolabra leuigandi instrumẽtum.

¶ Secunda declinatio.

Altera sex rectis er ir eus ur dat vel us aut um.
Addimus e grecis os ⁊ on: per us um varianda.

¶ Nominatinꝰ secunde declinationis habet sex terminationes: er/ ir/ eus/ ur/ us/ um. Eus est terminatio greca. His iungimus grecã terminationẽ os quã latini sepissime vertunt in us: ⁊ on quam vertũt in um. Exempla sunt. Faber quicũqꝫ arti-

Faber. Faber adiectiuum.

fex malleo vtitur. vt faber lignarius. faber ferrarius. faber murarius ⁊c. Faber fabra fabrũ adiectiuũ aliq̃d ad fabrũ pertinens. vt ars fabra: hinc fabre aduerbium id est artificiose. affabre: id est pulchre. fabre: id est inepte turpiter. fabrefacio: id est artificiose compono. fabrica fabri officina. fabrilis ad fabrum pertinẽs. Horatius.

Magister.

Quod medicorũ est promittunt medici tractant fabrilia fabri. Magister cui cura rei incũbit: vt magister pagi: magister vigiliꝫ. Magister grammatice: quicũqꝫ ludo literario preest. Magister recte dicitur. Magisteriũ magistri dignitas vel officium

Magistro as.i.moderor:guberno.Glaber a.rum.i.caluus.i.sine crine aut herbis: vel segete.nam ager aliquando glaber est.Glabretum caluitiũ. Scaber sordidus asper vt vngues scabri.cytis scabra.hinc scabredo scabritia ⁊ scabrities.Auster vẽ-tus flens a meridie ⁊c.In ir tria sunt vir:id est mas.hinc semiuir/ duumuir/ cen-tumuir ⁊c.Treuir aliquis e ciuitate Treuirensi.Leuir frater mariti vel vxoris.Le uir volunt dici quasi leuis vir.

Glaber
Scaber.
Auster.
Treur.
Leu

In eus omnia fere sunt virorum propria vt Orpheus/Perseus/tydeus ⁊c.
In ur vnicum satur nomen adiectiuum.satur satura saturum.
In us ⁊ in um:sine numero nobis cognita sunt.vt Circus locꝰ rotũdus. hircus mas capraꝝ.Circinus secunda breui instrumentũ quo formãtur circuli ⁊ scutelle ⁊c.Colũ vas per quod purgaẽ lac aut alius liquor. Colo as.per colũ purgo. Solũ animalis sustentaculũ.vt terra est hois solũ:mare pisciũ:aer auium.Ouid. Omne solũ forti patria est:vt piscibus equor.os vt samos lesbos ⁊c.on vt pelion ilion ⁊c.

Circus.
Circinus;
Colon.
Solon.

I patrius seruat.Genitiuus non superabit.

Gtũs scđe decli.in i desinit.vt huius magistri/dñi/scãni. Gtũs nõ superabit. Sententia est gtũs scđe declina.nõ habet plures syllabas q̃ ntũs.⁊ hoc dicũt non crescit gtũs.vt hic sequester huius sequestri.i.mediator inter litigantes. dictuꝫ est in generibꝰ.Uafer a.um.i.callidus ⁊ astutus. Cice. nõ sunt in disputatione vafri: non veteratores/nõ maliciosi.vaframentũ.i.astutia. Apher ⁊ aphrica. Ater valde niger.atrare atrum facere.Atramentũ ater liquor ex quo fiũt litere.vulgus minus apte encaustum vocat quod significat inustum.Teter.i.turpis/deformis.Onager syluester asinus.sic caper/vmber/cimber/cancer/meander/coluber/fiber ⁊c. scã-num scãni:stultus stulti:iusiurandũ iusiurandi.nõ crescit ex ea parte:qua est scđe declinationis.solẽne iuramentũ ⁊ religiosa affirmatio est iusiurandum.

Sequester
Uafer.
Apher.
Ater.
Teter.
Onager.
Iusiuran-dum.

Crescit ir ur gener ⁊ prosper puer asper adulter:
Presbyter atq̃ tener miser exter gibber iberq̃:
Et lacer atq̃ socer liger orta gero fero liber.
Addimus ijs dexter:cui syncopa fiet vt asper.

Crescunt tñ pauca:vt quecũq̃ in ir desinunt:velut virviri.leuir leuiri ⁊c.⁊ ur vt satur saturi cũ sequentibus in er. vt gener maritus filie.prosper eri.i.fortunatus aut felix. Cicero etiã in ntõ prosperus dixit in sexto de republica.hominum generi prosperus ⁊ salutaris.prospero as.i.prosperũ facio.vt deus prosperet opus tuũ.i. fortunet aut secundet. Prosper eri.est poete xpiani nomen. Puer eri. filius aut fa-mulus:hinc puera veteres dicebat.nũc puella in vsu est.⁊ Prisciano teste dicebãt: hic ⁊ hec puer:vt hic ⁊ hec socrus:sed exoleuit vtrũq̃: vt hic puerus magis in vsu erat. Plau.i.puere pulta. Asper eri.i. durus acutus amarus nõ planus ⁊ pro ira-to sumiẽ.aspero as.um facio.Exaspero idẽ et iratũ facio.Maledicus qui exasperat matrem.Asper eri.sitr crescens:teste Geor.Ual.contra Priscianũ.viri propriũ. In-ueniẽ tñ aspri sine crescentia tam propriũ q̃ appellatiuũ per syncopã. Uirg.ij ene. Improuisum aspris.veluti qui sentibus anguen Pressit.Adulter qui matrimoniũ violat.mulier adultera dr.adulterare.i.maculare ⁊ adulterã facere ⁊ (vt vulgo dr) falsicare.hinc adulterinus:vt adulterina moneta vel clauis. Presbyter grece pres-byteros.i.senior:non vt barbari sopniant prebẽs alijs iter.nec in sacris semper sa-cerdotẽ significat.Tener a.um.i.mollis.vt tener hagnꝰ.Miser infelix.Exter a.um. id est externus. Papinius. Exter honos.veteres etiã dexter a.um. pro detrito aut minꝰ bono ⁊c.iter dixerunt:que crescebãt:declarabũtur latius in.iiij. lib. Gibber i.gibbosus vel gibberosus qui tumorem in dorso hꝫ qui gibbus dr vel hec gibba. Gibbus ⁊ gibber tam pro tumore: q̃ pro tumorẽ habente lecta sunt strinẽta in pe ctore est.ita oẽs grãmatici docẽt.Celsus tñ gibbũ in pectore strumã in tergo con-stituit.Gibber adiectiuũ scđe est teste Nebrissensi.at substantiuũ est tertie. Iuue. Attritus gibbere nasus.Iber eri.vel tertie eris.i.Hispanus.Iberia Hispania. Lu canus.Occurrat iberibus alter.Idem. Si tibi durus iber aut si tibi terga dedisset Cantaber.Dicitur etiam Iberus:qui etiam est Hispanie fluuius vnde dicta est

Gener.
Prosper
Puer.
Puerus o-lim in vsu erat.
Asper.
Adulter.
Presbyter.
Tener.
Exter.
Gibber.
Gibber ter tie inflexio nis substã tiuum.
Iber.

Celtiber. Iberia. Sub hoc nomine comprehendit Celtiber celtiberi a celtis Gallie ppl'is et iberis conflatū nomē: est ppl's hispanie regio vocat celtiberia. iber sit declinatū est nomen populi habitantis iuxta armeniā. Producūt aūt iber ꝛ celtiber semper genitiui penultimā: quā alii hic corripiunt. Martialis celtiber nominatiuo singulari in er vsus est. vt in versificatoria docui. Ergo inepte reprehendit Alexandrum Gallum Alemanus quidā: credens celtiber pluraliter tm̄ dici. Lacer ꝛ (vt quidam volunt) lacerus. i. laceratus vel laniatus. hinc in er nominatiuus semilacer apud Ouid. vij. meta. Socer pater mariti vel vxoris. Liger viri propriū. Nebris. dicit secunde declinationis esse. Virg. Vesani talia late dicta volant. Ligeri priscianus dicit esse tertie liger eris. ꝛ aliqui libri Virgiliani in datiuo vesano habent. At pro fluuio liger ligeris: solum tertie est. dicitur quoqꝫ ligeris: vnde est accusatiuus ligerim: vt tybrim. Crescunt etiā cōposita a gero ꝛ fero vt clauiger qui clauē gerere dicitur. vt Hercules. vel clauē: vt diuus Petrus. Laniger a. um. gerens lanā: vt ouis est lanigera. sic setiger/ corniger/ belliger. armiger qui arma militis fert. ineptum vulgus mangonē appellat: ꝛ armigerū barbare pro milite accipit. Signifer ferēs signum bellicū. stellifer ferens stellas. lucifer ferens lucē. Dapifer ferens dapes. Caducifer ferens caduceum virgam pacis. sic salutifer/ opifer/ sopnifer/ lethifer/ morifer ꝛc. Liber priore longa adiectiuū ꝛ bacchi nomen. Nā pro cortice aut codice minime crescit: vt liber libri. liber ergo libera liberū. i. nō seruus cui licet qđ libet nisi vi aut iure prohibeatur. Liber liberi substantiuū. i. Bacchus deus vini. Dexter teri. vel per syncopem dextri. Unde dextera vel dextra manus dr̄. Dexter aliquando idem est qđ prosper: vt dexter ades. Uter vteri pro vterus vteri olim dicebant: ꝛ crescebat hoc nomen. Cecilius. Nūc vter crescit nō potest celari. Mulciber cognomentū Vulcani nō est dictis addendum: quia vbi secunde declinationis est facit mulcibri sine crescentia: vt patet ex iambico trimetro apud Ciceronem in. ij. thuscu. Ioniſqꝫ numen mulcibri ascivit manus. Sepius est tertie declinationis: ꝛ facit gtm̄ mulcibris. Ceter cresceret: sed nominatiuus masculini generis in singulari nō est in vsu. Virg. Pars cetera pontum Pone legit. Vesper si vsqꝫ secunde declinationis inueniatur crescit: sed vix vnqꝫ sic inuenies substantiuū vesper. de adiectiuo autem dubiū est an nominatiuus vesper sit an vesperus. Ego neutruz inueni nisi apud grammaticos.

Clauiger. Laniger. Armiger. Signifer. Stellifer. Liber. Uter. Mulciber. Vesper.

Conseruant normam pronominis ista secundam.
Unus vter neuter solus quis ꝛ vllus ꝛ alter
Atqꝫ alius totus. Fuit olim patrius vni.

¶ Hec noia vnus/ vter: cum suis: vterqꝫ/ vteruis/ vterlibet/ neuter/ solus/ quis/ ex Donato notū: vllus/ alter/ alius/ ꝛ totus: habent in gtō ius: ꝛ in datiuo i. i. quia declinantur vt pronomina secunde declinationis. veluti nominatiuo vnus vna vnū genitiuo vnius. datiuo vni ꝛc. Alius crescit in gtō: nō syllabis: sed quantitate. quia secunda syllaba in gtō est longa: in nominatiuo autē breuis: alterius penultimā solum corripit. quam reliqua in prosa producunt tantum in versu variatur. Plebei versiculi sunt. Rectus vult alius: poscit genitiuus alius. Corripit alterius semper producit alius. Preterea aliud neutrum est: ꝛ illud. reliqua in um neutrum faciunt. Item alius facit datiuum trissyllabū alij quum reliqua datiuum faciant a genitiuo abiecta us syllaba. Sub vllus idest aliquis comprehendit Nullus: idest nō vllus. vter quis e duobus. Cetera patent. Neuter habet neutrius in genitiuo: et neutri in datiuo: sepius qꝫ neutri neutre neutri nisi in grammatica locutione neutri generis: pro quo nollem dicere neutrius generis. Ualerius Maximus lib. ix. Neutriusvnqꝫ nisi excusse completū petijt. Cicero ad atticū. lib. xij. Noui syluā nobilem fructum antē neutrius. Idem lib. viij. ad Atticum. Neutri scopos est ille Tacit. Crebra colloquia neutri conducere. Papi. x. theb. Neutri fiducia cepto. Hec attuli ꝑpter priscianū qui dixit neuter melius habere neutri neutre ꝛc. qꝫ neutrius neutri. qđ verum nō est. Ueteres hec oia preter quis declinabant: vt bonus bona bonū. Cice. pro Marcel. Hoc iudiciū sic expectat vt nō vne rei statim: sed omnibus constitui putetur. Idem ad herenniū. Nō res tote rei necesse est similis sit. Cecilius Nulle nationi tot victorias tam breui spacio datas arbitror. Terent. Altere dum

Alius. Neuter. Neutrius. en neutri. potius dicendum.

narrat forte audiui. Idem. mihi sole ridiculo fuit. Idem. Nulli consilij sum. Hiero. Dico vni vade & vadit. & alio veni & venit.

Ei vel ei vel eos dabit eus: volet androgeos o.

¶ Nomen in eus desinēs facit gtm̄ in ei syllabā vel per duas syllabas in ei vel in eos: vt tydeus tydei per duas syllabas vel tydei per tres vel tydeos. Androgeos vero facit in gtō androgeo. sub hoc comprehendi volo apollos apollo: tydeos tydeo: athos atho: cos co. quecūq; apud grecos in os longū desinentia sunt tertie declinationis attice: de quibus parū nobis dicendū est: q2 latini in paucissimis hac declinatione vtuntur. Virg. ij. ene. androgeo galeā clipeiq; insigne decorū Induit. Hic androgeo gtūs est & viri pprīū. vt apollos apud diuū Paulū. Ego quidē sum Pauli: ego aūt apollo. hic apollo genitiuus est: dtūs & abltūs est androgeo apollo. vctūs androgeos. actūs androgeo athos &c. de actō in o. Verg. aut atho aut rhodopen aut alta ceraunia telo Deiecit. Valerius Maximus de prodigijs. Montem atho iuxta: transgresso: athos mons quidam.

Androgeos.
Apollos.

¶ Alia in os breue desinentia: grece faciunt gtm̄ in on: quā diphthōgon in u vertimus. vt logos logu: melos melu. his genitiuis non vtimur: sed more latino in i finimus. vt logos logi logo logon o logos vel loge a logo: sic similia. Ouid. in. xiiij. meta. Et noctem noctisq; deos ereboq; chaoq; Cōuocat. Martianus mela & melis in plurali dixit. Lucretius mele. Lactātius melo. plura de his dicunt Sulpitius/ Nebrissensis & alij. Ego vero casibus quibus nō vtimur supersedeo: vt sunt genitiui argeos ab argos vrbis nomine. argu. ab argos: id est candidus. eru ab eros pro bono amore: erotos ab eros pro turpi amore. Meleos a melos: teste castrono &c. Dicito igitur ilios ilij. epos epi. pelion pelij.

I vates quandoq; facit ceu cura peculi.

¶ Quando gtūs terminatur in duo ij: solet alterum causa metri qnq; abijci. Verg. Nec spes libertatis erat nec cura peculi. Idem. Pauperis & tuguri cōgestū cespite culmen. Iuuena. Antoni gladios potuit cōtemnere si sic. oia dixisset per apocopē pro pecul ij tugurij Antonij. Apocope est ablatio litere vel syllabe ex fine dictionis Aliqui volunt adhuc vtrūq; ij debere scribi: vt sit sineresis. i. ex duabus syllabis facta vna syllaba. Peculiū. est proprium bonū: vt religioso nō licet habere peculium. Peculiaris. i. proprius. Tugurium domuncula rustica.

Peculium
Tuguriū.

Tertius et sextus formantur in o tibi casus.

¶ Datiuus & ablatiuus in o desinunt vt huic magistro ab hoc magistro. Tollunt datiui vni soli &c. vt patuit. ¶ Nomina in eus faciunt o vt alia: q2 aūt inuenimus huic orphi &c. est q2 nomina in eus inuēta sunt desinere in es & cōtra/ teste Seruio Hinc Virgilius ait. Orphi Colliopea Lino formosus Apollo. Cōtra ab achilleus dixit Ausonius. Sic neq; peliden terrebat Achillea chiron.

Um possit quartus. Quandoq; per on loco greca.
Eus ea vult etiam. Per e quintus vertit us: absq;
O fili deus & fluuius populus chorus bagnus:
Quatuor hec volunt etiam vt pro rege latinus.

¶ Accusatiuus in um desinit. vt meander meandrum. fluuius quidam nimis curuus & flexuosus. ideo meander pro flexura & fraude capitur. Cicero. Scio quos tu mendros quesiuisti. Tholus pertica in tēplo ad quem dona suspenduntur. Botulus & botellus farcimen ex suilla carne. Scrupulus lapis in arena pedes ambulātium ledens: vnde ponitur pro dubio & molestia. Terētius. Unus mihi scrupulus restat qui me male habet. Scopulus mons lapideus prope mare vel in mari. Scopus aliquid in quod sagiptarij dirigunt sagittas. Capulus quo culter aut aliud tenetur. etiam est pheretrum. Unde capularis senex. Vulgus masculinū vulgum facit. Dum vero neutrum est: accusatiuus & vocatiuus sunt similes recto vt in pelagus scamnū virus per regulā. In neutris &c. Vulgus & plebecula. Claudianus. Mo

Meander.
Tholus.
Botulus.
Scrupulus.
Scopulus
Scopus.
Capulus.
Vulgus.
Temerus.

Tomentū tomaculū.

bile mutatur semper cū principe vulgus. Temetū .i. vinū. Temulentus .i. ebrius Tomentū lana que detondet̄ pāno. Tomaculū farcimē ex epate suillo ꝛ reliquis
¶ Quandoqꝫ per on loco greca. Noia greca faciunt sepe actm̄ in on. vt diphthon sus diphthongon. pergamus oppidi nomē pergamon. Menelaus proprium vir menelaon. Jacobus iacobon. Topasius lapis preciosus Topasion: vt ibi. Sup au rum ꝛ topasion. Pactolus pactolon: fluuij nomen ꝛc. quoꝝ exēplis scatent poete. Possunt tñ more latino in um actm̄ mittere vt priamon vel priamum ꝛc. Que tñ in eus desinunt sepius vctm̄ in ea mittūt plerūqꝫ penultima breui. vt Tydeus tydea orpheus orphea. creteus viri ꝓpriū cretea. anteus antea. Virg. Antea sergestūqꝫ vi det. Idē cretea musarū comitē. Nōnunqꝫ penultima lōga. vt Idomeneus idome nea. Ilioneus iliones. Talia rarissima sunt: testimonia sunt in ꝟsificatoria nr̄a fa ciunt aliqñ actm̄ in on penultima longa. Boetius. Strauit anteū lybicis arenis. Papi. ij. theba. Pantheonqꝫ trahens nondū te prendimus equo Bacche genu. Ci ce. lib. iij. de natu. eoꝝ. Theseū hyppolitū. Liuius lib. xl. Totus in Perseū versus. Faciunt quoqꝫ on: sed per duas syllabas eus profertur tunc teste Manci. Ouidi⁹. in Ibin. Strymonie matres Orpheon esse rate.
¶ Magister in vctō: habet magister: per regulā. Est primo quintus similis. Sic o Glycerium. o vir: o satur.
¶ Edipus in vctō: edipu vt panthus o panthu. melampus o melampu: viroꝝ pro pria. vix plura apud latinos talia inuenies. sic tydeus o tydeu. ꝛ oia in eus per eu diphthongon per exceptionem a regula. Est primo quintus similis. Exceptio est ibi. Sed grecus s aufert. Verg. Panthu quā pandimus arcem. Papi. Illum vene rande melampu Qui cadit agnosco. Illa in eus olim habebant e: vt tydee orphee nunc abiecta s faciunt eu solum.

Tymber. Euander.

¶ Per e quintus vertit us. Noia secunde declinationis terminata in us mutāt in vctō us in e. vt tymbrus o tymbre. euandrus o euandre. puerus o puere. Veteres em̄ teste Prisciano dicebant tymbrus euādrus puerus ꝛ silia: que nunc sepius in er desinunt. hinc aliquando reperiuntur vocatiui in e. Verg. At tibi tymbre caput euādrus abstulit ensis. Thymber ꝛ euāder sunt ꝓpria viroꝝ. Serui⁹ dicit metha thesim esse in lr̄arū transpositionē. nobis prior opinio magis placet. Canterius o canterie: id est equus castratus. sic lanius qui laniat carnes ꝛ eas vendit: quē in docti carnificē vocant. Tabellarius qui defert tabellas .i. ep̄las. Cemētarius q̄ pa rat cemēta .i. lapides cedit. Statuarius q̄ facit statuas. Exceptio est a regl̄a. Est pri mo quintus similis. ¶ Absqꝫ o filij deus. Excipiunt̄ a predicta exceptione paucula Filius o filij. olim etiam o filie: teste Prisciano. Deus o deus solū teste Nebrissensi Fluuius o fluuius vel o fluuie. populus ꝓ hoibus o ppl̄s ꝛ o ppl̄e. chorus o chor⁹ et o chore. Sidō. in Bergo. Nereidū chorus alme doce. Hagnus cū aspiratione in principio si recte velis scribere o hagnus vel o hagne. Latinus rex latij: o latinus et o latine. Luca. lib. ij. Degener o ppl̄us vix secula lango deorum Sic meruisse vi ris. In sacris. O popule meus: ibi meus ꝓ mi antique ponitur. Pro arbore popule solū facit. Ouidius. Popule viue precor. Virg. viij. ene. Corniger hesperidū fluuius regnator aquarum. Et alibi. Socer arma latinus habeto. Latinus vctūs est teste Nebrissensi. In sacris. Hagnus dei qui tollis pctā mundi ꝛc. Hagnus: animal no tum femininū est hagna. interpretatur purus ꝛ castus qꝛ fit hostia pura ꝛ immola tioni apta: diminutiuū est Hagnellus: hagninus hagnina hagninū. qd̄ est hagni vt caro hagnina. Olim omnia in us habebant vocatiuū similem nominatiuo: vt dominus o annus o infernus. Nūc tantū o domine anne inferne. Chorus est ca nentium cetus nō sacerdotum subsellia. Sulpitius addit dictis o lucus. Priscian⁹ solum ponit o fluuius ꝛ o populus. Lucus est sylua alicui idolo cōsecrata quā ne phas est incidi: vt putant miserandi ethnici.

Chorus. Lucus.

Quum proprium dat ius dempta us: fit in i tibi quintus.

¶ Propria in ius dempta us faciunt vocatiuū in i per exceptionē a regula. Est pri mo quintus similis. exceptio est hic. Quū propriū dat ius. vt Laurentius o lauren ti. Terentius o terenti. Fabius o fabi. Quintus o quinti. propria sunt viroꝝ. vix vsqꝫ ci in vocatiuo est nisi ex primitiuo c habeatur vt lux lucis. Lucius o luci. B bona faciendo. Bonifacius bonifaci. a Mauricus proprio viri qd̄ in ꝟsificatoria ponimus in i ante c. Mauricius. vt a quintus quinti⁹. inde rursuȝ. Quintianus ex

Maurici⁹.

go Mauricius o maurici. Larius o lari. lacus Italie. Verg. O lari maxime. Genius nature deus: lz appellatiuū videat: qr plures sunt genij: facit vctm̄ o geni: teste Antonio Nebris. Vctūs in i semp̄ vna syllaba minor est ntō: vt caius dissyllabū cai monosyllabū. Vulteius trissyllabū: vultei dissyllabū. Pōpeius trissyllabū: pōpei dissyllabū ꝛc. Hora. Durus ait vultei nimis attentusq̄ videris. Itez pōpei meoꝝ prime sodaliū. Pompei dissyllabū est quia versus est alcaicus. Aliqñ i consonans in vocalem mutat: ꝛ sic tam ntūs q̄ vctūs: syllaba longior fit. Martia. Peruigil in pluma Caius ecce iacet. Idē. Quod peto da Cai nō peto cōsiliū. Caius per c scribitur per g profert. Oui. Accipe Pōpei deductū carmē ab illo. Debitor est vite qui tibi Sexte sue. veteres dicebant o mercurie/valerie/vergilie. Nūc o mercuri/valeri/vergili. penultima correpta vbicūq̄ antepenultima nominatiui contrahitur.

Larius.
Genius.

Primus pluralis fit in i. vult patrius orum.
Grecus in on fiet. is tertus. os dato quartus.

❡ Nominatiuus pluralis cui vocatiuus est similis fit in i. vt hi magistri. hi vulgi. hi dei: vel dij: prius a deus est posterius a dius q̄ veteres dixerunt pro deus. Hinc mansit plurale dij dissyllabū nisi in carmine q̄ magis in vsu est q̄ dei. ꝛ in datiuo ꝛ ablatiuo sepius dijs q̄ deis dicimus: reperitur tamen vtrūq̄. Lucanus. Et veniam meruere dei. Papinius. Sepe deis hos inter honores Cespes ꝛ exiguo placuerunt farra salino. sic apud poetas sepissime. A dius est mediusfidius iurandi aduerbium. Et pluraliter hec scamna ligna per regulam. Quis in a pluralis ꝛc.

Dei.
Dij.

Vult patrius orum.

❡ Genitiuus pluralis desinit in orū: vt horū magistrorum: hoꝝ scamnoꝝ. ephippiorum ꝛc. Ephippiū est sella equina cui insidemus. Hora. Optat ephippia bos piger optat arare caballus. Ferculū in quo aliqd fert: vt lanx: ꝛ p̄ cibo capit. Sarculum fodiendi instrumentū. Seculū tēpus humane vite. Nomina festoꝝ faciunt genitiuū plerūq̄ in orum per hanc declinationem. datiuum ꝛ ablatiuū sepius in ibus. vt saturnalia festa saturni genitiuo saturnaliorum. aliquando etiā saturnalium. datiuo ꝛ ablatiuo saturnalibus. Sic bacchanalia ꝛc. vt plene declarabo in tertio libro. nunc sufficit adiecisse Badianum versum.

Ephippiū
Ferculum
Sarculū.
Seculum.
Saturnalia ꝛ silia.

Festa lego per ibus licet orum dant genitiuus.

❡ Genitiuus per syncopam aliquando tollit or: vt lituum pro lituorum. nummum pro nummorum. denariū pro denariorū ꝛc. Ut in cōpositis millenummū milledenarium. pro quibus teste Macrobio nō licet dicere mille nummorum mille denariorum. neq̄ duumuirorū: triumuirorum: leuirorum dicimus: sed duumuiruz leuirum. Hec syncopa plerūq̄ etiam in prosa reperitur apud Tulliū/Liuiū/Pliniuz/pluresq̄. vt centenum/deum/liberum/diuū ꝛc. pro centenorum ꝛc. Poete sepius hac figura vtuntur. Verg. Chara deum soboles. Idem. Diuū pater atq̄ hominuz rex. Idez. Insequimur clamorq̄ virum stridorq̄ rudentū. Luca. Concinuit stridor lituum clangorq̄ tubarum. Cice. Neq̄ tui: neq̄ tuorum liberum.

Syncopa.

❡ Rarissime fit nunc syncopa in neutro genere. Plau. in Curgu. Omnium vnguentum odor pre tua nausea est. Marcellus dicit esse accusatiuū pro genitiuo nobis cum Prisciano placet esse genitiuum syncopatum. Idem Plautus dixit in neutro meum tuū ꝛ plura. pro meorum tuorum ꝛc. Verg. magnanimū ꝛc. Nos tamen cauebimus nisi parcissime in magno opere neutra syncopare. Lituus est tuba incurua qua vtebantur in prelio. Diuus sanctoꝝ numero ascriptus siue ex homine deus. vt diuus Basilius: diua Margareta. Liberi pluraliter tantuz. i. proles. Denarius est numerus argenteus valens decem ereos.

Lituus.
Diuus.
Denarius

❡ Grecus in on fiet. Grecus gtūs in on desinit. ꝛ ita vtunt sepe latini vt plr hi logi horū logon: his logis: hos logos: o logi: his logis. Hi cimmerij: hoꝝ cimmerioꝝ vł more greco cimmerion. Tibullus. Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras. cimmerij sunt quidā ppłi quibus vix vnq̄ est dies. Suet. in Augusto. In asclepiadis mendetis theologumenon libris lego. Theologumena sunt rerū diuinarum disputationes. Sic georgica georgicon: astronomica astronomicon ꝛc.

Cimmerij
Theologumena.

¶Is tertius. Datiuus in is desinit vt ablatiuus veluti his palis/ qualis &c. Palus est crassus stipes. Paxillus paruus palus. Qualus id est sporta. Quaxillus vel quasillus: id est sportula.

¶Os dato quartus. Actus in os desinit: vt talos catullos pullos. A scãna damna patent per regulam generalẽ. Talus os quadratum: & tuber circa imum pedem. Hinc vestis talaris ad talos vsq; demissa. Catulus fetus canis & cuiusq; fere vt catulus leonis lupi vrsi &c. Catulus muris. Pullus fetus auiũ & omniũ mansuetorũ animaliũ. vt pullus asini equi & ceteroꝝ preterq; boum. Nã vitulus aut vitula dr. eroniũ qui hagnus & hagna dicitur & caprarũ: nã hedi heduli hedili & capelle dicũtur. Ambo & duo licet ad tertium librum pertineant hic declarabo: quia ad primã secundamq; declinationem maxime pertinent.

Pullus.

Ambo duo neutri generis sunt masculeiq;.

Mas o vel os quartus donat. vult tertius obus.

* Ambo & duo in accusatiuo.

¶Singulari numero carent. Et pluraliter nominatiuo ambo duo ambe due ambo duo. Genitiuo amborum duoꝝ vel duum: ambarum duarum amborum duoꝝ vel duum. Datiuo ambobus duobus ambabus duabus ambobus duobus. Accusatio ambos duos vel ambo duo: licet rari⁹: ambas duas: ambo duo. Uctõ o ambo duo ambe due ambo duo. Ambo collectiuum est nõ distributiuũ. Ablatiuus similis est dtõ. Uirg. xj. Si duo preterea tales idea tulisset Terra viros. id est duos Hora. ij. ser. saty. iij. Preterea ne vos titillet gloria iureiurando obstringã ambo. i. ambos. Idem. j. ser. Duo si discordia veret inertes: id est duos. Martia. vij. epigrã. Elisium possidet ambo nemus: id est ambos. Sic ego in Syntaxi. q duo si rectos &c. Pruden. Diuidit essa duum tyberis. Iuuẽcus. Medioq; duum me stare necesse est. Plinius. Duum pedum longitudine.

¶Tertia declinatio.

Tertia dat varios fines: dans is genitiuo.

Grecorum patrius vel in os vel in i vel in us fit.

¶Tertia declinatio multas habet terminationes/ veluti a/e/o/c/d/l/ &c. Semp autẽ genitiuus fit in is: vt hic pater hui⁹ patris: nisi greca more greco declinentur: tunc enim sepe habent os. vt hic pan huius panos. Quãq; habent i veluti propria in es nõ crescentia. vt achilles huius achillis vel achilli. hic orontes huius orontis vel oronti &c. sed Seruio teste hi genitiui nõ sunt ab es: sed potius ab eus: e terminatione genitiui in i longã, versa. Nã multa sine discrimine in eus vel in es finita sunt: veluti achilles vel achilleus, orõtes vel orõteus. Ulysses vel vlyseus. vñ Horatius sepe facit gtm̃ tetrasyllabũ vlyssei. Uirg. Immitis achilli. Idem. Acris oronti. Quandoq; genitiuus grecus in us desinit. vt hec echo huius echus: vbi poterit in is desinere nõ fiat in os: quia melius elephãtis quã elephantos dices si latine velis loqui. teste Hermolao in octauũ Plinij capite quinto.

Achillis. Oronti.

*Usitatior vox est elephãth⁹ q̃ elephas teste Ual.

¶Terminationes nominatiui.

¶Nominatiui terminationes in tertia declinatione sunt circiter. lxxj. Lr̃e terminales vndecim. Lr̃a terminalis est vltima dictionis litera. Terminatio est vltima litera aut in fine consonans aut cõsonãtes cũ vocali annexa. Litere itaq; terminales sunt a/e/o/c/d/l/n/r/s/t/x. Terminationes per ordinem ponentur.

¶A vt malagma/ fomentũ quo apostema mollit. Magma pastillus siue massa ex vnguentorum fecibus odoris gratia. Scomma. i. cauillum & vrbana irrisio.

¶E vt conclaue. i. tricliniũ & locus secretior in domo. dicitur etiã hec conclauis teste Bergomate. Cubile lectus quia in eo cubatur. Sunt etiã cubilia loca in qbus fere cubant. Cubiculum est locus in quo cubile sternitur: ab indoctis camera dicitur. Seneca. Quid prosunt multa cubicula: in vno iacetis.

¶O vt pernio morbus pedũ ex frigore pueniens & calcaneus infestans precipue perniũculus paruus pernio. Petaso coxa porcina & anterior pars similiter que ab alijs incipit. petasunculus paruus petaso.

Malagma. Magma. Scomma. Cõclaue. Cubile. Cubiculũ. Pernio. Petaso.

C post a.vt lac.vel e.vt balec.

D post i.vt dauid: et u.vt bogud.propria virorum.

L post quinque vocales.vt sal:mel:vigil:sol:consul.

N post omnes vocales preter u.vt titan:siren: delphin: demon.

R post oēs vocales cū y greca.vt par:ver:gadir:cor:fur:martyr.

S post oēs vocales cū y greca et ae diph.vt as:pes:lis:flos:mus. Mys proprium viri gtō myos:es.pres.et cum au diphthongo.vt laus fraus.

S post sex consonantes.b.l.m.n.p.r.et rursum.

Bs post omnes vocales.sed inter u mediat r.vt trabs:celebs est vnum cum ae diphthongo quod est plebs.i.vilior pars populi.scobs.libs:ventus aphricus:et quod y grecam habet calybs vrbs.

Ls post u.vt puls mollis cib⁹ ex farina et lacte vel caseo vel ouo: et melle:pro quo pane veteres vtebantur.Pultarius vas pultis.pulmentū idem.i. puls vel cibus inmodū pultis. Pulmentarium idem.Horatius. Tu pulmentaria quare sudando.pulticula parua puls apud Plini.lib.xxvj. Puls.

Ms post e tantum.vt hyems.

Ns post omnes vocales.vt glans:dens:mons:tiryns:cū y greca de i vocali latina nō inueni exemplū et aliqui contendunt tirys sine n. debere dici vt post videbim⁹ Est aūt tiryns masc.gñis fluuius in argo.Tiryns fe.ge. est vrbs proxima Argo.que etiam tiryntha dicitur:vnitque Herculis patria. vnde ipse tirynthius dicitur.scrib⁹tur in priore syllaba per i nostrum.in posteriore per y grecum. Aruns proprium viri.septuns nō dicitur:sed septunx. Tiryns. Tirys. Hercules. Tirynthi⁹. Aruns.

Ps post oēs vocales cū y greca preter u.vt lelaps canis nomen apud Ouidiū.seps vermiculus quo cornua vitesque perrodit.trips q̄ ligna:vt cie per c.qui frumenta sis per s.qui vestes.vitra.midas fabam.ops dea terre Gryps volucris maxima et rapacissima.Unum est habens r ante ps:quod est stirps. Lelaps. Ips. Trips. Midas. Gryps.

Rs post omnes vocales preter i.vt ars:iners:mors: tyburs: natus Tyburi.

T post u tantum vt caput: syncipút:occiput.

X post omnes vocales cū y greca et ae et au diphthongis vt pax: rex:pix:nox:nux:styx:fex:faux:teste Prisciano lib.ij.quod tamen quidam latine negant dici.Alij dicunt singulari carere:de qua re alibi videbimus.Fauces sunt superior pars gule mento propinqua. Faux. Fauces.

X post tres consonantes.l.n.r.

Lx post a tantum.vt calx:falx.

Nx post oēs preter e.vt lanx vas latū et rotundū in quo caro aut aliud esculentū mense infertur.Lances etiam statere dicunt: vnde bilances que duas lances habēt.Meninx insula Aphrice:plura significat vt in gñibus patebit Septunx.Lynx anicula quedam cum y greco in posteriore syllaba. Lanx. Meninx. Linx.

Rx post a et e tm̄.vt arx.i.castrū ab arceo es. q² arcet.i.prohibet hostes accedere.articula.i.parua arx.merx.i.res venalis.aliq̄ dicūt in ntō hec mer Arx. Merx.

Cherub. Seraph. Moly. Epy

ces. Cherub & Seraph sunt qui dicũt interdũ declinari hui⁹ cherubis seraphis &c. sed melius nõ declinant q: barbara sunt. vt David & Bogud sua natura inflexibilia: sed nõnulli ausi sint declinare. Lãcilotus vult Bogud minime declinare. gtm̃ vero bogudis dicit esse teste Plinio ãntõ bogudis: sed res parui momenti est: nos Priscianũ sequimur. Moly herbe nomen apud grecos in gtõ molyos facit vt epy similiter cũ: y greco epyros vrbis nomen: interpretatur altũ & sublime.

Genitiuus tertie.

A. E. Doma. Drama. Dragma. Drachma Aroma. Dogma. Poema. Syrma. theorema. Thema. Toreuma.

Semper a mittit atis. Uertes e per is genitiuo.

A facit gtm̃ addita tis. vt malagma atis. Omnia in a tertie sũt noĩa greca neutri ge. ideo more greco faciũt etiã in gtõ os. vt doma atis. vel domatos. i. domus. In sacris. Meli⁹ est sedere in angulo domatis: quã cũ muliere litigiosa. Drama atis. vnico in fine g: carmẽ vbi persone loquunt absq poete interlocutione: vt primũ Uirgilij bucolicũ. In sacris. Ante thorum huius ỽginis frequẽtate nobis dulcia cantica dragmatis. hic vulgo male legũt & minime intelligũt: cũ g lr̃a dragmatis. Nã per g dragma atis. significat rapinã & manipulũ. At drachma e. ꝑme. decli. est genus ponderis & numismatis. Aroma odoramentũ. Aromatopola. i. aromatari⁹ qui aromata vendit. Dogma. i. decretum scitũ placitũ &(vt vulgo dr)statutũ. male ꝑ doctrina sumit: nec a doceo dicitur quũ sit grecũ dogmatistes q̃ alieni⁹ dogma sequit. Poema poete carmen. Syrma longa vestis & tractus & lõgus orõnis ꝓcessus: a syro greco. i. traho. ponit ꝓ cauda vestis muliebris. Theorema speculatio. Thema positũ aut positio. Toreuma op⁹ sculptũ politũ celatũ. Toreutes vel toreuta celator & sculptor: toreutice es. vel toreutica est ars ipsa que anaglytica etiã dr. Toreuo grece. i. sculpo & celo.

Qñtitas. vt syllabis attribuit quid sit Axioma. Mantile. Ouile. Equile. Caprile. Bouile. Porcile. Monile.

Domatis penultima quanta? Quantitas nõ ad hunc librũ pertinet sed ad ỽsificatoriã: ideo nõ debeo respõdere nũc ad hanc questionẽ. Ita rñdeat discipulus Alexãdri sectatoribus: q: valde difficile est puerũ ad q̃ntitatẽ in declinationibus respondere & regulã semper dare more Alexandrinorum misere hac in re a balbutientibus grãmaticastris vexatorꝝ. ideo hec omnia docui in ỽsificatoria nõ hic. si quis tñ desideret hic etiã nõ grauabor prolatce paucis hanc rem perstringere post declinationẽ genitiui. Quantitas est longitudo vel breuitas vocalis. Nomina in a penultimã genitiui corripiunt. vt axioma atis. i. propositio hoc est. quecunq oratio vera aut falsa veluti deus est: deus non est.

Uertes e per is gtõ. Nomen in e vertit e in is in gtõ. vt mantile lintheũ quo manus terguntur. Ouile is. stabulũ ouiũ: vt equile equorꝝ: caprile caprarum: bouile boum: porcile porcorum. Monile colli ornamentũ vel gutturis: dictum q virtutis admoneat. Nam primo ob aliquod egregium factũ dari solebat. Ouid. in fast. Dat digitis gemmas dat longa monilia collo. aliquando etiam equorum est. Uirgi. de equo Latini. Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

Aquilo. Paro. Pero. Capedo: Intercapedo. Crepido. Libido. Formido. Hirudo. Hirundo. Arundo. Testudo. Salsilago,

Addito nis post o. dat in is muliebre do goq.

Uirgo ordo margo cum cardine Apollo cupido.

Turbo homo ceu nemo. Tamen vnedo postulat onis.

Nomen in o facit onis. vt aquilo aquilonis: ventus septemtrionalis & ea mũdi pars. Paro onis nauis piratica. Pero onis. calciamentũ rusticũ. peronatus peronibus indutus. Excipiuntur a rĕa Feminina in do & go que faciunt inis cũ paucis alijs: que sunt/ virgo virginis. ordo ordinis &c. vt capedo inis. i. vasculũ fictile. Intercapedo distentia & differentia. Crepido extremitas terre quam aqua alluit. Item os putei & cuiusq editioris loci extremitas. Libido voluptas & carnalis delectatio. Formido timor. Hirudo sanguisuga vermis aquaticus adherens cruri: nec decidens nisi plenus cruoris. Horati. Nõ missura cutem nisi plena cruoris hirudo. Hirundo auis nota. Arundo: id est canna. Testudo animal testa tectuz vt limax/ concha & cetera. Ponitur pro cythara & pro camera. Teredo vermis ligno innascens. Collumela. Teredinez formicamq prohibet. Salsilago vel salsugo: id est

falsus humor. pelrel. Caligo obscuritas et ignorantia. vt caligo oculorum: a caligo veri. Indago inquisitio. Indagare inquirere. Propago vitis ramus terre infixus et progenies. Propagare .i. dilatare. Fuligo nigrum in fumibuli. Albugo alba macula in oculo: et albū oui: quod albumen sepius dicitur. Croceum oui dicitur vitellus. Ferrugo: rubigo ferri. vt erugo eris: ferrugo etiā est panni similis color. Compago cōpaginis .i. compactio et coniunctio. Ouidius. Atque ita disparibus calamis cōpagine cere. Plinius. Nullarum egens cōpaginū Manilius li. i. Interdum equali laternm cōpagine ductus. Seneca in xiiii. episto. Sine flammarū violentia compaginem soli rupit sine vetustas. Hec Beroaldus attulit cōtra Seruium: qui hos obliquos vix inueniri dixit. Uerba Seruii sunt in illud primi eneidos. Dire ferro et compagibus arctis. Claudentur belli porte. In vsu sunt nominatiui ambago compago magis quam ambages et compages. Contra in vsu sunt magis horum quam illorum obliqui. Persius. Stertis adhuc laxumque caput compage soluta. Ambago .i. circulus verborum. Cardo pro herba barbarum est: latine carduus dicitur hinc carduelis anicule nomen. Apollo sol. veteres in nominatiuo appollinis dicebant teste Festo. Uirgo pro ea que peperit. Lācilotus dicit virgonis habere vt sermonem non auderem sic loqui. Idē dicit. Turbo apud boetiū turbonis facere: vt sermonis pro forma contraria menta: vel piramidi. Id puto falsum esse et mendose legi turbonis pro turbinis. Nam a puerorū trochisco qui turbo est: ea forma nomen sortitur Uerg. Uolitans sub verbere turbo. Turbo etiā quicquid acuta forma est vocatur. Ouidi. Cana buccina sumitur illi. Tortilis in latū que turbine crescit ab imo. Turbino turbinas: acutum facio: vnde turbinatus ta. tum. Plinius. Turbinatior pyris figura quam malis. Turbo turbinis etiam est vertigo ventorum. Uergi. Turbine corripuit: scopuloque infixit acuto. Solum viri proprium. turbo turbonis facit vt sermonis. Horatius. Rides turbonis in armis. Spiritū. Lectū est apud Catullum hoc turben pro priore turbo. Homo homonis vt sermonis pro cadauere dixit antiquitatis pater Ennius. Uulturis in syluis miserum mandabat homonem. heu quam crudeli condebat membra sepulchro. Nemo neminis rarus inuentu gtūs. Plau. in captiuis. Neminis misereri certū est: quia mei miseret nemo. Lucillius. Neminis ingenio quēque confidere oportet. ¶ A femininis in do et go vnicum excipitur. quod est vnedo onis. arbor et ipse fructus: alio nomine arbutus et arbutū. Seruius in illud Arbuta sacre deficerent sylue. Arbuta inquit sunt rubra poma syluarum que Plinius vnedones vocat quod asperitate sua plures edi nō possunt mendose legitur otedones vt bene notauit doctissimus neotericorum Hispanorum.

Caligo. Indago. Propago. Fuligo. Albugo. Ferrugo. Compago. Ambago. Carduus Cardo herba nō latina: sed barbara vox est. Uirgo. Turbo. Turbino. Turbiatus. Homo. Nemo. Unedo.

Enis habent Anio Nerio. Caro dat tibi carnis.

¶ Anio fluuius in agro lyburtino. Horatius. Et preceps anio. Ennius anionis dixit vt sermonis: que declinatio exoleuit. et anio ab alio ntō rariorē anien obliquos mutuatum est. Papinius .i. syluarū. Quas preces Anien atque exceptura natatus Uirgo iuuat. Caro Nō minus quam quindecim milia anien abest. Luca. lib. ii. Gelidas anienis ad vndas. Nerio enis .i. vxor. Martis. Plautus in truculento. Mars peregre adueniens salutat. Nerienem vxorē suam. Etiam. est virtus fortitudo et maiestas martis. Et in nominatiuo dicitur etiam nerienes apud Uarronē vt notat Gellius. et neria per a: vt minerua teste eodem. Caro carnis. Olim in nominatiuo carnis dicebant. Hinc māseruntobliqui. Liuius Andronicus. Carnis. vinū que quod libant. Titus Liuius. xxvii. ab vrbe. Laurentibus carnis que dari debet data nō fuerat: hinc diminutiuū carnicula quū caro caruncula faciat. Carneus ex carne: vt frustrum carneum. Carnosus pinguis: sed melius dicitur corpulentus.

Anio. Anien. Nerio. Carnis. * Carnicula diminutiuum a ntō carnis quod vtebantur veteres caruncula a ntō caro.

Greca velut Dido muliebria sic modo flectes.

Us capiat patrius: reliqui dant o breue casus.

¶ Nomina greca feminini generis faciunt genitiuū in us. reliquos obliquos in o vt Dido didus. io ius. sappho sapphus. calipso us. sic calisto per o drymo pantho. et cetera mulierūve nymipharum propria aut dearū. Uelut Clio us. vna musarū Clotho us. vna parcarū. Echo echus. Argo argus: nomen nauis. Politianus in miscel. Responsitationes ex persona ponantur echus. Apud Martialem libro septi-

Clio. Clotho. Echo. Argo.

Sappho. Dido. Manto. Calypso. Io.

mo titulus est de fragmento argus. Imperiti dixerũt hec duo esse indeclinabilia. Ouid.in.j.de arte amandi. Nõ nihil sunt vise clio clinsve sorores Sappho. An nisi legisses authoris noia sapphus. Virg Fatidice mãtus & Tusci filius amnis. Mãus est manto mulieris nomen. Ouid. Miseramq relinquere dido. Virg.iiij.ene.ne mi ne dido Sepe vocaturum. Horatius. Aeoliis fidibusq canentẽ Sappho.in priap. Athlanti ademq calypso. Ouidi⁹. Et steterat quocũq loco spectabat ad Io. Silli us lib.viij. Terq snã Dido ter cũ clamore vocabat. Et leta exultans ostẽderat ora sicheus. Plini.lib.xxij.cap̃ vj.vsus est ablatiuo sappho dicens. Ob hoc & phanem Lesbiũ dilectũ a sappho. Alij grece hec aliter declinant: nobis cure fuit diligenter docere latinorũ vsum: vt Virg. Lucrificã alecto in actõ dixit nõ alectos nec alecton et est alecto vna furiarũ. Veteres declinabant hec latine vt sermo.sed Quintilian⁹ id vetat dicens lib.j. Mihi autẽ placet latinam rationẽ sequi quousq patitur decor. Neq em calypsonem dixerim vt Iunonẽ q̃q secutus antiquos. Cesar vtitur hac ratione declinandi: sed authoritatem consuetudo superauit. huic suffragatur Phocas grãmaticus. Plautus in aulula. Quos si argus seruet qui oculeus totus fuit quẽ quondam ioni addidit. Datiuus est ab io. Ennius. Penos didone oriundos. Tacitus Quintilia.contẽporaneus. Didone phenissam tyro profugã. Iustinus.xij. Augebat tyriis animos didonis exemplũ. Apul.j.meta. Calypsonis eternam solitudinẽ flebo. Plini.lib.xvj.ca.xliiij. Argis olea nũc etiã durare dr ad quã Ionẽ in vaccã mutatã argus alligauerit Andronicus apud nymphã athlãtis filiam. calypsonẽ hac declinatione nũc nõ vtemur si Quintilianũ audire velim⁹: lz iuniores Serui⁹ & Macrobius aliter fecerint: ideo Antoni⁹ Nebris.mẽdosos esse dicit versiculos Penelopes primã didonis prima sequatur. Hospitioq vsus didonis cũcta benigne. vterq Ouidij v̈sus. hic in argumento.j.ene. ille in priap Sic aũt restituendi sunt. Penelopes primã Didus si prima sequat̃ hospitioq vsus didus per cuncta benigna. Iuno nis.tm̃ qz latinũ est. ¶O genitiui penultimã pducit vt sermonis: nisi apud grecos in on desinẽs corripiat. vt agamenno onis.proprium vl ri. sic gẽtilia quedã vt vãgio onis. Saxo onis.&c. Inis corripitur vt virginis. Enis producitur vt Anienis ab antiquissimis etiam correptum teste Gellio.

Alecto. Legũtur & hi de id genus dictio nibus nõ vulgares versus. Vatib⁹ aonijs tyri am dat precla dido. Fecit Didonem romula vox taciti At calypsonã latijs das in clite cesar. Qñcũq decor patitur Quintiliane nubes.

Halecis lactis dauidis bogudis effer.

¶Halec facit penultima longa halecis. ad cuius formã ausus est Baptista Mantuan⁹ ab hebreo Melchisedech facere melchisedechis. Pectore sacrifici melchisedechis erat. Lac facit lactis. Nõ olim in ntõ lacte dicebãt vt mare. Plau. in menechmis. Nec lacte lacti vsq̃ similius est Lacteus ex lacte vel albus. Lactatum qd barbare la ticiniũ dr teste Hermolao. Dauid idis.penulti.lõga lz ab hebreis non declinetur. vt neq ab aphris. Bogud regis maurorũ nomẽ qd latini declinauerũt huius bogudis penultima breui. q̃q ntũs sit bogudis vt notat Lancilo. Asinius Ciceroni lib.x. Traiecit sese in regnũ bogudis plane beneq peculiatus. hic nota pulchrã vocẽ peculiatus: & est nũmatus munitus magnũq peculium possidens.

Melchisedech. Lacte. Lacteus. Larium. Bogud.

Additur is post l. Sed lis iungunt sibi mel fel.

¶Noia in l litterã desinentia assumũt in gtõ is vt sal salis: aial lis. corpus sentiẽs hic & hec aialis & hoc aiale ad aial pertinẽs. Vectigal tributũ vel reddit⁹. Tul. Nõ intelligit hoies q̃tũ vectigal sit parsimonia. vectigalia qui debet vectigal. Minutal est quidã cibus ex oleribus & carnibus minutim cõcisis. Puteal est putei opercultũ & Rome olim feneratorũ locus. Michael elis. Bel belis: idoli nomẽ. Eiusmodi in el peregrina aliq̃ declinantur in sacris: & si volumus manent indeclinata vt abel huius abel vel huius abelis multa nunq̃ flectuntur vt Rachel Bethel Micol Baal Tubal & apud Pliniũ locorũ nomina dissyllaba teste Hermolao. Uel et Suel. Mel & fel addunt genitiuo lis: vt mellis fellis. Inuenimus in alia significatione melis felis. Nã melis est bestia magnitudine vulpis duro corio. Unde fiunt pharetre. Felis est catus murinotar: grece dicitur elurus. Neutra in al cuz el & sol penultimam genitiui producũt. vt animalis michaelis solis. Reliqua corripiunt: vt hannibal alis. hiempsal alis. hadrusbal alis. propria virorũ. sal salis quamuis olim fuerit etiam neutrum: vigil ilis. presul presulis.

¶ Abundant nomina quedam declinatione: vt que sunt scde aut quarte declinationis saltẽ in aliquibus casibus. vt domus ante satis declaratũ. laurus: ficus &c.

Laurus. ¶ Hec laurus huius lauri datiuo lauro tan tũ. hanc laurum o laure a lauro .τ aliquãdo laurũ.he lauri harũ oꝛũ.his lauris has lauros τ laurus o lauri.a lauris. arboꝛ que grece daphne dr̃.Hora.teste Seruio perꝰquartã sub lauru mea.vt Plini.teste Lanciloto.Ea lauru que ei missa e celo minima est altitudine sic teste eodem. Tacitꝰ.Quã Cremonenses lauru rosisq̃ ɔstrauerat.has lauros per scdam. Uerg. Incende bitumine lauros.'has laurus:per quartã.Idẽ q̃ tripodas clarij laurus q̃ sydera sentis.Idem.τ vos o lauri carpã τc ¶ Ficus in gñibus declaratũ est. ¶ Colus scde est p̃ter abltm̃ singularẽ q̃ per vtrãq̃ ꝓ ferẽ hac colo vł colu he,colus. vide gña vbi penus quoq̃ declaratũ est. ¶ Lacus huiꝰ laci vel lacꝰ,reliqua per quartã effert.In Daniele Nõ ꝑuenerũt vsq̃ ad pauimentũ laci. Quercus.Cic.quercorũ rami ad terrã iacẽt. ¶ Pinus arboꝛis nomẽ.Uerg.pinos loquentes per scdã dixit Idẽ actm̃ pinus.in.xi.per,quartã enũciauit.Idemq̃ in.x.Nos sumus idee sacro de vertice pinus. ¶ Coꝛnus arboꝛ.Serenꝰ.ꝑ scdam coꝛno dixit. Papiniꝰ per quartam coꝛnu depressus achiua. Quarte sunt multa que olim per secun dã etiã flectebant vt monitus oꝛnatus questus cetus oꝛtus auditꝰ visus passus victus gemitꝰ aspectus.fluctus salus ꝟsus luctus piscatus exercitus senatus sumptus obitus estus aditus tumultꝰ τ plura alia a Nonio Marcello pulchꝛe declarata. Plautus in amphi.lectus locus pꝛo lecti locus dixit:qd̃ exoleuit:qꝛ solũ scde est nunc.Quedam diuersarũ declinationũ sunt mutata significatione aut etiã scriptura aliquantulũ: vt acus anus arcus arquus cestus caestus:cetus coetus.|Cantus.i.cantio. Canthus ferrum qd̃ circundatur rote:hoꝛtus oꝛtus.Sinus vel sinum.i.vas quoddam secũde est.sinus pꝛo gremio vel laxitate vestiũ supꝛa singulum est quarte. Einsmodi potuerunt plura notari. Sunt τ alia diuersaꝝ declinationũ eadẽ sub significatione vt cancer ꝓ moꝛbo iber mulciber acer a.um.oliꝫ teste Capꝛo.nunc acer:cris.cre. Acer arboꝛ tertie est.Serui.etiam voluit esse scde quã Priscia.carpit. Abies olim quintã Claudia.enĩ sectas abies dixit.Succus scde est. Apuleius per quartam in gtõ pl̃ succuum dixit.Festoꝝ noia cum pluribus patuerũt.De his oibus quidam magni versiculoꝝ syluã pueris cõficiunt.Ego nolui re nõ necessaria puerorũ ingenia vexare:qꝛ multa ex dictis satis liquent. vt frondis vel tis. pecudis τ pecoꝛis .cassidis τ cassis.vadis τ vasis.fidis τ fidei τc.in recto confusa.Syluester viri ꝓpꝛium secunde est:adiectiuum tertie.Acer eris arboꝛ.acer,acris.i.strenuus quibus male addũtur glotis glossis glitis glantis τc.deliramenta. ¶ Sunt q̃ in obliq̃s cõfũdũẽ vt res rei:reus:rei:pyꝛus τ pyꝛum ri.τc.Quoꝝ notitia parũ vtilitatis affert:qꝛ gñe vel sensu facile discernunẽ vt que cũ verbis coincidunt:vt vellus velleris : velloꝛ velleris fax facis:facio facis τc.Item abundãtia sunt nomina incerti gñis:vt finis adeps cetera ante declarata:sed apud vetustissimos plura fuere noia dubij generis: teste Priscia. Aspergo cartacerix collis crux platanus populus aquila crinis colus cassis foꝛnax frutex rex humus limus laurus lepus hagnus leo perdix fex socrus sus paruus toꝛris tybꝛis traimes vepꝛes τc. Postremũ abundãt eq̃uoca.i.diuesa ratione multa significantia:vt discrimen differentia τ periculum. Aura leuis ventus τ fauoꝛ.Litera nota vt a b c.τ poetice ep̃la.ludus res que luditur τ schola vnde ludi magister. Ara deoꝛum:hara stabulum poꝛcoꝛum τ alia innumera. sic que actiue τ passiue significant.vt hospes zelotipus cõuiua alumnus vectoꝛ.Item que cõis generis sunt habentia feminina in a vt hospes sospes sacerdos antistes: pꝛo omnibus datur regula.Multiplex vno sensu dicatur abundans.

¶ Finitur liber tertius.Sequitur quartus.

Marginalia: Laurus. * Laurꝰ grace daphne. / Pinus. Coꝛnus / Cantus. Sinus / * Noia diuersarum declinationũ sub eadem significatione. / * Syluester substãtiuũ τ adiectiuum / Discrimẽ Aura. Ludus. / * Uectoꝛ modo eũ qui heit: mõ eũ qui vehitur significat.

¶ Liber grammatice Despauteriane Quartus.

¶ De comparationibus.

Cõparatio. Positiuus Copatiuꝰ supꝛatiuꝰ * Cõparatiuus supꝛlatiuũ interdũ excedit

Omparatio est rei ad rem collatio.Gradus cõparationis,sunt tres:positiuus/cõparatiuus/superlatiuus. Positiuus est qui rem sine excessu significat.vt doctꝰ.Cõparatiuus qui rem cũ excessu nõ summo significat:vt doctioꝛ.Supꝛlatiuus qui rem cum excessu summo significat:vt doctissimus. Hunc excedet comparatiuus si dixeris. Hectoꝛ fuit foꝛtissimus τ Achilles foꝛtioꝛ. hic enim significat solum valde foꝛtem. Cicero in fine tertij officioꝛum.Uale mihi Cicero tibiq̃ persuade esse te mihi charissimũꝫ:sed multo foꝛe charioꝛem si talibus monumentis pꝛeceptisq̃ letabere.

¶ Nominasola ꝯparatiua ⁊ superlatiua noīa ex se faciūt. nam participia per comparationē noīa efficiuntur. vt amās amātior. Deterior ⁊ potior fiunt a deter antiquo noīe teste Herodiano: ⁊ potis teste Donato: nō a detero ⁊ potior quicquid dicat Priscianus. Prior primus positiuo carent: teste Plinio: licet Priscia. a pridē esse velit: nimis sui immemor. Nam alibi a protos primus dici testatur. ¶ Exterior interior superior ⁊c. sunt a noībus exter inter sup vel superus: quoꝝ quedā reperiunt quedā penitus exoleuerūt: author est Urban⁹ grāmaticus ⁊ plures aliȷ vt ostēdit Lancilotus nō ab extra intra ⁊c. Nec valet argumentatio Prisciani: si exterior ab exter veniret suplatiu⁹ esset exterrimus nō extremus. Uerū est Prisciane nisi multa cōpararent̄ irregulariter. vt bonus melior optimus. dexter dexterior dextim⁹. sic exter exterior extimus vel extremus. citer citerior citimus. sic supremus infimus ⁊c. inter irregulariter formata reȷiciunt̄. Propior ꝓximus authore Pli. caret positiuo: nec ideo ostenditur a prope esse: qꝛ aliqñ habet: nam hoc abusiue fieri dicit Lancilotus: ⁊ multo sepius dtm̄ habet: vtcūqꝫ est si quis dixerit a prope esse s̄m opinionem Prisciani non multū errauerit: qꝛ bene pōt defendi ⁊ in Syntaxi tenui. Ego tamen nunc sequar opinionem Pliniȷ. Sepissime sepissimus abusiue: dictū esse oēs fatent̄. Cato apud Priscianū. Facite vobis vt in mentem veniat. Quirites ex ere alieno in hac ciuitate ⁊ in aliȷs oībus ꝓpter diem atqꝫ fenus sepissimam discordiā fuisse. Sepior nusqꝫ legitur: sed bene aduerbia sepius sepissime. vt a pene penissime. i. valde pene. Plautus. Ita mea consilia peruertit penissime. Penitior ⁊ penitissimus non sunt ab aduerbio penitus:: sed a noīe penitus a. um. i. qꝛ intra est: penitior interior: penitissimus intimus. Plautus in asi. Age queso excrea vsqꝫ ex penitis faucibus. Apul. in. xj. de asi. Penita mente conditum semper tenebis. Apul. in hermago. Uisus est ei adulescens honesta forma quasi ad nuptias exornatus trahere se in penitiorem partē domus. Plautus in persa. Furtiuā aducctam ex arabia penitissima. Nuper facit superlatiuū nuperrime. Cice. in. iiȷ. ad Heren. Nuperrime dictū facile memorie mandatur. Plau. noīe vtitur in capti. Recens captū hoīem nuperū ⁊ nouitium. hinc legitur superlatiuū nomen nuperrimus ma. mū. sine ꝯparatiuo. Ulterior vltimus positiuo carent: teste Diomede: forsan est a vetustissimo noīe vlter aut vlterus. ¶ Sola adiectiua ꝯparantur ꝓpria ꝓpter aliquod accidens licenter ꝓ adiectiuis sumpta cōparari leges vt nero neronior pro crudelior. Tu nihil tale effinges sed recte sine affectatione vteris inuentis nō apud grāmaticos: sed apud summos historicos/oratores/⁊ poetas. Plaut. licenter ipsissimus dixit ab ipse vel ipsus in trinummo. Ergo ipsus est ipsissimus hinc ab oculis. Euiusmodi ꝯparationes per locum fiunt: teste Georg. Ualla lib. xxxj. ca. xiȷ. Plau. in penulo. O patrue: o patrue mi patruissime. Plini. Colorem purpurissimum dixit. Uarro ⁊ Catullus Cinediorem. Apuleius: pumiliorem. Plautus punior: que omnia pauca sunt nec ad horū formā similia fingenda: cōtra ineptos grāmatistas effutientes huiusmodi nenias gallior/vulpior/salomonior/aristotelior/lapidior/tuissimus/veterrim⁹ ⁊c. orationis dedecora. Nō omnia adiectiua ꝯparantur: sed ea dūtaxat quoꝝ significatio potest augeri vel minui: ideo nō comparantur vnicus summus omnipotens imus ingens rudis mediocris. Macrobius tamen omnipotētissimus dixit. Uergilius ingentior. Cicero infinitior: aliqñ etiam rudior ⁊ rudissimus leges: licet Diomedes author sit rudis nō comparari. Lancilotus multo plura docet nō ꝯparari. Plenus comparatur: quia pleniore obsequio dicit Quintilianus. Sulpitius grammaticus excellentissimus negat omnia verbalia in dus comparari: qualia sunt reuerendus/ colendus ⁊c. licet reuerendissimus ⁊c. sint in frequenti scribarum vsu. ⁊ Leonardus Aretinus vtatur. Sunt quedam cōparationes imperfecte vt temperior: sine positiuo et superlatiuo. de his in fine dicam. Comparatio est triplex: voce tantum: significatione tantū: ⁊ vtroqꝫ modo. Comparatio voce tantū fit vbi vox cōuenit: significatio discordat. vt a nouus nouissimus. i. vltimus: sunt eñ maxime noua fere vltima. Cicero in arato. Ad iudicandum nouissima. Gellius credit Ciceronem nunqꝫ dixisse nouissimus. Philelphus nouior negat latine dici. Ualla noue acceptat nouiter reputiat. Leonardus nouior dixit: ego recentior libentius dixero. Comparatio significatione tm̄ est vbi significatio conuenit: vox discordat. vt bonus melior optimus. Cōparatio voce ⁊ significatione est vbi cū voce significatio conuenit: vt doctus doctior doctissimus. Licet positiuus qñqꝫ sit deriuatiue speciei: tm̄ de positiui formatione nihil hic nobis dicendum est. Itaqꝫ ad cōparatiuorum formationē festinamus.

Propior positiuo careat.

Penissime Penitus. Penitior Penitissimus.

*Nuperrimus sine ꝯparatiōe.

*Que adiectiua cōparent̄ et que non. Ipsissim⁹. Plenior Uerbalia i dus an recipiāt ꝯparationem. nouissim⁹.

De nominum comparationibus

Doctior a docti est: ita formes cuncta secunde.
Tollo sinisterior melior peior minor et plus
Cum maior donat ficus et dicus entior apte.

¶ Comparatiuus a noīe scđe declinationis fit a gtō singulari addita or syllaba pro cōmuni genere et us pro neutro. vt amicus amici amicior amicius: nō vt putant in docti amicitior. Spurcus spurcior: pudicus pudicior: nō spurcitior nec pudicitior. Et in Ciceronis libris per grāmatistas aut ineptos librarios deprauatis aliqñ legat amicitior. Pa. ix. theb. Sed amicior vndis fraxinus. Cice. lib. xi. ad atticum. Mihi nemo est amicior nec iucundior nec charior attico. Oui. xiiij. meta. Dum mare pacatum dum ventus amicior esset. Idē. Nec tibi ɔtingat matrona pudicior vlla. Plau. in curgu. Si est osculando: quippiā impudicior. mendose legitur impudicitior: qȝ contra rationē carminis: vt scit qui legem iambici trimetri cognouit. Pudicus. i. castus. Spurcus. i. immūdus. Mart. Spurcior vt fiat zoile merge caput. Idem. Sordidius nihil est: nihil est te spurcius vno. Qui potes insidias dona vocare tuas. Augustus augusti augustior. i. sctūs et venerabilis. nomen adiectiuū est: aliqñ ꝓprium: sic nō cōparat̃. Oui. i. fast. Sctā vocant augusta patres: augusta vocant̃. Templa sacerdotū rite sacrata manu. Liui. dixit Romulū se fecisse augustiorem purpureo habitu. Papi. iiij. theba. Ausonie pater augustissimus vrbis. Sil. lib. i. Conciliū vocat augustum castaqȝ beatos Paupertate patres ac noīa parta triumphis. Consul. et equantem superos v̄tute senatū. Deter a. um. cui aliqd deest quasi detritū ne bonū sit: olim fuit in vsu et crescebat in gtō deteri detere deteri. hinc regulariter fit deterior. i. minus bonus. Exter. i. externus gtō exteri vñ exterior. Papi. lib. xi. theb. Sed quid apud tales quis nec sua pignora cure Exter honos. Idem. v. theb. Precor extera rerū agmina. Uale. Exterarū gentiū dixit. Uerg. Fas extera querere regna. Citer citera citerum. gtō citeri cum crescentia. i. q̄ est citra. hinc recte citerior fit vt a superus inferus posterus superior inferior posterior. sic olim dicebant inter vel interus anter vel anterus. Unde sunt anterior exterior. Cice. ad Celiū. Citeriora nondū audiebamus. positiuus olim erat in vsu citer. Cato apud Priscianū. Citer hagnus alligatus ad sacra. Eodem Afranius vsus est. Idem. Cato infer et super pro inferus superus dixit. Ubi super inferqȝ. Uicinus tum decedito. Papi. x. theb. Infera tarus. Hora. Postera lux oritur multo gratissima nobis. Oui. per flumina iuro Infera. Cesar in commen. huc postero die frequentissimi cōuenere. Excipiuntur a reg'a sinister sinisterior. bonus melior. malus peior. paruus minor. multus plus solum in neutro genere et hoc in singulari numero. At in plurali hi et he plures et hec plura vel pluria. Ceterum pluria et compluria non sunt comparatiua teste Georg. Ualla Placentino lib. xxxi. ca. xiij. vbi ait pluria et compluria non esse vetera: quia vsi sunt Cicero et Plinius in qua re taxat Priscianus cum Donato et Gellio. Idem dixit genitiuum pluris esse omnis generis licet plus solū sit neutri gñis. Idē dicit lib. vij. Priscia. Id probat male Georgius per hec exempla bene latina. Pluris amor est pluris virtus q̄ aurum. male inquā ꝓbat: qȝ pluris sic etiā esset pluralis numeri. Ouid. Pluris opes nunc sunt q̄ prisci temporis amnis. sic etiā tāti quanti essent omnis generis quod oppido q̄ friuolum est Magnus maior. ¶ A facio sunt que de adiectiua in ficus: et a dico vel dicax in dicus penultima correpta que cōparatiuū in entior efficiunt. vt magnificus magnificentior qui magna facit. mirificus mirificētior qui mira facit. sic munificus. i. liberalis. honorificus qui honore digna facit aut qđ cū honore fit. nam capiunt̃ hec etiā aliqñ passiue vt magnificū opus. maleficus bñficus et c. forsitan olim noīa fuerunt magnificēs mirificēs et c. vñ hec venerūt Significus signa faciens. hinc Lancilotus significātior facit. qđ vere fit a significās nō a significus. Apul. in deo Socratis. Non pudet me esse significū. Cic. ad atticum Que res multo honorificentior visa est. Maledicus. i. mordax et obtrectās maledicentior qđ a participio maledicēs esse nō pōt: qȝ hic tertia ꝓducit̃: illic corripit̃. sic bñdicus benedicentior: qui benedicit. et laudat Plau. in asina. Quum illiciebas me ad te blande ac benedice. sic falsidicus et c. nō causidicus quia substantiuum est. Addunt a volo beneuolens maleuolens que ex integro sunt et corrupto: teste Quintiliano. sic omniuolus et c. a loquor magniloquus et c. bñuolentior magniloquētior et c. sed nō

* De comparatiuorum formatiōe.
Amicior.
Spurcior.
Augustus.
* Augustissimus.
Deter.
Deterior.
Exter.
Citer.
Infer.
Super.
Superus.
Inferus.
Posterus.
Plus.
Plura.
Cōpluria.
Pluris genitiuus an sit ois gñis
Magnific9
Mirificus.
Munific9.
honorific9.
Signific9.
Maledicētior.
Bñdicus.

opus est addere: quia legimus sepe maleuolens magniloquens &c. vnde hec comparatiua sunt: licet reliqua non habeant alia comparatiua neque enim dicimus beneuolior &c. Cicero. libro. vij. ad Atticum Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit. Terentius in phor. nec illi beneuolens neque notus. A turpisequus &c. non inueni quicquam

Breuiloquens.
Bniuolens.

Fortior a forti est: facias ita cetera terne.

Junior excipiunt. a nequam nequior exit.

¶ Comparatiuus si positiuus fuerit tertie fit a dtō singulari addita or vt forti fortior pauperi pauperior. hic & hec potis & hoc pote id est potens solum ntm inuenitur nunc habere. olim dtūs erat poti. vnde potior & potissimus. i. melior & optimus quasi potentior & potentissimus. Priscia. voluit esse a verbo potior. Persius. Quis potior iudex puerisve quis aptior orbis: potius aduerbium etiam signat magis. Horatius. Hic tibi sit potius quam tu mirabilis illi. Potissimum aduerbium rectius dicitur quam potissime permaxime & optime. Teren. Ubi tu dubites quid sumas potissime. Excipitur a regula vnicum nomen iuuenis iunior teste Prisciano pro iuuenior. Georgi. Ualla libro. xxxi. cap. xiiij. reprehendit Priscianum dicens. Junior non (vt hodie quidam grammatici literatoresque putant Priscianum secuti) ab eo quod est iuuenis sed (vt Cornutus ait) a iunis. Junis enim inquit & iune minor iuuene dicitur. Unde iunior ideo primam quasi syllabam producit. inde iunix iunicis vacca etate viridior. Persi. Junicum omenta liquescant masculi iuuenci dicuntur. Nequam nequior facit nec excipitur. quia non flectitur nequam Frugi. i. vtilis preditus virtute & temperans. facit comparatiuum frugalior & superlatiuum frugalissimus. hinc ea virtus frugalitas dicitur. Plautus. Lesbonicus factus est frugalior. hec a frugalis non sunt. quia Quintilianus taxat eos a quibus dicitur frugalis tanquam sit dictio parum proba.

Potior.
potissimum.
Junior.
Junis.
Junicum.
Frugi.
Frugalis.

¶ Superlatiuorum formatio.

Er rimus adijciet superanti. dant timus exter

Et citer & dexter quibus addes rite sinister.

Dic etiam extremus. maturus dat rimus apte

Uel simus: huic iungunt satur: a vetus est rimus vsque.

¶ Positiuo in er addit superlatiuus rimus. ma. rimum. vt niger nigerrimus dexter dexterrimus pauper pauperrimus pauperrima rimum. celeber celeberrimus. et quamuis in masculino legamus celebris salubris alacer &c. ntō tamen alios superlatiuos habebunt licet vetustissimi celerissimus dixere. Manilius in Illiade apud Priscianum Celerissimus aduolat Hector. Excipiuntur a regula exter exterior extimus vel extremus citer citerior citimus: dexter dexterior dextimus: sinister sinisterior. sinistimus. Sil. lib. vij. Extima cingens Clausos ipse tenet. Boeti. Polum relinquat extimum. Plautus. Factus sum quasi extimus a vobis Apuleius. Philosophia in extimo mundi tergo degit. Cicero in sopno Scipionis. Celestis extimus. Ibidem. Que vltima a celo citima a terris luce lucebat aliena. Capel. in nuptijs philologie. Clio citimum circulum hoc in luna collocauit hospitium. Uarro de heresibus. A primo compito dextimam viam munit. De sinistimus authores sunt grammatici vt Priscianus. &c. Cicero ad Augustum. Perducam ad extremum & nouissima conferam primeta. Si quid est: tamen nouissimo extremus. Maturus a. um. facit superlatiuum maturrimus ab antiquo nomine matur. Cicero apud Priscianum. Quippe quod omnium maturrime ad causas publicas accesserim. vel maturrimus. Idem apud Priscianum. Quibus virtutibus omnem tueri vitam possint eas in etate maturissima velint comparare. Badius grammaticus minime proletarius dicit satur similiter facere saturrimus & saturrissimus. Acicur & memor nihil inueni. Uetus facit veterior veterrimus a vetusto noie veter ris. vt huber huberis. Ennius apud Priscianum. Quum veter occubuit Priamus sub marte pelasgo. Uergilius. ij. eneidos. Jugens ara fuit iuxtaque veterrima laurus. De positiuo veter iterum Actius. Ueter fatorum terminus sic iusserat. Plautus in Bacchi. Sene tibi dedo illum veteriorem lapide vt lenitum reddas.

Celerissimus.
Extimus
Citimus.
Dextimus.
Extremus.
Maturrimus.
Maturissimus.
Saturrimus.
veterrimus.
Ueter.
Ueterior.

In reliquis simus accipiet Patrius positiui.
Atq; datiuus in i. tamen s. simus vsq; preibit.
Excipe postremus supremus ⁊ optimus: atq;
Pessimus et minimus cum maximus: intimus addens
Plurimus infimus adiunges. entissimus autem:
A ficus atq; dicus facito. limus is dato dempta
Cum facilis: gracilis: agilis: similisq;: humilisq;:

**Superlatiui formatio. Excelsissimus. Celsissimus. Ingentissimus. Superus. Inferus. Supremus. postremus. postremissimum. Paruissimus.*

¶ Si positiuus nō desinit in er: tunc superlatiuus fit a genitiuo positiui in secūda declinatione vel a datiuo in tertia addēdo s ⁊ simus: vt celsus celsi celsissimus nō summus (vt grammatiste sopn tāt) forti fortissimus ⁊c. Excelsus. i. altus. Summus positiuus est vt imus. Gel. lib. ij. In his regionibus excelsissimo loco murum statuere aiebat. Apule. Uidetis ne insistentem celsissime illi rupi montis ardui verticem. Ualeri⁹. maxi. lib. vj. In excelsissimo mōtis vertice cruci affixi. Seneca in Thyeste. Eructat omen celitum excelsissimū. Tullius in Sylla. In hanc excelsissimam sedem dignitatis ⁊ honoris. Colu. Iudee egentis hominē proceriorem excelsissimo germano. Ingens ingentior ingentissimus reperitur: licet raro. Ueget⁹. lib. iiij. Rote quoq; de lignis viridibus ingētissime fabricantur. i. vltra modū magne. ¶ Excipe a regula posterus postremus super⁹ supremus ⁊c. Andronicus apud Priscianum. Inferus an superus tibi fert deus funera Ulysses. Horatius. Supremo te sole domi torquate manebo. i. vltimo ⁊ occidente etiā significat summū. Postremus. i. vltim⁹ Teren. Si id facis hodie postremum me vides. hoc secundo comparatur postrem⁹ postremior postremissimus. Gracchus in oratione de parsimonia apud Gellium. Omnium nationum postremissimum nequissimūq; existimatorē. Apule. Nullū animal in terra homine postremius. paruus minor minimus. lectum est paruissimus sed nollem imitari. Lucretius. Preterea nisi erit minimū paruissima queq;. Corpora cōstabunt ex partibus infinitis. Boetius in musice prologo. Paruissimas mutationes. Uegetius. Paruissimos fines. Interus interea interum. veteres dicebant vt superus. hinc interior intimus. Terenti⁹. Ipsus mihi Dauus dixit qui intimus est eorum consilijs. Positiuo vtitur Cornelius Tacitus teste Lanciloto. Amissis p interea bella nobilibus. Intimus positiuus efficitur: quia facit comparatiuum intimior: quāuis nunc non occurrat testimonium: sed vlteriore superlatiuo caret.

Interus. Intimus.

¶ Multus plurimus multa plurima multū plus plurimum. Cicero. Multissimus p plurimus dixit nollem primus imitari. Cicero. lib. xj. epistolarū ad Atticū. Literas tuas accepi pridie nonas februarias eoq; ipso die ex testamento crevi hereditatem ex multissimis ⁊ miserrimis curis est vna e nata. Infimus. i. maxime infer⁹ vl' intra non solum de loco sed etiam de qualitate. Teren. Tace tu quem ego esse intra infimos omnes puto homines. ¶ Nomina a facio in ficus. a dicax in dicus habēt entissimus. Suetoni⁹. Maleficentissimos incolumes prestitit. Quandoq; regulariter formant superlatiuos: sed apud vetustiores. Terentius. Mirificissimus est patruus tuus. Cato beneficissimo dixit. et Actius magnificentissimus.

Multissimus. Infimus. De superlatiuis a facio ⁊ dicax. Mirificissimus.

¶ Hec quinque: facilis/agilis/gracilis/humilis/similis faciunt superlatiuos abijciendo is: ⁊ addita lis syllaba: ⁊ ita sunt duo ll/facillimus/agillimus. His addit Ualla docilis docillimus. cōposita similiter faciūt: vt difficilis. absimilis ⁊c. Uergi. Circuit ⁊ que sit fortuna simillima querit. Idē. Ipsa ingens arbos facieq; simillima lauro. Facilis nō grauis: perfacilis valde facilis. difficilis non facilis. vt amanti nihil est difficile. Ait Tulli⁹. Agilis leuis ⁊ mobilis. Gracilis tenuis non crassus humilis non altus: vt humilis arbor: humilis homo. i. vilis ⁊ ignobilis. In sacris significat non superbū. Docilis qui facile discit: contrariū est indocilis. Per pro valde ⁊ similes particule soli positiuo dande nō iungantur cōparatiuo aut superlatiuo. vt nō dices perdoctus pdoctior perdoctissimus: sed pdoctus multo doctior quā doctissimus ⁊c. Per positiuo congruit: multo vel longe cōparatiuo. quam pro valde superlatiuo iungitur: de quibus ⁊ multis alijs copiose in Syntaxi disputo.

Beneficissimus. Facilis. Agilis. Gracilis. Humilis. Docilis. Per positiuo cōgruit. pphūanus.

¶ Comparatio imperfecta.

Anterior superante caret: iuuenisq; senexq;.
Sicut adulescens: cui diues pluraq; iungunt.
Temperior solum est. ignorant et positiuum:
Ultimus vlterior prior et primus propiorq;
Proximus. ocyor atq; ocyssimus adijciantur.

¶ Anter ⁊ anterꝰ veteres dixere: hinc anterior anterius ꝙ aliq̃n aduerbiũ est sine suplatiuo. vt iuuenis vel iunis iunior: senex senior: adulescens scentior: diues diuitior ⁊ (vt Lãcilotus vult) certus certior. qđ miror cũ ꝑcipere: cũ certissimus persepe apud Cic. legat. vt certissimus vectigal ascribit in oͦne ꝓ lege Agraria. Tẽperior positiuo ⁊ suplatiuo caret. ocyor ocyssimus positiuũ non hz quo vtant latini: sicut vlterior vltimus: prior primus: ꝓpior ꝓximus. In hac re preter authores añ citatos astipulat mihi Pompo. Letus lepidissimus grãmaticus. Nũc meo more declarabo singula. Ter. Quis me athenis diuitior. Idez ꝙ inique ꝯparatũ est vt hi q̃ minus habent semp diuitioribus aliq̃d addãt. Oui. Oppida sunt regni diuitiora mei. Mart. Romanũ ꝓpius diuitiusq; foꝝ est. Dis ditior ditissimꝰ integrũ est. Sido. ad Domitiũ. Quenã potissimũ anteriꝰ caulibꝰ n r̃is culina sumaret: veteres in suplatiuo antimus dixere vt q̃dã senissimꝰ. vt in xenophõtis equocis. Saturni dñr familiarũ nobiliũ regũ qui vrbes ꝯdiderũt senissimi. Legimꝰ aliq̃n iuuenior ꝓ iunior. Col. teste Lanc. Illi quidẽ incõmodo ꝙ iuueniori exanimi solet accidere. sic ipe inuenio. Apul. lib. viij. met. Unus pre ceteris ⁊ aio fortior ⁊ etate iuuenior ⁊ corpe validior. Lanci. dicit ꝑsuasus ꝑsuasissimꝰ sine ꝯparatiuo: vt apricꝰ apricissimus: inclytus inclytissimꝰ: iuriscõsultꝰ iuriscõsultissimꝰ: simplex simplicissimꝰ. Decorus apđ Apul. de Magia decorissimꝰ mediocris mediocrissimꝰ comis comissimꝰ: imeritꝰ imeritissimus: inuitꝰ inuitissimꝰ. legi tñ inuitiꝰ: ⁊ (vt Seruꝰ vult) ꝑfectus ꝑfectissimꝰ. At Ci. lib. viij. ad atti. dixit illũ esse ꝑfectiorẽ volo. Rursũ: ingẽs ingẽtior: raro ingẽtissimꝰ. Uer. O fama ingẽs ingẽtior armis. Uegetiꝰ ingẽtissimꝰ dixit: sz ita accipiũt docti vt dicant illũ malũ latinitatis authorẽ. nã gambas pro tibijs ⁊ ꝑuissimos fines dixit. Cõis cõior vix vnq̃ ꝯmunissimꝰ apđ latinitat᷑ ꝑimpilos. remissius remissior tñ vt salutar᷑ salutarior: infinitꝰ infinitior: opimꝰ opimior: prauꝰ prauior vt q̃dã volũt q̃s refellit Taciti authoritas: dicẽtis. Ea tẽpestate prauissimus mos. Lõginquus ior. ꝓpinquus ior. multi addũt suplatiuo carẽtibus Plurima carẽt ꝯparatiuo suplatiuoq; vt nauꝰ. i. diligẽs. magnanimꝰ ⁊ silia in imus. vulgaris vnicus duplex sũmus memor agrestis fugitiuꝰ: ⁊ adiectiua tertie in ster. vt sylue ster ⁊c. fiulis mobilis modicus ficulnꝰ populnꝰ ⁊ diminutiua: vt vetulus. ⁊ in tilis vt ꝯsatilis. ⁊ in bũdus vt vagabũdus. ⁊ in inus vt canabinꝰ. ⁊ a fero ⁊ gero vt letifer. Itẽ tremulus ⁊ degener. Collegit hec Lãcilotꝰ. forsitan in q̃busdã reperies ꝯtrariũ. Sollicitꝰ etiã sollicitior facit sine suplatiuo: teste eodẽ. Suet. in domit. Tẽpore suspecti ꝑiculi sollicitior. Scđs ꝓ ꝓsper plene cõparat. Falsus falcissimꝰ sine ꝯparatiuo teste ꝑerot ꝓperꝰ ra. rum. i. festinus: ꝯparatiuo suplatiuoq; caret. Tẽperior vel rectius tẽporior. i. tempestiuior ad tẽpus deductũ caret adiectiuo positiuo ⁊ suplatiuo: ⁊ vix inuenies hoc nomẽ sed bñ aduerbiũ tẽporius. i. oportune ⁊ festine. Colu. lib. ix. Tẽporius ad officinã redeant. Oui. iiij. meta. Modo surgis heoo. Tẽporius celo modo serius incidis vndis. Ocyor ocyssimus. i. velocior velocissimus positiuo carẽt: q: okys vel ocys greco. i. velox latini non vtunt. Obnoxius obnoxior etiã suplatiuũ vix hz. Habitior. i. pinguior. ⁊ (vt vulgo dr) melius dispositus: carere dicitur positiuo ⁊ suplatiuo id videtur mihi refelli posse authoritate Gellij dicentis lib. iiij. ca. viij. Scipio nasica et Marcus Pompilius quum equitum censum agerent: equũ nimis strigosum et male habitũ: sed equitem eius huberrimũ ⁊ habitissimũ viderunt. Et cur inquiũt ita est vt tu sis q̃ equus curatior: qm̃ inquit ego me curo equũ. Statius meus seruus. Ulterior vltimus primus esse põt. Uergi. Tu sanguinis vltimus author. Propior proximus. Fit ꝓximus positiuus ⁊ significat propinquũ: facitq; ꝯparatiuum ꝓximior sine suplatiuo. Ulpianus. Si quis ꝓximior cognatus nasceret. Uegetius.

- * Anter
- Anterus
- Certissimꝰ
- Diuitior.
- Anterius.
- Senissimꝰ
- Iuuenior
- persuasus. sine cõparatiuo.
- Cõmunis.
- * Noia carentia ꝯparatiuo ⁊ superlatiuo.
- Secũdus
- Tẽporius
- Ocyor
- Habitior.
- Ultimus
- Proxime.

Proximior dextra sit que plagam possit inferre. Prior e duobus: primus e multis. id verũ est nisi prior abltm̃ regat. sed de hoc in Syntaxi. Prius nomen putant dici barbare: id falsũ est: qꝛ priora sepe legimus. ideo prius consiliũ optime dici opinor.

* Prius an barbara dictio sit

Us si vocalis preeat: raro gradus exit.

More pius dicto. Tennis non additur apte.

Arduus. Pius. Industrius. Incurius. Iniurius. Assiduior. Assiduissimus. Egregius. Egregiissima. Strennior: Strenuissima. industrior. Innoxior. Perpetuissimus. Exiguior. Piissimus. Tenuior. Tenuissimus.

¶ Qñ vocalis precedit syllabã us in positiuo aut nunqꝫ aut raro ꝯparatꝛ more dicto i. in or. ꝛ simus. vt idoneus rubeus ceruleus arduus. i. altus ꝛ difficilis. Martia. Ardua res hec est opibus nõ tradere mores. Pius/ qui parentes ꝛ deũ colit. Industriꝰ diligẽs ꝛ ingeniosus. Industria. i. diligẽtia. inglorius. i. sine gloria ꝛ honore. strenuꝰ velox ꝛ diligens. Incurius. i. negligens. iniurius faciẽs iniuriã. Ratio regule est: qꝛ cõparatiuus regulariter formatus dꝫ superare positiuum vna syllaba vt docti doctior regulariter dixi propter peior maior minor iunior (si a iuuenis fieri velimus) et plus. prior autẽ positiuo caret vt diximus. Et qꝛ litera inter duas vocales efficit consonans vt maior: ꝯparatiuus nõ superaret positiuũ vt pijor: ꝛ si i non fieret consonans vt superaret: tunc esset cacephaton. i. mala sonãtia. Authores hãc grãmaticorũ rationem non semper custodierunt: qꝛ Uarro assiduior dixit in. ij. de re rustica. Sueto. in Gal. Mox vasa crea: assiduissimi vsus ꝯflauerit oĩa. Cice. in lib. de claris orato. ad bru. etiam assiduissime dixit. Iuue. Egregius cenat meliusqꝫ miserrimus horꝝ. i. magis egregie. Rufinus in Josepho. Nihil enĩ impius a Romanis passi sũt: qꝫ ipsi se tractarunt. i. magis impie. Pacuuius. si mulier egregiissima forma dixit. Plau. in epi. Nam strenuiori deterior si predicat suas pugnas de illius ore fiunt sordide. Lucilli. Uillicus strenuior si euaseris. Gelli. Uiros habuisse strenuissimos. sic Sallu. ꝛ Cato. Sallu. tñ putatꝛ dixisse. nam vt quisqꝫ strenuus ceciderat in bello: qꝛ secꝰ durũ videbatꝛ strenuissimus. Graccus in tuberonẽ. Ut in me industrior sis qꝫ in te. Cato. Antiquiorẽ animũ inducẽt esse qꝫ innoxiorẽ. Idẽ. Idqꝫ ꝑpetuus atqꝫ firmius repsit. Idem. Fugit maxima flagella. perpetuissimo curriculo. Digestis de legatis tertio. l. nuncius. legitꝛ exiguior. Baptista Pius idoneior dixit. Utere parcissime innuẽtis. Pius pientissimus facit: ꝛ in sacris piissimus. Curtius lib. viij. O fidissimi piissimiqꝫ ciuium ac amicoꝝ. Cice. tñ dicit piissimus male dici. verba eius ex. xiiij. Antoniana hec sunt. Tu porro ne pios quidẽ sꝫ piissimos queris: ꝛ quod verbũ oĩno nullum in lingua latina est: id ꝓpter tuã diuinã pietatẽ nouũ inducis. Tenuis/ Alexander negauit inscite cõparari posse. Plini. Tenuiora ferramenta restringi oleo mos est. Sueto. Tenuissimo cuiqꝫ ꝛ ignoto. Cice. lib. iij. ad Atti. Mea spes etiam tenuior semper fuit qꝫ tue litere. Et. xij. ad Atti. Quis enim tenuius dixit. Et in officijs. Neqꝫ tenuiores propter imbecillitatem circũueniantur. Idem sepe alibi vsurpauit. sic Quintilianus tenuiora. sic ceteri ferme omnes. Pinguis pinguior recte facit: quia u liquescit post g. Sene. epist. ix. dixit ꝓpior. Cato. Arduus ꝛ arduissimo enunciauit: teste Prisciano. Plini. vij. episto. Exiguissima legata. Ceterum meminerimus raris raro vtendum esse: presertim si apud vetustissimos tm̃ reperiatur quales sunt Cato/ Actius/ Pacuuius/ Ennius/ Graccus/ Quadrigarius ꝛc. ¶ Que comparatiuos superlatiuosqꝫ more dicto nõ faciũt vbi comparatione opus est capiunt magis et maxime: vt magis dubius maxime dubius.

¶ Grammatice Despauteriane Liber Quintus.

¶ De preteritis ꝛ supinis.

Compositũ simplexqꝫ modo flectuntur eodem

Excipies quedam post clare notificanda.

¶ Uerbum composite figure coniugatur: vt simplicis ꝛ contra vt sedeo sedi: possideo possedi. ¶ Excipiuntur quedã. Quia do est prime ꝯiugationis: reddo addo tertie. maneo mansi: immineo imminui. hec ꝛ alia satis declarabuntꝛ: ideo hic nolui ponere. ¶ Hic liber de preteritis ꝛ supinis tractabit: quia que a presenti formãtur per analogiam: id est proportionem ꝛ similitudinem verboꝝ amo/ doceo/ lego/ audio/ satis noscuntur: in preteritis ꝛ supinis maior est diuersitas. ideo necessaria est ana-

plior eorum tractatio. ¶ Coniugatio est verbũ p tpa declinatio Supinum est qd in um vel in u desinens sine casu verbi significationẽ hz: vt amatũ amatu. Torrẽtin⁹ dicit ideo supina dici: quia cũ habeant vocẽ participij passiui: tamen supinantur. i. vertuntur in actiuam significationem. de hoc videbis in Syntaxi.

*Quid coniugatio. Supina q̄re dicta

A quoties mutatur in i: per e pono supina.

Demitur hinc do go sapio salio statuoq̄.

¶ Si verbũ cõpositũ mutet a simplicis in i: supinũ retinebit e. vt facio feci factum reficio refeci refectũ. ¶ Excipiuntur verba in do. vt cado cecidi casum: recido recidi recasum. Et in go: vt ago egi actũ: adigo adegi adactũ. Et composita a sapio: qz retinẽt i: in supino vt desipio desipui desipitũ &c. a salio & statuo que: pro a in supino retinent u: vt insilio insilui insultum. Hoc etiam notatu dignum: verba mutantia e in i: nõ perdũt e simplicis in preteritis & supinis. vt emo emi emptum: redimo redemi redemptum: sic sedeo incideo &c. Composita a teneo non habent e in ptis: sed supinis. vt continui contentum. Cedo & ledo mutãt diphthongum in i longum quod retinent composita in preteritis & supinis.

Cõposita a sapio.

Quum geminat simplex composito tolle priorem.

Quam retinet do sto natum: ceu discere posco.

Pluria sic olim: ceu nunc precurro repungo.

¶ Quum simplex geminat principiũ p̄teriti: compositũ nõ geminat. vt mordeo momordi: remordeo remordi: pello pepuli: cõpello cõpuli &c. Excipe cõposita a do sto disco posco: qz semp geminãt: vt credo credidi: resto restiti: adisco adidici reposco repoposci. sic olim plura: vt oia ɔposita a curro: vt decucurri &c. nunc solũ p̄curro geminat principiũ. Plau. in sticho. p̄cucurri vt nũciarẽ nunciũ exoptabilem. Idẽ. Ego hac p̄cucurri gratia ne te pater opprimeret imprudentem. Teren. in eeyra. Una illa rum interea ꝑpere p̄cucurri. aliqñ nõ geminat. Liuius. xx. libr. ab vrbe condita. Et si fortunam percurrissent. Uerg. iij. enei. Ecce fere summo deiecte vertice capre. Decurrere iugis. Caper apd Priscianũ. Quũ ei q̄ nos pupugit talionẽ. i. vicez a nobis redditam ostendimus repupugi dicimus. Supinum nunq̄ principium geminat

*Antiquiores a detõ deo detotõdi, ꝑtulerẽt

Repungo

Si sit a presenti: non desinit esse supino.

¶ Quoties presenti fuerit a non aberit supino licet preterito mutetur. vt facio feci factum. fallo fefelli falsum.

Preteritis quecunq̄ carent spoliabo supinis.

¶ Quecũq: carent preteritis etiã carent supinis vt polleo glisco &c. Licet preteritorũ & supinorũ carẽtia pertineãt ad sequentẽ librum: tamen in hoc libro totã hanc rem absoluã qz id breuius & commodius fiet. nam ceteri carentia preteritis aut supinis ferme suis locis, explicauere & in defectiuis omnia repetiuerunt. id ego non faciam quia breuitati & puerulorum vtilitati studeo.

¶ Prima coniugatio.

Preteritis aui facit as: atumq̄ supinis.

¶ Uerbũ p̄me ɔiugatiõis facit ptiñ ꝑfectũ indicatiui modi a sc̄da p sona singu. nũeri indicatiui modi p̄ntis tpis ablata lr̃a s & addita syllaba ui: in supio mutat ui in tum vel tu. vt amo as. amaui atum amatu. Equo equaui equatum. i. equale facio. Ualerius. mari. lib. iij. Equauit Athenis Thraciã. sic ambulo: vnde ambulatores qui vrbez passim peragrãt vẽdẽdo vilissimas merces dictis quibusdaz scurrilibus aucupando emptores. Arte ambulo onis. qui honoris gr̃a aliquẽ comitaẽ. albo as. albuz facio: libo as. i. gusto prelibo pregusto. Estuo as. aui atum supinum vix inuenitur. qz grãmatici dicũt carere supino. Hiero. tñ ostendit hẽ: qz est natus dicit in fine ecclesiastici. In medio ignis non sum estuat⁹. significat ferueo & flagro. Itẽ fluctuo & agitor: vt mare estuat. Instauro idest integro restauro. idem teste perotto & Calepino qui negant instauro esse ab instar sed stauro quod nõ est in vsu restauro pene obsoleuit. tñ Lactantius vsus est vt Ca

Equo. Ambulator. Arte ambulo. Albo. Libo. Estuo.

Instauro. Restauro. lepinus docet in dictione instauro. Et Justi. lib. ij. Interea et darius quum bellum restauraret in ipso apparatu decidit: melius ergo instauro. dicimus quam restauro sed ipse in prefatione quarti libri versificatorie restauratione pro instauratione dixerim. Ceterum non censebo restauro barbare dici. vt Quintianus qui plura minus bene Rubeus. dānauit: inter que est rubeus a. um. quod negat dici posse quia ruber. dicendum est que refellit Gellij authoritas dicentis lib. ij. cap. xxvj. Rufus enim color et ruber nihil a vocabulo rubei differunt. Solinus. Colores duo sunt quos fingere nō valet rubeus et candidus: nimis temerarie pleri que iudicant. Si quis multa vocabula discipulis declarare voluerit: facile e vocabularijs bonis excerpet et pueris dictabit: vt orbo vacillo fugo titubo obturo migro liquo etc. que habent omnia aui et atum. Excipiuntur pauca iam declaranda.

Excipe do dedit atque datum: stetit atque statum sto.
Cuius compositum stetit atque stitum capit apte.

¶ Do dedi datum circūdo circūdedi circūdatū. sic pessundo venūdo satisdo. sto steti statum huius composita steti et stitū faciūt: vt prestiti pstitū insto institi itum. non (vt inepti dicunt) insteti: sic barbare loquentes dñs decanus institit pro licētia. ¶ Da syllaba corripitur vbicū que est prima syllaba in cōdeclineis a do vt dabam, dare: ergo dic penulti. breui pessundabā etc. ¶ Do. i. dono. Itē mitto: vt do Petro ad te lrās. i. Circundo mitto per Petrum. Itē dico vt apud Verg. Sed tn iste deus qui sit da Tityre nobis Venundo: et da aduerbia loci. Circūdo. i. circūpono: vt circūdo saltus canibus. Venūdo. i. vendo: vt Ad quid pditio hec? poterat enim venūdari multo et dari pauperibus. ¶ Pes-Pessundo. sundo. i. calco vel opprimo pessum. i. sub pedibus et dicimus etiā do pessum. Luca. Satisdo. quam celsa cacumina pessum. Tellus victa dedit. Satisdo satisfacio aut soluo. ¶ Sto Sto erectus cum. Idē stat manet aut certum est. Verg. Stat sua cui que dies breve et irreuocabile tps oibus est vite. Sto cōuentis. i. seruo pactū. p me nō stetit. i. non fui causa cur minus fieret. ¶ Asto iusta sto. antesto excello: absto: longe sto. Ouidius. abstitit Asto. p astitit: posuit decimo meta. Halcyone lachrymas: et quam par admouet abstit. Resto Resto. suppersum vel relinquor. Vergi. ij. enei. Quid iā misero mihi deni que restat. Propes Restaui. tius liceter restauit dixit. lib. ij. Nec si post stygias aliquid restauerit vnda. Presto Presto. pstiti itū. i. do. Plau. Plura hic mihi pstitit quam parētes. Itē excello. Vale. Mari. libro. iiij. Oēs ciues nobilitate pecunia honoribus que prestaret. Idē lib. vij. Authoritate et prudētia ceteros pstans. hic per actiū dixit quod Tullius per ntm Bona existimaprestat im tio diuitijs pstat. Prestat impersonaliter. i. melius est. Idem Nōne emori per virtupersonale. tem pstat quam vitā miseram et inhonestā per decus amittere? In Justiniani institutionibus pstauimus, p pstitimus leges: nescio an mēdum sit: verisimile est hec oia aui Prosto. habuisse aliqñ et atū. penul. longa in supino: nā brutus pstaturū dixit et pstatio non Consto. pstitio: in vsu est. ¶ Prosto. i. publice sto causa lucri: vt meretrix prostat. Supsto adDisto. huc viuo. ¶ Cōsto. i. simul sto nō sum instabilis: vel cōponor. Item constat. i. liquet. Insto. Quāti cōstat liber quanti emitur? ¶ Disto lōge sto vel absto aut differo. Quantū distat Ouid. Institor ad hinc Roma quingēta milia. Exto emineo: liber nō exstat. i. nusquam inuenitur: vel ipse dñam veperijt. ¶ Insto ppe sum: vt pascha instat: vel operam do, p re acquirenda. Plautus niet distin Poscit instat viget nō sinit hominem quiescere. Institor. i. mercator. Catul. ostendit ctus emapteritū institit esse nō instetit dicens Institit imperio deterioris heri. ¶ Obsto resisto cem. sine resisto. hinc obstaculū. i. impedimentum.

Dono lauo laui lotum lautum atque lauatum.
Poto magis potum: iuui iutum que iuuare.

Lauo. Lautuia. Lauo olim fuit tertie cōiugationis. ¶ Lauo laui lotum vel lautum vel lauatum ab eo quod olim dicebat lauaui: et significat rigo vel aqua purgo aut quouis hūore purgo. Horat. At vbi me fessum sol acrior i. e lauatū Admonuit. Terent. in eunu. Abeūt lauatū. Oui. iij. fasti. Sacra lauatu ras mane petebat aquas. hinc lauatio apud Victruuium sepicule legitur. Cice. ad Varronē li. ix. epist. Faciā vt lauatio parata sit. i. balneū. Lotū notissimū est. de lautum Tacitus de germanis. Lauti cibū capiūt. i. loti. sic Sulpitius. Facies sit lauta manus que. lautus nomē. i. mūdus delicatus elegās hinc lautitia. lautule arum. i. thermePoto. Lauo olim fuit tertie. Hora. Phebe qui tāto lauo amne crines. Idē. Ora manus que tua lauimus feronia lympha: prima in lauimus correpta ostēdit ipm esse pñtis tpis. ¶ Poto, aui, tum, et sepius potum: vnde potor potus potio poturus. Vergilius. Hunc

ipsi potum veniet per prata iuuenci. Luca. lib. v. Poture tenile grues. Teren. aut in phormione aliter dixit. Nam apud me potaturus est. poto. i. bibo. sed hoc proprie necessitatis est illud luxurie. Potio medicorum sorbitiuncula est potus aliorum. sed he differentie non obseruantur semper. Valeri. maxi lib. ix. Cibo et potione infelicem spiritum progant. Potus a. tum. i. ebrius aut qui potauit. Ouid. Occurrit nuper visa est mihi digna relatu. Pompa senem potum pota trahebat anus. capitur etiam passiue. Idem. Quo plus sunt pote plus sitiuntur aque. Composita huius verbi producunt penultimam. vt epoto. i. ebibo. Compoto. i. simul poto. Compotor qui cum alio solet potare de hoc adagionem habemus. Odi memorem compotorem. i. garrulum qui fidos inter amicos aut in symposio dicta foras eliminat. Iuuo iuui iutum: quod supinum non est in vsu sed pro eo capimus adiutum quod est ab adiuuo. lectum est iuuaui. Mani. lib. iij. eo vtitur. et Sallu. in Iugur. iuuaturum. iuuo. i. auxilium do. Vergil. Audentes fortuna iuuat. Item delecto. Idem non omnes arbusta iuuant. Idem Iuuat arua videre. Adiuuo. i. iuuo. Teren. Forte fortuna adiuuat. In presenti penul. corripitur quam preteritum et supinum producunt Adiuui adiutum. vnde adiuto as. frequentatiuum.

Potis. Potus. Compoto. Iuuo. * Adiuto frequentatiua ab. adiuuo.

Prebet ui per itum cubo cum sono siue crepare

Et domo siue tono veto cum plico. Nexo xui. xum.

Prebet ui per ctum frico: cum seco iunge necare.

Nulla supina creat mico dans micui. Datur aui:

Nonnullis. aui tantum dat suplico sicut

Omne plico verbum quod dat cum nomine iunctum.

¶ Hec septem verba / cubo / sono / crepo / domo / tono / veto / plico / faciunt per duas syllabas ui in preterito et itum in supino: vt cubo cubui cubitum. nexo facit nexui nexum. hec tria verba frico. seco neco faciunt ui. per duas syllabas in preterito et ctum precedente litera c ante t. in supino. vt frico ui: frictum: secui sectum. necui nectum. Mico micui facit absque supino. ¶ Quedam ex dictis: etiam dant aui in preterito. et similiter quod facile conijcitur atum in supino: vt increpo ui. vel increpaui. implico ui. vel aui implicitum vel implicatum sic dimico dimicui sine supino mico ui. vel dimicaui atum. At supplico solum facit supplicaui supplicatum: vt omne compositum a plico cum nomine vt duplico duplicaui duplicatum. Iam declarabo singula. ¶ Cubo. i. iaceo composita corripiunt penultimam nisi interponatur m. et si sunt tertie coniugationis. vt incubo vel incumbo etc. Ridenda est differentia barbarorum. Sanus eo cubitum: male sanus vado cubatum: Cubo itum facit et olim cubatum. vnde cubatio non cubitio dicimus. Plaut. in menech. teste Nebrissensi per aui accubaui dixit. Prandi po taui scortum accubaui. vulgo tamen litera habet accubui. Apulei. quoque vi. meta. Europem tauro supercubasse dixit. Hierony. in ezechiele cap. xviij. Quare mater tua leena inter leones cubauit. sic domatio tonatio etc. dicimus non domitio tonitio et contra domitus domitor etc. potius quam domatus domator etc. Author Valla. Tibullus contra aliorum vsum lib. iiij. ait. Te duce non alias conuersus terga domator: sed redeo ad cubo. ¶ Accubo vel accumbo. i. assideo vel adiaceo mense. Vergil. Tu das epulis accumbere diuum. Occubo vel occumbo. i. morior regit datiuum Vergil. Neque adhuc crudelibus occubat vmbris. Idem. Seu versare dolos seu certe occumbere morti ¶ Procumbo procubo. i. cado. Verg. Procumbit humi bos. capitur pro mori. Concubo vel concumbo. i. condormio. hinc concubina. Decubo vel decumbo. i. deorsum. cubo vel iaceo discumbo non discubo cibi capiendi gratia iaceo vel assideo. Recubo vel recumbo. i. cubo. Incubo vel incumbo. i. in aliquo vel super aliquid iaceo. Vergi. Incubuitque thoro dixitque nouissima verba. gallina incubat ouis. Incumbo etiam significat operam do vt incumbo virtuti. Excubo non excumbo. i. vigilo et diligenter custodio. hinc excubitor et excubie. Supercubo non supercumbo super aliquid cubo. Secubo vel secumbo. i. seorsum aut solus cubo Ouidius. Cur toties viduo secubat illa thoro: Succubo succubas in or hinc succubi sunt demones qui sub specie muliebri viris subijciuntur: vt incubui qui mulieres ineunt. ¶ Succumbo. i. subijcior et alicui subiungor. Vergi. Forsitan hinc vni potui succumbere culpe. ¶ Sono ui. itum. et rarissime aui. atum. Mani. libro. v. astronomico. Aura per extremas resonauit flebile ripas. Apu. v. me. Classicum personauit. Horatius.

Cubo. Cubaui. Domator. Accubo. Occubo. * Apulei. i met. Europam inquit. tauro supercubasse. Procubo. Concubo. Decubo. Discubo. Recubo. Incubo. Excubo. Supercubo Succubo.

Magna sonaturũ des nois huius honorẽ. Sonũ facere significat. Composita penul
timã corripiũt vt assono ad aliq̃d assono Persi. Reparabilis assonat echoo. Consono
simul sono aut cõcordo: dissono discordo. insono ⁊ ꝑsono valde sono. Resono sonum
reddo. Verg. Resonat clangoribus ether. ¶ Crepo ui. crepitum raro aui atum. i. vio
lentũ sonũ facio. Ouid. Et crepat in medijs laurus adusta focis. Cõcrepo idez. Te
ren. Ostiũ cõcrepuit. Etiam signa concordo: vt discrepo discordo: cuius ptm̃ in aui
fecit. Cice. in libro. iij. de oratore. Nihil sane ad rem pertinet si qua in re discrepauit
ab Antonij diuisione. ¶ Itẽ crepo frangor signat. nã qđ frangitur crepat. i. violẽter
sonat. Iudas crepuit medius Capitur etiã ꝓ defico. Plautus. Qui crepat defuncto
patre. ¶ Increpo sonũ facio. Ouid. Abnuit alcides increpuitq; lyra. Etiã cum cla
more arguo. Persius. Si increpuit cessas nugator. Increpauit bis legitur in. Plau
to teste mancinello. Crepit⁹ nomẽ quarte. i. violẽtus sonus ⁊ ꝓprie turpis sonus ve
tris. ¶ Domo. i. mansuetũ facio vt domo ceruũ. ⁊ vinco ⁊ domo hostẽ edomo perdo
mo: idem ⁊ penultimã corripit. Florus ꝑ regulam dixit. Copias eius domauerunt
¶ Tono valde tono vel facio tonitru. olim habuit tonaui atũ. vnde Hora. dixit. In
tonata fluctib⁹. Fit etiam tertie. Varro. Sonitus maris deũ tonimus tibi feminim
Cõposita penulti. corripiũt: vt intono ꝑtono valde tono: ꝯtono simul tono. Attono ad
aliq̃d tono. hinc attonit⁹. i. turbat⁹ quasi tonitru ꝑcussus. Vergil. Talibus attonitus
iussis. ¶ Veto vetui itũ. ⁊ aliq̃n aui. atũ. i. ꝓhibeo. Persius. Voto quisq; faxit oletum
Idẽ. annuere his superi vetuere: iouẽq; morant̃. Cice. Nã me ad formosa mater ac
cedere vetuit. Persius. Excepto si q̃d masuri rubrica vetauit. Scodrẽsis legit in an
tiquis vt ait. Excepto si quid masuri rubrica notauit: vtcunq; est veto etiam veta
ui habere mõstrat participium vetatus. Papi. iii. Thebai. Piger irrupisse volatus
Concilia ⁊ celo mentem insertasse vetati. ¶ Plico ui. icitum. ⁊ aliq̃n aui. atum. i. cõ
traho ⁊ rugas facio plicatilis qđ plicatur. Plini⁹. Egyptij naues plicatiles hũeris
trãsferunt quoties ad cataractas ventum est. Composita penulti. corripiunt. vt ap
plico. i. adiungo. Explico extendo ⁊ declaro. Implico inuoluo innecto. Vergili⁹. Im
plicuitq; comam leua. i. sinistra manu. Cicero. rhet. ij. Quod in itinere tam familia
riter se applicauerit. Pacuui⁹. Que te explicauisti taz erumnis obrupta. In Vitru
uio semper explicaui ⁊ atum. inuenio: ⁊ in Cicerone sepissime. ideo his quatuor ap
tuor applico implico complico explico non verebor per aui. ⁊ atuz. vti. Cicero in Pi
sonem. Criminibus infinitis implicata. in eundem. Familiaritate implicatus Sal
lustius. iiij. histo. Implicate naues ministeria ꝓhibebant. Replico Calepinus dicit
solum aui habere. vt multiplico ⁊ triplico. ⁊ supplico. i. rogo humiliter. manus sez
plicans. Ego credo etiam replicui replicitum recte dici licet non occurrat testimo
niũ. Papinius per syncopam replicte pro replicite dicit. iiij. syl. Non elychnia sicca
non replicte bulborũ tunice nec oua tantum. Sene. epist. xcvi. Recitator ingentem
hystoriã attendit minutissime scriptã arctissime plictam. ¶ Nexo nexas vel ꝑ ter
tiaz nexo nexis. i. ligo vel necto. ¶ Frico ui. frictũ aliq̃n etiã fricaui fricatũ quo iam
parce vti non erubescerẽ. Catullus in Egnatiũ. Et dens hibera defricat⁹ vrina. Ci
ce. xij. ad Atti. Que res forsitan sit refricatura vulnus meũ. Pli. li. viii. Pãtheras ꝑ
carnes affricatas a conito venant̃ barbari. Celsus lib. vj. Ante oleo ꝑfricat⁹. Itaq;
nõ male dixit Macer. Vrtice folijs reuocatur vulua fricata. Vitruui⁹ semꝑ perfri
cata ⁊ fricatura ⁊ fricatuz dixit hinc fricatio. Iuue. Si prurit frict⁹ ocelli Angulus.
hinc frictio recte đr. Celsus lib. j. In ipso quoq; itinere frequens frictio. Plini. lib.
xxiij. Frictiões ĩhibeat oculoꝝ. Cõposita habẽt penult. correptã. Affrico ad aliquid
frico cũ dtõ. Pli. morathro herbe sese affricat. Confrico: simul frico: defrico deorsum
frico. Infrico intus frico. Col. maxime ꝓ lerit fuligo ex aheno viceri infricata. Per
frico totũ frico. Col. lib. vij. Nares ꝑfricato vt hoies discãt odorari. Pli. in proemio
Perfricui faciẽ nec tñ ꝓfeci ꝑfricui faciẽ aut frontez. i. pudorem expuli. Refrico rur
sus frico vt refrico desideriuz aut dolorẽ. i. rursum acero ⁊ quasi reuoco. Seco secui
sectũ. Verg. j. geor. Via secta ꝑ ambas. fecit olim secaui secatum. Apule. j. meta. per
secata gula dixit. meli⁹ tamẽ sectio quã seditio dicitur teste Valla. Seco. i. scindo fin
do diuido ponitur pro transeo. Vergi. libr. vj. Ille viam secat ad naues socieq; reui
sit. Et prosequor Idem lib. x. Que cuiq; est fortuna hodie quam quisq; secat spem.
Sectio. i. concisio. etiam est pars bonorum qua aliquis multatur. Sector qui bona
damnatorum in auctionibus emit vt postea eadem vendens multũ lucretur. Com
posita penultimam corripiunt: vt deseco abscindo. disseco discindo au diuido reces

Crepo.
Discrepa- ui.
Increpo.
* Incre- paui.
Domo.
Tono.
Tono oliz tertie con- iugatiõis. fuit.
Veto.
Vetaui.
Vetatus.
Plico.
explicaui.
implicaui.
Nexo.
Frico.
Fricatuz.
nem singulorum per ordinem lucide docere. quod modo per dei gratiam faciam: quia pueris prodesse cupio. Fero sic coniugatur. Indicatiuo modo tempore presenti fero fers fert. Et pluraliter rimus. fertis runt. Ferebam &c. Tuli. tulisti &c. Tuleram &c. Feram es et. &c. Imperatiuo presenti fer ferat. Et pluraliter feramus ferte ferant. Futuro ferto tu et ille. Pluraliter feramus fertote ferunto. olim etiam feruntote. Opt. vtinam ferrem: et vtinam tulissem: vtinam feram as. Coniunc. cum feram as. cum ferrem &c. cum tulerim cum tulissem: cum tulero. Infi. presenti ferre. preterito tulisse. [illegible]tu. laturum esse. Gerundia ferendi do. dum. Supina latum latu. Participia ferens laturus. Passiuo genere indicatiuo modo feror ferris ferre fertur. Et pluraliter ferimur ferimini feruntur. Ferebar. latus sum vel fui. latus eram vel fueram. ferar fereris. Imperatiuo feror feratur. Et pluraliter feramur ferimini ferantur. Futu. fertor tu vel ille et pluraliter feramur feriminor feruntor. Opt. vtinam ferrer ferreris. vtinam latus essem vel fuissem. vtinam ferar aris. Coniunc. cum ferar &c. cum ferrer. cum latus sim vel fuerim. cum latus [illegible]essem vel fuissem: cum latus ero vel fuero. Infini. presenti ferri. preterito latum esse vel fuisse. Fut. latum iri. fero. i. porto. ferculum in quo aliquid portatur et cibus. Et patior seu tolero. Teren. Nam quem feret si patrem non fert suum? Et cupio. Oui. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Et dico &c. Affero attuli allatum. i. apporto. Aufero abstuli ablatum. i. tollo. Confero contuli collatum. i. comporto: vel dono vel comparo. differo distuli dilatum. i. protraho pendino. Luc. Semper nocuit differre paratis. Etiam significat dissipo. transfero transtuli translatum: et aliquando tralatum. i. transporto vel transpono Suffero sustuli sublatum. i. sustineo. Uerg. Nec claustra nec ipsi custodes sufferre valet. refero tuli vel retuli relatum. i. reporto vel reddo vel narro. Refert etiam. i. interest. Profero protuli prolatum. produco vel pronuncio. praefero ante fero. i. preponos. perfero vsque fero. defero deporto: vel accuso. Sue. Princeps qui delatores non castigat irritat. ¶ Sum omnium maxime irregulare est: et patet ex Donato. Preteritum fui habet ab antiquissimo verbo Fuo fuis. i. sum cuius adhuc aliqua reperiuntur apud Plau. et ipsum etiam Uer. vt eneid. xi. Tros rutulusue fuat nullo discrimine habebo. Plau. in amphi. Ne quisque tam audax fuat homo qui obuiam obsistat mihi. Idem in capt. Caueto mihi iratus fuat. secunda persona presentis singularis imperatiui est sis vel es: et in plurali sitis vel estis. aliquando site. Teren. Bono animo es. Uergilius. Huc ades o formose puer. Plau. in Curgi. Site mihi volentes propitie. Ibidem. Site causa mea Lydi barbari. Caret gerundijs et supinis licet in Donato mendose (vt opinor ponatur essendi do. dum. Ens in vsu doctorum non est a prius interdum recipitur potens nomen est. participia vero presens absens sic. Mancinel. Nihil tale a reliquis compositis est quia non dicimus prodens obens &c. Assum ades adest. Assumus adestis assunt aderam affui affueram adero. Imperatiuo asis vel ades &c. sic prosum des. dest. &c. Possum es. est. possumus potestis possunt. Poteram potui potueram potero &c. Ueteres dicebant potessum potessem &c. pro possum possem et potestur poteratur possetur pro potest poterat posset. Quadrigarius apud Marcellum. Quum non possetur discerni vtrius putaretur victoria. Cellius apud eundem. Cur iure sine periculo bellum geri poteratur. Comicum est siem sies siet sient pro sim sis sit &c. sic posses pro possis. Presum prefectus sum. veluti presum vrbi. Supersum i. resto. Intersum inter aliquos sum vel presens sum. Obsum noceo. prosum vtilitatem affero. Desum deficio absum et assum: contraria sunt. Assum aduenio. Uerg. Huc ades o Melibee. ¶ Fio. i. efficior: irregulariter fierem pro firem facit: et fieri pro firi. preteritum est factus sum vel fui. Presens imperatiui capit a futuro optatiui fias fiat: fiamus fiatis fiant: quia fi non dicitur a fite rarissime legitur: vt apud Catonem et fitote in Amphi. Plau. Fiens et fiendus barbara sunt. Ueteres fitur dixere: et facitur parum faciatur: et facessetur: et alia multa vt probat Priscia. que exoleuerunt. in reliquis fio per quartam coniugatur. ¶ Uolo ex Donato notum est. Imperatiuo caret quia voluntas libera est: tamen loco imperatiui aliquando futurum optatiui capimus. Teren. Queso edepol: quoniam non possit fieri id quod vis id velis quod possis sed hortatio potius est quam imperatio. Diomic. imperatiuo etiam dedit volito tote. que in vsu non sunt. Cicero in. ij. de natura deorum dixit. Quo facilius id quod docere volumus: pro velimus teste Nebussensi. Supino gerundijsque caret teste Phoca: licet iuniores ausi sint dicere volituz: voliturus. Composita similiter eunt. vt peruolo peruis peruult &c. i. valde volo. ¶ Malo mauis mauult: malumus mauultis malunt. malebam malui malueram malam es. et. Quint. lib. j. Qui grecam figuram sequi malet non latine sed citra reprehensionem loquetur. Imperatiuo caret. Opt. mallem maluissem malim. Coniunc. malim mallem maluerim maluissem maluero. Infini. malle maluisse. ceteris caret. Et significat magis volo: mauelim mauellem &c. Plau. in asina. Mori sese misere mauolet quam non perfectum reddat. Et in amphi. Experiri istuc mauellem me quam mihi memorarier

Coniugatio verbi fero.

Fero.

Composita a verbo fero.

Sum.

Fuo.

Uerg. Sis bonus o felix.

* Ens apud antiquos authores Priscia. in vsu fuit et eo necessitate coacti philosophi vtuntur. Seneca autho. Nebussem. in quadam epistola asseuerat.

Uolo.

* Diomedes (ait Nebussensis) in tanti imperatiui in secunda persona fac velis dicit totum plurali ponit peruolo.

Nolo.

¶ Nolo sil'r ɔiugat̃ excepto impatiuo. Nolo nõuis nõuult nolum⁹ nõuultis nolunt nolui nolueraʒ nolã es. Impatiuo tpe pñti ad scd̃am psonã noli: ⁊ pl'r nolite. Futuro ad scd̃am personã nolito: ⁊ pl'r nolitote Opt. nollẽ noluissem nolim. Coniũctiuo nolim nollem noluerim noluissem noluero. Infi. nolle noluisse: et significat non volo.

Eo. Queo. In bo futurum.

¶ Eo ⁊ queo p quartã ɔiugant̃ ⁊ nihil irregulariter h̃ñt nisi ibã q̃bã ibo q̃bo: ⁊ in q̃busdã tpibus a[...] psonis scd̃am vocalẽ p tertia: vt eo is it. pl'r imus itis eunt: ibam ibas ibat ⁊c. sed meli⁹ ibo. alia olim sil'r enũciauerũt: q: Verg. lenibat nutribat ⁊c. dicit pro leniebat ⁊c. Cecil. Audibis male si male dicis mihi. Propert. Lenibũt tacito vulnera nostra sono. Plau. in aulu. Testudineũ istum grãdibo gradũ. Imperati. eat eamus eũto eũtote: cetera recte. Opt. Futuro eam ⁊c. Coniunct. tpe pñti eã ⁊c. cetera recte. Gerũ. eũdi do dum. Sic queo ɔiugabit̃ oĩno: cu:⁹ gerũdia nõ inueni nec a veneo pticipia. ¶ Sultis comicũ est p si vultis: sis p si vis: ⁊ capsis p cape si vis: sodes p si audies: q̃bus comici ⁊ alij interdũ vtunt̃ ad vitandã arrogãtiã: q: supbũ foret maiorib⁹ impare: iõ addũt sis sodes sultis p si vis si vultis si audes vel si placet: vt videsis capesis apagesis causesis: dic sodes ⁊c. Persi. Videsis ne maiorũ tibi forte limina frigescãt. Donat⁹ vocat sis parelcon. i. adiectionẽ. Quidam dicũt sodes esse aduerbiũ hortãdi vel p̃cãdi. Prisc. v̈bũ esse vult. Indica. mõ tpe pñti ad scd̃am personã singularẽ sodes ceteris caret: sic scd̃a psona pñtis indicatiui sis. ⁊ pl'r sultis ceteris caret.

*Sis veteres pro si vis: et sultis p si vultis dixert.

Sis

Sultis

Capesis

Sodes.

Es in scd̃a psona imperatiui numeri singularis.

¶ Edo es est: ⁊ pl'r edimus editis edunt. Edebam edi ederam edam. Imperatiuo es: vel ede edat. pl'r edamus edite vel este edant. Futuro esto vel edito. pl'r edam⁹ estote vel editote edunto: vel eduntote. Opt. essem edissem edam. Coniuncti. edam essem ederim edissem edero. Infi. esse edisse esurũ esse. Gerũdia edendi edẽdo dum. Supina esum esu vel estum estu. Passiuũ regulare est nisi q̃ estur p editur etiã dicit̃. Cõposita eũt similiter: vt comedo comes comest ⁊c. Exedo exes exest. Verg. iiij. enei. Quid delubra iuuãt: est mollis flãma medullas. idem primo Geor. Ut mala culmos esset rubigo. Plautus in milite. es bibe p ede dixit: vt Nebrissensis notauit. Mart. Si vis esse satur nr̃m potes esse priapum. Ouidius. j. de põto. Estur vt occulta vitiata putredine nauis. Plaut. Sine modo veniat senex quem absentẽ comes. Idem. Tam facile vinces q̃ pyrum vulpes comest. Plini. Comesse fetus suibus non est pdigiũ. Tul. Egritudo lacerat ⁊ exest mẽtem. Luc. Aut latus altimontis adest. Cice. p Horten. Que sepe ipse comest. Et pro Sextio. Et bona solus comesset. Et pro L. Flacco. Quasi bona comesse Rome nõ liceret. Apud veteres edo omnino regulariter cõiugabatur teste Seruio in illud quinti eneid. Non media de gente phrygum exedisse nephandis. Ubi etiam dicit es a sum corripi ab edo produci. Hierony. in sacris quandoq̃ vetustissimos imitatur: vt quis plantat vineam ⁊ defructu eius nõ edit: vincenti dabo edere de ligno vite. Seruio cõcinit Diome. dicens: veteres declinabant edo edis edit. Veteres intellige qui longo tẽpore ante Cicero. fuerũt. Ergo melius dicemus comes comest: q̃ comedis comedit.

*Comes melius dicim⁹ q̃ comedis.

Ausim.

¶ Ausim. Indicatiuo vel optatiuo futuri temporis ausim is it. Et pl'r ausint: ceteris caret. i. audebo vel vtinam audeam. Liuius libr. j. Nec si sciam dicere ausim. Verg. in Geor. Ausim vel tenui vitem cõmittere sulco. i. ausus sim vel audebo teste Seruio. Festus. Ausis. i. audeas. Ouid. vj. meta. Et nihil est quod non inopino captus amore ausit. Catu. in epi. Quis huic deo compararier ausit.

Queso

¶ Queso. Indicatiuo modo tpe pñti ad primam personã queso. pl'r per eãdem personam quesumus irregulariter u pro i. i. rogo ⁊ rogamus. Cetera exoluerũt. Cice. in. j. de legi. Quamobrem aggredere quesum⁹. Sil. lib. xiiij. Non ardua regnis. Quesumus aut inhonora tuis. Politianus per i quesimus vt legimus dixit ⁊ significat rogo rogamus olim fuit integrum queso quesis quesiui quesitum vel quisum. Infinitiuo quesere apud Sallu. teste Phoca. Lucreti⁹ in. j. Ni diuum pacẽ votis adit ac prece quesit.

Forem

*Nusq̃ lectum est forem⁹ foretis.

¶ Forẽ. Opta. modo tpe pñti ⁊ ptõ imp̃fecto ⁊ coniũctiuo modo tempore preterito imperfecto vtinã vel quum forem es et. Et pluraliter forent. i. essem esses esset essent Infinitiuo futuro fore. i. futurum esse. ⁊ ita differt ab esse contra indoctos. Ceteris caret. Teren. Dixin hoc fore? Composita eunt eodem modo. afforẽ. id est adessem pro forem pdessem: sic reliqua per composita a sum declarantur. Verg. atq̃ vtinam rex ipse noto compulsus eodem. affo:et eneas. Cõfore simul fore. Terẽ. Chremes mihi exorãdus est ⁊ spero cõfore: defore: defuturum esse. Sillius. Promittitq̃ viris nulli se defore testem. Hor. Que nocuere sequar: fugiam que profore credam. Forem pro fuissem sumitur: sed rarissime teste Seruio: vt apud. Verg. viij. enei. Non equidem

extimui Danaū q̄d ductor ꝛ arcas. q̄q̄ a stirpe fores geminis coniunctus atridis. Fore videt̄ nōnunq̄ futuro iungi. Ci.lib.iij.epi.fa. ad Appiū pulchrū. Quasi diuinarem tali nō officio fore mihi aliq̄n expectendū studiū tuū: sed pōt hoc esse gerūdiuum: nō participiū. idem.lib.v.epi.ad atticū. Te ad me fore venturū: nescio an mēdum sit: nō ausim imitari ❡ Faxo indicatiui modi est futuri tp̄is ꝑ faciā. Uer.li.ix. Haud sibi cū Danais rem faxo ꝛ pube pelasga Esse putent. Idem. Ego federa faxo. Liui.lib.vj. Faxo me uiuet vox ista. Coniugat̄ aūt faxo is.it. ꝛ pl'r faxūt. Dicim⁹ etiam faxim is.it. ꝛ pl'r imus.itis.faxint. ꝑ faciā facias ꝛc. vel fecerim is. ꝛc. Faxim⁹ ponit Nebris. ꝛ est faxim optatiui modi futuri tp̄is ꝛ p̄ntis ꝯiunctiui. Liui.lib.vj. Quod faxitis deos velim fortunare.i.facietis. Ennius apud Cice.in libro de senectute. Nemo me lachrymis decoret nec funera faxit.i.faciat. Terē. in heau. Utinaʒ dij ita faxint. Plau. Uerbum caue faxis verbero. Idem in aulu. Lubens faxim.

*Fore ꝑticipio futuri tp̄is rarissime vel nunq̄ iungitur.
Faxim

❡ Cedo imperatiuo modo tp̄e p̄nti ad scdam personam cedo.i.dic vel da. ꝛ pl'r ad eandem personā cedite.i.dicite vel date: ceteris caret. Teren.in phor. Tu mihi argentum cedo. Plau. cedo marsupiū. Teren. Quid factū est cedo. Cedite apud Plautum reperies. pro hoc vetustissimi cete dixere teste Marcello. Ennius in Medea. saluete optima corpora: cete manus vestra: measq̄ accipite. inuenitur cedo cecidi: cedo cessi: ꝛ cedo defectiuum quod priorem corripit: itaq̄ differentia nota est.

*Cedo p̄ma breui dat mō dic significat. Plau. Homine: ideʒ q̄d sit cedo

❡ Ambest tertia persona presentis indicatiui. pro circum est: sola est.

Ambest.

❡ Inquio vel inquā.i.dico. Indicatiuo modo tp̄e p̄nti inquio inquis inquit. ꝛ pluraliter inquiūt. Preterito perfecto inquisti it. Futuro inq̄es ꝛc. Imperatiuo modo tempore p̄nti ad secundā ꝛ tertiā personā inque inquiat. Futuro optatiui inquiat Hec in vsu sunt reliqua olim lecta: inquimus inquitis inquā inq̄te inquirē ꝛc. inquiens ꝛc. iam pene oino exoleuerūt. Cic.li.ij.de ora. Aucupari v̄ba oportebit inq̄o: vt ea q̄ sunt frigidiora vitemus. Persi. Hoc iuuat hic inquis veto quisq̄ faxit oletū. Iuue. Quādo artibus inquit honestis. Ci.in Uer. Ubi sunt pamphile inquiunt scyphi. idem in.ij.de oratore. Tu vero inquisti molestus non eris. Inquies inquiet inquam apud Boetium frequenter occurrent. Inquam etiam significat dixi. Teren. in phor. Abs te emittere inuitū eam inque. Cice.in.iiij.ad Heren. Quid eīn tibi vis aliquis inquiat. Plau.in aulu. ita tu ij faxint inquito.i.dicito.

Inquio.
Inquam.

❡ Infit tertia persona presentis ꝛ preteriti perfecti indicatiui tantū est in vsu: licet Uarro infio dixit: ꝛ nonnulli infiunt. Uerg.xij ene. ita turbidus infit: id est dicere incipit. Plau. Infit lenoni suadere vt secum eat: id est incipit.

Infit.

❡ Aue. Imperatiuo modo ad secundā vndiq̄ personā Aue. ꝛ pluraliter auete. Futuro aueto: ꝛ pluraliter auetote. Infinitiuo modo tempore presenti auere. Sic coniugatur Salue vtrūq̄ est salutātis verbū: vt aue maria. salue regina. ꝛ d'r aue ab aueo aues.i.cupio: ꝛ pre nimia cupiditate gaudeo vt sit aue gaude ꝛ letare. nō autē dicit̄ ab a.i.sine: ꝛ interiectione veh vt putat cum reliquis barbaris Riga. Mart. Mane tibi pro me discit auere libet. Aduenienti dicimus aue vel salue vel ipsi aduenientes Recedentes vale dicimus: aliquando etiam salue vt vale ac salue mi Cicero. Mar. Iam satis est non vis apher auere Uale. Hora. Urbis amatorē fuscum saluere iubemus ruris amatores. Plautus. Salueo dixit pro saluus ꝛ sanus sum: in truculento. Salue satis est mihi tue salutis. nihil moror: nō salueo. Legitur etiaʒ in futuro saluebis. Cicero lib.vi. ad atti. Saluebis a meo Cicerone. Olim etiā lecta sunt salueat salueantq̄. ❡ Uale.i.sanus sis: integrum est quia valeo nihil aliud est q̄ sanus suʒ sic docent Tiberga/Clichtoueus pluresq̄. ꝛ recte q̄ a solo Alexandro ponitur inter ecliptica non a Prisciano/Diomede/Phoca/Donato ꝛc. Cic.lib.vj.ad atticum. valebis igitur ꝛ puelle salutem articulate dices. Ualetudinarius.i.raro sanus. Nō idem de aue dicendū est quia licet ex aueo deductum sit tñ ab illius significatione que proprie est aliquid cupio: longius recedit. ❡ Apage. Imperatiuo modo tempore presenti ad secundam personam apage. Et pl'r ad eandem personā apagete.i. adhuc remoue ab apo.i.ab ꝛ greco verbo ago.i. duco. multi dicunt aduerbium vel interiectionem esse mihi placet verbum esse quia accusatiuum post se regit. Apul. Apagesis iam cruentos deos. sis.i.si vis. Plautus. Apagesis amor tuas res tibi habe.i.remoue te hinc ꝛ recede. idem apage nescio q̄d viri sis.i.recede hoc est adhuc te. idem in amphi. Apage nō placet mihi hoc noctis esse.i.comesse. in eodem. Uah apage te a me dicit hoc amphitryo excandescens sosie: vbi apage verū est verbū.i. remoue aliena sequestra seiuga. vt in Cas. Apage te a dorso meo. et alibi. Apage

Aue.
Salue.
Salueo.
Uale.
Ualetudinarius.
Apage.

illum a me. Diomedes bene dicit apage in plurali habere vos apagete. Apuleius in lib. primo de asino. Apagete inquit fetorem extreme latrine. corripit autẽ apage pe. vt in ꝟsificatoria ,pbaui satis (vt opinor) bene: sed nihil ab omni parte btm̃. ideo licet plurima optime dixerim: tamen deprehendo me aliquãdo vt hominẽ errasse vt in dictione choragus cuius penultimã putaui corripi: qr eiusdem est deriuationis cum apage/pedagogus &c. est em̃ ductor & princeps choree & expense suppeditator: & chori conuiuiiq; magister: verũtamen contra primitiui naturã recte producetur. Sueto. in Augu. dicit versus ignoto ab authore in Augustũ editos quorum hic est primus. Quũ primũ istoꝝ cõduxit mensa choragum. itaq; bonus est versus. Diuorum posita fiet maiestate choragus. Non pudet nec pudebit vnq̃ si quid senserо me errasse reuocare. nec si possum differam. Nam quis scit an adiiciant hodierne crastina vite. Tempora dii superi. id si reliqui facere vellent pulchre se haberet lingua latina. ¶ Euge Imperatiuo modo tpe p̃nti ad scdam personã euge. ceteris caret. plurimi dicunt esse interiectionẽ assentientis & sponte sua ꝯgratulãtis. Persi. Euge poeta .i. bene age & cõfortare. in psal. Euge euge. viderũt oculi nostri. i. bene: teste Hiero. ¶ Aio. i. dico. Indicatiuo modo tpe presenti Aio ais ait. Et plr aiunt. Preterito imperfecto aiebam &c. integrũ est. Preterito pfecto aisti. Et plr aistis. Imperatiuo tempore presenti ad secundã personã ai. Futuro optatiui & presenti coniunctiui aias at. Et plr aiamus ant. participium est aiens. Cetera nõ sunt in vsu licet quidam ponant aiam aies aiet. pluraq;. Plau. in rud. vel tu mihi aias vel neges. idem. vel ai vel nega. Neuius. An nata est sponsa pregnans vel ai vel nega. Cice. de fi. bo. Quasi ego curem qd ille aiat aut neget. Gel. lib. xvi. Siue aias siue neges herebis in captione. Priscia. aimus dixit in libro. i. ꝯstruc. Diuus Augustinus. aisti dixit quodam in loco atq; aistis. Vos adiicientes in malo aistis. Sabellicus arbitratur legendũ esse apud Catullũ aite pro dicite. Apul. vi. meta. Sic aiens crystallo dedolatum vasculum tradidit. Cice. in topicis. Contraria aientibus inquit.

¶ Ouat. Phocas solũ ponit hanc tertiã personã: participiũ est ouans: reliqua parũ sunt in vsu licet quidam ponant ouo as. at. &c. sine eclipsi. si quid tamen apud elegantissimos oratores vel historicos vel poetas inueneris vtitor: & parce quidẽ raro inuentis vtendũ esse semper memento. Ouat. i. letatur & gaudiũ vociferando aut canendo demonstrat. Liuius lib. i. Romani ouantes ac gratulantes Horatiũ accipiunt. eo maiore cũ gaudio quo prope metũ res fuerat. Verg. i. geor. Et ouantes gutture corui. Ouatio paruus triumphus. de quo multa apud alios reperies.

¶ Amabo integrũ est qr ꝯiugat amo amas: nec est ,ppie interiectio licet interiectionis vel aduerbii officio fungat blandiendi regit em̃ post se actm̃ vt amo: et penultimam semper producit contra Philetticũ & plures. Cice. in. ii. epi. fa. Amabo te cura et cogita. sic Plau. persepe. ¶ Explicit. Et plr expliciunt. Alexãder ponit: que a doctioribus censent barbara. latini dicunt liber est explicitus aut finitur. Martialis in Apophoretis ꝟsibus explicitũ est omne duobus opus. ¶ Addũt eclipticis lucescit/ tiescit/ninguit/pluit: qr solas tertias personas in vsu habent. & impersonalia quia authore Phoca carẽt futuro imperatiui & gerundiis & participiis. plura videbis in Syntaxi. ¶ Si quis vellet oẽ antiquitatẽ diligenter perscrutari longe plura inueniret anomala & ecliptica: vt excessis: & irritassis: locassim: phibessis taxis danũt perdiunt: leuasso: duis: creduis: creduas: duit: supplicassis: negassis: adassint duas seruassis &c. p excedas /irrites/des/credas/dederit aut det /supplices/neges/locauero aut loce/phibeas/tãgas/dent/perdant/leuo aut leuabo/adigant/des serues Sine numero id genus. Alia sũt apud Plautũ & vetustissimos vt bitet pro veniat Plau. Dii seruassint. idem id iuppiter prohibessit. Terentius. Caue quoq; ex isthoc excessis loco. Varro. Caue ne meum taxis librum.

Choragus

Euge.

Aio.
* Pleriq; dicunt qd ait proprie de iis dicamus q̃ vana loquuntur. dixit de his qui vaniloqua. teren. Quem amicũ tuũ ais fuisse istũ explana mihi animo aliqñ affirmo ponit Terẽ. Ait aio. negat nego Ouat.
* Amabo blandiẽditor regit casum
Explicit.
Lucescit.
Perdiunt.
prohibescit Oui. in meta. Iunce tabe tua natorũ cecropis vnã

Dor furo for der fer vix vnq̃ suscipit vsus.

¶ Prime persone dor furo for der fer a fari non sunt in vsu teste Martiano capella id de simplicibus intellige: quia pessundor affor benedicimus.

Dic duc fac fer ais. sice non sic dicitur apte.

¶ Per apocopen dicimus dic duc fac fer pro dice duce face &c. sic predic adhuc benefac perfer. Composita autẽ a facio vbi a in i vertitur. nõ patiuntur apocopen quia perfice inifice dicimus non perfic &c. leges aliquando dice duce face. Terentius. Orandi

iam finē face. Idē. Me missum face. Verg. xi. Tu volnse amari volscorū edisse mani plis. pro edic teste Seruio. Plaut. Circunduce huc has edes. Ain pro ais ne. viden pro vides ne etc. etiā per apocopen effertur. Apocope qd sit patet in secūdo libro.

Face. Edice circunduce.

Syncopa diminuit de vi formata frequenter
Ni dissyllaba sint. Tamen inuenies bene nosti
Et sisti flasti flesti: sic plura notabis.

¶ Syncopa preteritis in vi syllabam desinentibus et inde formatis sepe contingit vt petij pro petiui. formasti pro formauisti: redūt pro rediuit etc. disyllaba rarius synco pantur. quia nosti pro nouisti. nasti pro nauisti. isti pro iuisti. tristi pro triuisti vix vsquam inuenies presertim extra compositionē quia commosti redisti vel redijsti intrasti et plura aliquando leges vt frequenter nosti scisti flasti flesti. Martialis. Nubere vis prisco nō miror paula sapisti. Horati. Unde tam bene me nosti. Terenti. Scisti vti foro. Terentius. Omnes congruūt. vnum cum noris: omnes noris. Idem. Ni cām nossem: crederem hunc verum loqui. Idē. Eho tu cōsobrinū tuum nō noras. Naso. flesti discedens hoc saltē parce negare. Inuenies etiam nesti cōsuesti etc. Sillius libro. vij. Qui memet finibus vnquam amorim ausonie. pro amouerim. sic Horatius con morit pro cōmouerit dixit. Cicero lib. vij. epistola. Fab. ad trebatiū. Nam vlabris ho noris mei causa vim maximā ranuculorum se cōmosse cōstabat. pro cōmouisse. Vergi. iiij. eneidos. Hircaneque admorunt hubera tigres: pro admouerūt. Fit etiam in alijs terminationibus preteritorum aliquando syncopa. sed raro et vix apud alios quam poetas: eneidos primo. Accesti scopulos pro accessisti. idem extinxem pro extinxissem et plura dixit Horati. euasti surpite surpuerat et plura. Naso abstit comici dixti intellexti etc. percusti immisti et alij vixet diuisse erepsem etc. solum poetica.

✳ Vergil. xi. ene. Uixet cui vitā deus aut fortuna de disset. idem iiij. eneid. Tu gnē extinxem me met super ipsa dedissez. Hora. Gnatis diuisse duobus pro diuisisse.

Preteritum signant et presens preteritiua
Sub voce hec: odi cepi noui meminique
Et pepigi: memini tote atque memento reponit.

¶ Hec quinque verba odi cepi noui memini pepigi sub voce preterita significāt pre sens et ptm̄ tam imperfectū quam perfectū: vt odi. i. odio habeo habebam aut habui sic cepi: incipio incipiebā vel incepi: sic dices de reliquis. Differūt itaque noui ecliptictū et noui a nosco: quia hoc solum ptm̄ significat illud presens et ptm̄. Noui annumerant istis Diomedes/ Phocas/ Sergius. Lancilotus reclamat. Phocas etiam pepigi adijcit licet alij a pango: alij a pago: alij a paciscor deriuent. vn̄ Seruius in. viij. eneid. Tentamenta tui pepigi: dicit paciscor ptm̄ facere pepigi vel pactus sum: vt placeo ui. vel placitus sum. Itaque pepigi eclipticum differet a pepigi ptō a pago vel paciscor: vt de noui diximus. Odi a quo verbo sit non satis liquet habet supinum osum hinc osor. i. contentor: vt osor vxoris: latinitatis: et participio osus. i. odio hn̄s. Plau. inimicos osa osum. exosus perosus valde osus qī exodi perodi pro valde odi olim dicebant. Vergi. Si nondum exosus ad vnum Troianos. Naso. Ille perosus opes syluas et rura colebat. hinc osurus participiū futuri tpis. Cicero in Lelio. Ut si vellet aliquando esset osurus. Inuenit verbū in sacris integrū odio odiui oditum quod apud Ethnicos rarissime leges. Cicero vsus est in libro de oratore dicēs. Aut audiat aut aut diligant. Seneca de virtutibus cardina. Neminem odias. Hiero. in ps. Odiui oēm viam iniquitatis. Ethnici sepius odi dicunt. Hora. Oderunt peccare boni vir tutis amore. Dicta verba solum hn̄t tempora a preterito formata vt odi oderam odisse oderim odissem odero: odisse. sic reliqua. Memini vltra alia habet in futuro imperatiui memento tu: mementote vos. Meminero odero etc. etiam hn̄t sensum futuri indicatiui. Memini. i. recordor vel recordatus sum facit participium meminens raro lectum Valle placet esse ab antiquo verbo meno Hinc mentum et mentio. Coepi cum oe diphthongo venit ab antiquo vbo coepio. i. incipio. Terē. in adel. Olfecissem quam ille quicquam coeperet. Plautus. in menechmis. Neque pugnas velitus coepio. Cat. Coepiā seditiosa vba loqui. supinū est coeptum: inde participium coeptus a. um. et

Discrimē inter noui a nosco et noui eclipticum.

Pepigi.

Odi. Osor. Osus. Exosus. Perosus. Osurus.

Memini. Meminēs Coepi. Coeptum.

nomen coeptum.i.initium. Ouidius. Dij coeptis aspirate meis. Dij coepta secun-
dent. A coepio oe in i breuez versa (q̄uis longam esse velit Nebrissensis) fit incipio
et quod idem significat occipio: incoepi occoepi incoeptum occoeptum. hinc frequen
tatiuum incoepto occoepto. Verg. Incipe Dameta &c. alij hec a capio deducunt.

Sunt neutropassiua solet: fit: fidit & audet:
Mereo cum gaudet: passiuum preteritum dant.
Ast vtrumq; volunt titubo: placeo: pateoq;
Suesco caret: iuro: prandet: nubit: miseretq;
Ceno: piget: tedet: pudet: & licet. addito poto.
Et libet mereor: pro quo mereo quoq; legi.

* Li Andro. apud Priscianū qm̄ audiui inquit pacem gauisi verba preteritū vocis actiue et passiue retinentia

Mereor.

Liceor.

Solens

* Negat Nebrissensis solēs reperiri: sed tm̄ solitus

Insolens.

Fio.

Fido.

audeo.

Mereo.

Gaudeo.

Titubo.

Iuro.

Iuror.

¶ Verbuz neutropassiuum est qd̄ desinēs in o facit ptm̄ ac si desineret in or: vt soleo solitus suz: fio factus suz: fido fisus sum: audeo ausus sum: mereo mestus sum: gaudeo gauisus sum. olim dicebant in preterito solui fiui ausi merui gauisi & plura iam penitus exoleta. Sallusti. & Solinus solui dixere. Tu solitus sum dicito. Quedam retinent vtrumq; ptm̄ actiue & passiue vocis. vt titubo titubaui vel titubatus sum: placeo placui & placitussum: careo carui & cassussum: iuro iuraui & iuratussum prādeo prandi & pransussum: nubo nupsi & nupta sum: miseret miserui & misertum est qr tesum non est in vsu: pertedet ptęduit & pertesum est pudet puduit & puditū est Licet licuit & licitū est: poto potaui & potus sum: libet libuit & libituz est: mereor merui & meritussum. dicit pro eodē aliqñ mereo. ¶ Mereor tm̄ non neutropassiuū vocatur: sed neutrūpassiuū: teste Phoca: qr quū in or declinat: facit etiam ptm̄ ac si desineret in o qualia sunt teste Gellio lib.ij.ca.xxv. Diuertor diuerti: lauor laui: astringor astrinxi: extergor extersi quibus alij iungūt opperior opperui: paciscor pepigi: liceor licui: de quo Vbo in Syntaxi plura dixi. Cice.lib.xij.ad atti. de drusi hortis. quanti licuisse tu scribis ego id quoq; audierā. Liceor.i.preciū defero. Impersonalia miseret piget &c. in Syntaxi declarant. Soleo participiū facit solens: soliturus non legi. Plautus in amphi. Si dixero mendaciū: solens meo more fecero.i. vt soleo. Vox est vt ait Baptista pius nitida & eloquētissima nec minus ppria q̄ insolens.i.non solens. Terē. in andria. Quid tu athenis insolēs. dr etiā insolens consuetudine impudens ac petulās. hinc insolesco.i. petulās fio. Sallusti. Animus malarum artiuz insolēs Puerilis anim⁹ per licentiā insolescit. Insolitus nomē.i.nō solitus. Sallus. Talibus viris nō erat labor insolitus. Fio quarte est. Horat. Lenior & melior fis accedēte senecta. Fido fiduciā & spem habeo. Verg. Fidite ne pedibus. Cōfido idem. diffido nō fido. Fidus cui fidēdū est. Petrarcha. Fidus auaritie nūq; cōtingit amicus. Infidus penul. lōga.i.nō fidus. Perfidus penul. breui. a fides qui fidem violat Cōfidentia.i.audacia. ¶ Audeo sum audax. Paulus. In quo quis audet & ego. Mereo mestus sum per ae vel oe diphthongō.i.lugeo & tristor. mereor mestitia id est luctus tristitia. ¶ Gaudeo letor. Propheta. Nō est gaudere impijs dicit dñs. ¶ Titubo.i.lingua vel pedibus vacillo nec insistere queo. Quinti. Iugulasti vulneratuz: titubantez strauisti. Ouid. Haud aliter titubat q̄ si mera vina bibisset ¶ Iuro iuramētū facio aut presto. Cice. ad Heren. Iuratus fuerat.i.iurauit. capit etiaz passiue. Vergil.ij.geor. Aut cōiuratio descēdēs dacus ab istro. Inuenit etiā passiuum iuror. Luca.in.v. Et lete iurant aues bubone sinistro. Stat.vij.theba. Numina captiuis etiā iurabere thebis. Iniuratus qui nō iurauit. Cōposita p ducūt. penul. vt coniuro simul iuro: cōspiro: cōiurator.i. cōspirator. deiuro periuro exiuro.i. vehementer iuro Plau. in amphi. Exiurasti mihi dicere per iocū: preiuro ante alios iuro. Eiuro.i.iuro nō posse prestari qd̄ desideratur. Plaut⁹. eiurauit militiam. Duo mutant ii in e breue. Deiero peiero. deiero.i. valde & sancte iuro vel libere iuro vt Ionathas deierauit. Dauid eo q diligeret eum. Peiero.i. falso & animo fallendi iuro vel iuramentuz infringo. Plautus in asinaria. Si quid fecit scelestę pro illa lingua peierat periurus qui peierat periuriū falsum iuramentum.

Deiero.

Peiero.

Mereor.

¶ Mereor aliquid facio quāobrez dignus sum habere. Ouid. libro. iiij. meta. Quo

merui penā solus: digessit in oēs. Optime de nobis merit⁹ es. Commere.i.mereor: sepius in malū capit. Teren. Quid feci aut cōmerui pater? idē. Nunq̄ sciens cōmerui vt ista caperet odiū mei. Demereor concilio ⁊ in amicitiā iungo. Quinti. Ut pleniore obsequio demererer amātissimos mei ꝓ mereor legitur mereo. Plautus. Tu meruisti ⁊ adhuc meres. idē. Nunq̄ ego illi possum grām referre vt meritus est de me ergo merui a mereo videt esse: meritus sum a mereor. Mereo etiā est militare. Luca. Ere merēt paruo dicimus etiam mereo era pro lucro. Horati. Hic meret era liber sosijs. Ouidi⁹. Jussit ⁊ in castris era merere suis. Emeritus qui pro senio amplius nō meret aut rude donatus est. Neoterici barbare capiunt demereo demeritū ꝓ malefacio ⁊ crimen. Poto aui. vel pot⁹ sum: adijcitur dictis a Gel.li.ij.ca.xxv.

Passiue signant: sub o vapulo: veneo: fio:

Exulo cum nubo: liceo quibus addimus apte

Uerbū neutrū passiuū est qd in o desinens passiue significat: vt sex hic posita vapulo.i.pcutior. Plau. Uide sis q̄ mox vapulare vis nisi actutū hinc abis. Actutum i.mox. Fio deficio. Uerg. Lac mihi nō estate nouum nō frigore defit. confido.i.fio. at suffio media breui suffiui suffitum.i.fumigo: nihil cōe habet cū fio. Uergil. At suffire thymo cerasq̄ rescindere inanes. Quis dubitet. Ueneo vendor veteres veneor dixere. Plau. apud Diomedē. Ego ne illi venear. Titianus apud eundē. Jllud meli⁹ emitur quā veneatur. Exulo exul fio ⁊ patria expellor. Liceo estimor. Diome. Licet mihi.i.potestatem habeo: ⁊ liceo es. dicimus quum ad precium referimus.i.liceo denarijs totidem. Nubo viro trador.

Abundantia ⁊ primo verba communia

Hec ⁊ plura leges communia. largior hortor

Osculor experior stipulor moror hospitor atq̄

Criminor amplector veneror cum dignor adulor

Obliuiscor eris interpretor addito solor.

Uerbū abundans est qd sub vna voce actiue ⁊ passiue significat vt verbū cōe: veluti largior hortor ⁊c. Aut quū idē est diuersarū cōiugationum vt lauo as. vel lauo is. aut cū aliqua in ptis supinis ve coincidūt vt mulceo ⁊ mulgeo mulsi mulsū. Aut cū idē multiplex ptitū aut supinū hʒ vt sapio sapui vel sapiui. horū multa ex dictis satis patēt vt lauo qd etiā tertie esse ante ꝓbauimus. Uerg. iij. ene. Fluidum lauit inde cruorē. Jn. x. Lauit improba teter Ora cruor. Arto as. vel arto tis. sono as. vel is. oleo vl olo ⁊c. albo actiuū: albeo neutrū: sic duro dureo: liquo liqueo. Neo nes ⁊ ꝓ eodem neo neis neit. veteres dixere. Tibu. Aut si fata negāt reditū tristesq̄ sorores Stamina q̄ ducūt queq̄ futura neūt. Sūt q̄ cū ꝯiugatione mutāt significatione quoq̄ nōnulla declarauim⁹ vt mādo ꝯpello appello. Fūdo as.i. fūdamētū facio fundo is. spergo ⁊c. Dico as. cōsecro. dico cis loquor. Uolo as. vt aues. volo vis cupio ⁊c. Lego as. legatum mitto vel in testamento do. lego is. patuit. Sero as. claudo. sero is semino vel planto. Educo as penul. breui.i.nutrio. Educo is penulti. longa extra duco. Talia diligēs pceptor p se plura inueniet: nos receptui canim⁹ paululum tantum de cōmunibus dicturi. Uerbū cōmune est qd in or desinens: actiue ⁊ passiue significat vt largior giris.i.tribuo aut tribuor: hinc dilargior elargior. idem. Hortor aris.i. incito admoneo vel incitor admoneor: vt hortor canem in cuniculum. adhortor.i. valde hortor. dehortor.i. dissuadeo. Osculor osculū do vel accipio. Exosculor.i. valde osculor laudo ⁊ amplexor. Experior tento vel tentor. Terent. Oia prius experiri vbis q̄ armis sapientē decet. Expert⁹ qui ꝓbauit. Stipulor.i.rogo vel rogor in obligatione cōtrahēda: hinc astipulor ꝓ assentio instipulor.i. stipulor: restipulor.i. ꝯtra sponsionē pecunie obligo. Moror in mora teneo vel teneor expecto vl or. Quis te morat⁹ est? Mulier a muliere facile morat demoror remoror valde ⁊ iterū moror. Jmmoror i aliquo moror. vt q̄d multis immoror verbis. Et pēdo curoq̄ moror significat vt Plau. Nihil moror dotes istas dapsiles. sat dotata ꝟgo si bona est. Et habito: vt moror Gandaui. Hospitor suscipio vel suscipior hospitio. Criminor .i. accuso vel accusor. Crimē accusatio vel peccatum.

Uapulo. Defio. Ueneo. Exulo. Liceo.

* Nubo actiue accipi Sipōti. affirmat ꝓ eo qd est viro tradere vñ non modo mulier q̄ viro tradebat nupta sed etiam vir cui tradebatur nuptus dici solebat. Plaut⁹ lʒ etiam carinum quod agat scire nouum nuptum.

Lauo. Sono sonis. Neo.

* Actiue clamor et gemitum. tēplū resonit. Enni⁹ sonitu frāguntur haste madet tera sanguine.

Largior. Hortor. Osculor. Experior. Stipulor. Moror. Hospitor. Criminor.

amplector Dignor. * Digno pro eo quod est dignum putor veteres dixere. Pacu. qui deos inferos quibus celestes digne honoribus. Frequentius tamen in usu est dignor deponensque digno actiuum Cotemplo Cotemplor.

¶ Amplector circundo vel or. Et accipio vel or. Seneca. Mala pro bonis amplecti dementia est. Ueneror .i. honoro vel honoror. hinc venerandus venerabilis veneratio. ¶ Dignor dignum iudico vel iudicor. Vergi. Non equidem tali me dignor honore. Idem coniugio Anchisa veneris dignate superbo: id est digne habite teste Seruio Adulo commune esse in Syntaxi ostendimus. ¶ Interpretor declaro vel declaror: vt interpretor Uergilium .a Pio interpretatur Plautus. ¶ Obliuiscor rarius passiue capitur. Auson⁹. Quam oblita mihi tot carmina. ¶ Solor et consolor .i. consolationem do vel accipio. hic me consolor. In euangelio. hic consolatur tu vero cruciaris. Gellius lib. xv. cap. xiij. ostendit communia esse vtor vereor hortor consolor testor dignor confiteor. longe plura ponit cum aliis Priscia. vt auxilior medeor tutor tueor conspicor despicor metior aspernor miror confector carnificor consequor assector assequor adminiculor auguror dominor architector abominor aggredior machinor furor venor frustor arbitror reor metor adorior blandior calumnior argumentor execror complector vociferor amplexor demolior fari velicor depeculor adipiscor polliceor exordior patior et plura que a Priscia. et Nestore probatur. Id etiam notandum est: multa verba communia et deponentia olim abiecta r in o etiam desiisse. Cice. lib. xv. ad Attic. Te vt a me discesseris: lachrymasse moleste ferebam. Tam frequens est lachrymo vt eo non minus libenterque lachrymor vterer. Titinnius. Laudo et osculaui pri⁹ ingne caput. Ennius. Contempla et templum. Ceteris ad leuam aspice: sic mino aduso desolo etc. a Marcello Priscianoque et pluribus pulchre declarata.

¶ Grammatice Despauteriane liber septimus.

¶ De verborum formis.

PRecipuas verbi formas cognosce quaternas.

¶ Forme verborum principales sunt quatuor: perfecta vt lego: meditatiua vt lecturio: frequentatiua vt lectito: inchoatiua vt feruesco calesco. Priscianus ponit plures formas minus principales. Desideratiuam vt viso capesso facesso .i. cupio videre capere facere. hoc dictum reprobat Ualla quia viso non cupio videre: sed eo ad videndum significat: sic capesso etc. Diminutiuam vt garrulo modicum garryo: sorbillo parum sorbeo. Cauillo aliquantulum caluo dic etiam cauillor: pitisso modicum bibo. Sunt item quedam apparatiua dicta vt albico .i. albeo fodico fodio. nutrico nutrio. vellico vello aut carpo. Mantua. Albicat intactum niueo velamine corpus. Sunt et illa imitatiua patrisso. grecisso atricisso et sila .i. imitor patrem/Grecos/Atticos. Plautus. Id tu ne miraris si patrissat filius. Poetor aris. philosophor aris .i. operam do poetis et philosophis: aut hos imitor. grecor et pergrecor .i. more grecorum indulgeo genio. Fiunt quoque verba a nominibus et aduerbiis vt lignor frumentor perendino etc. que non habent certam formationis rationem. ideo reliquis omissis solum de frequentatiuis que etiam iteratiua dicuntur: et inchoatiuis: vel inceptiuis meditatiuisque dicemus.

diminutiua forma.

Nebris. denominatiuam vocat que hic imitatiuam.

¶ De frequentatiuis seu iteratiuis.

Sic iteratiuum formes: ito fiat ab atum.

U per o mutabunt bene cetera verba supini.

Si fuit or: manet or. Sunt cuncta frequentia prime.

Pretereunt legem nato querito fundito scitor

Sciscor atque agito sector loquito et pauitoque.

Perscrutando libros doctorum plura notabis.

*Formatio verborum frequentatiuorum

¶ Uerbum frequentatiuum vel (vt Diomedi placet) iteratiuum est quod assiduam vel potius frequentem in agendo vim habet et frequenter agendo iterat affectum vt salto clamito. Formatur autem dupliciter primo a verbis prime coniugationis habentibus in supinis atum. pen. longa mutando a longam in i breuem: et u vel um: in o. vt imperatum vel imperatu imperito. clamatum clamito. volatum volito etc. Reliqua frequentatiua formant a supino mutando um vel u in o vt cursum vel cursu curso cursas: saltum salto: dormitum dormito as. Tueor tantum tutor tutaris: quia ex verbis in or fiunt frequentatiua in or veluti mino:

minatū minitor. Formant̄ ɔtra regulā quedā. no natū: nato as. penul. bre. do autē datū qꝛ priorē corripit recte facit dato as. Cecilius apud Gel. lib. ij. Aduení ac sedi. Extēplo suauiū datat. Persi. Hoc natat in labris. Hinc annato innato enato peñ. bre. Quero quesitū q̄rito penul. bre. facit ꝓ quesito penul. long. sed hoc quoqꝫ latine dici volunt nō a quero: sed a quese. Querito. i. instanter quero. Et ꝓprie de his dꝛ q̄ quotidie inquirendo vix victū inueniūt: vt inquit Donatus. Terē. in adel. Lana a tela victū queritās. Plau. Qui inops ꝛ sordidus queritādo alit familiā. i. ostiatim querendo victū qḋ mēdici faciūt qui ꝛ rogatores dñr. Plau. Ut rogator ostiatim petam panē. Fundo fundito as. i. sepe fundo aut fundo qꝛ frequētatiua ꝓ p̄mitiuis plerūqꝫ eleganter locantur. Plau. in amph. Cū cruciatu tuo isthec hodie verna verba funditas. i. fundis effutis loqueris. Scio scitum scitor. i. interrogo vel inuestigo que occulta magis ac secretiora sunt. Uerg. Suspensi eurypylū scitatū oracula Phebi mittimus. Hora. Scitari liber ex ipo. Scisco facit sciscitor aris. i. scitor: ꝛ est magis in vsu q̄ scitor. Plau. in cap. Secede huc: nā sunt q̄ ex te solo sciscitari volo. Teren. Quicquid est libet hinc sciscitari. Ago agito facit vt ɔpositū eius cogo cogito. i. rem frequenter ad memoriā duco. vel cogo. Uerg. ij. geor. Ipse dies agitat festos. Hinc cōponitur exagito subagito. Legito aūt frāgito: tangito as. pangito as. apud solos grāmaticos inueni. ideo vt nihili verba omisi nō docens a secūda persona presentis abiecta s ꝛ addita to: facere frequētatiuū vbi preteritū in gi desinit. vt lego legito ꝛc. qꝛ in frequētatiuis vix alijs q̄ inuentis vtemur nisi forsan in pulchro opere: ideo amito as. nollet dicere Nebrissensis: nec mihi placēt hec ꝛ similia nisi authoritate ꝓbent̄. Arito vacito errito creico castigito riso valiso ꝛc. Itaqꝫ he regule de frequentatiuis nō sunt catholice: qꝛ semꝑ authoritate opus est que vbi adest recte vteris frequentatiuis qualia sunt apud Gelliū. hec ꝛ multo plura defensito rasito ito esito victito solito aduento defenso surrectito obseruito ventito molitor rñsito vectito diuersitor appellito accessito portito ꝛc. Tacitus. Mansitasse vna cū vincebatur. A secor fit sector sectaris. ꝓ secutor i. ɔtinue sequor. insector vehementer sequor insequor vel persequor. Loquor loquitor. Gel. lib. i. Supra modū loquitans cōturbabat. Paueo facit pauito as. licet careat supino: nisi id olim fuerit pauitū. ꝛ significat valde paueo. Teren. in ecy. Uxorē Phylomenā pauitare nesciat quid dixerunt. i. laborare ex frigoribus vt exponit Ser. nā est reciproca translatio: ꝛ timor ꝓ frigore ꝛ frigus ꝓ timore ponit̄. Uerg. Extēplo Henee soluunt̄ frigore mēbra. Si q̄s doctissimoꝝ scripta ꝑscrutet̄. plura notabit. nā pasco pascito facit: ꝓ pasto as. Uarro. Nūc feras q̄ in syluestribus locis pascitant: cicures q̄ cultis. Nosco facit noscito. Plaut. in cistel. Nūc vestigia siqua sunt noscitabo. Et noto notas priore bre. pro ɔsidero signo taxo: ꝛ potius a tota esse videtur q̄ a nosco. Cōposita penul. bre. sunt annoto denoto ꝛc. Nunc ad recte formata redeo. Increpo increpito. Sillius lib. i. Fessosqꝫ labore ministros Increpitat. Sic leges singulto subiecto adiecto aspecto ꝑspecto respecto inspecto vso rogito imperito abiecto reiecto cōiecto dormito adiuto. Teren. Amabo adiuta me. Gellius adulescens ego quū ad grāmaticos itarem. Silli⁹. lib. iij. Breuitasqꝫ vetat mutabilis hore prolatare diē. a profero est. Sta. vi. Thebaidos Responsant flebile thebe. Et. i. sylu. Fallax responsat imago. Horatius capit ꝓ resistere. Responsare cupidinibus contēnere honores. Omnia frequētatiua sunt p̄me cōiugationis: tamē a neo fecit Statius teste Calderino neto netis tertie. vt. i. sylua. Netite nemo modū transmissi cōputet eui. Idem quarto sylua. Cunqꝫ tibi vagitet tertius infans. Idem. Defensasqꝫ patrē. Cice. in. vij. episto. fab. Si foris cenitarem. Sallustius in Catilina. Exercitum in Asiam ductauerat. Uergili. Fluuio mersare salubri. Muto facit mutito. de quo verbo pulchra videbis in annotationibus Beroaldinis. A pendo fit penso ꝛ pensiculo. i. cogito ꝛ considero. a penso pensas pensatum. rursum fit pensito: vbi notabis ex frequentatiuis parum aut canoris aut vsitatis sepe fieri. alia frequentatiua: vt a supino lectum lectu: fit lecto qḋ raro reperitur. hinc lectito: sic a frequētatiuis vix repertis facto luso acto viso as. scripto sesso ꝛc. dicimus factito lusito actito visito scriptito sessito ꝛc. sic esito cursito: licet curso cursas in vsu sit. sic surrectito defensito ꝛc. Hora. Ad quartā iaceo post hanc vagor aut ego lecto. Idem. ij. sermo. Ueluti succinctus cursitat hospes. Mart. Cogit me titus actitare causas. Differunt tamen dicto ꝛ dictito: nā dictitare est sepe dicere. dicto dictas: id est prelego. vt alius scribat. ꝛ suggero: vt ratio dictat. Paracletus dictat vatibus. Hiero. Dictamus hec nō scribimus currente notarioꝝ articulo. Pliñ.

Quesito.
* A q̄ro debuit esse quesito penul. lō. ꝛ dicimus q̄rito pe. bre.

Fundito.

Sciscitor.
* Ab ago dicim⁹ actito nō acto. Mart. Cogit me Tit⁹ actitare causas: ab ago etiā dicimus agito.

Mansito.

Neto.
* Occurso frequentatiuū ab occurro. Uergi. Occursare capꝛoꝝ̄ ferit ille caueto

* Dictito frequenter dicere. Hora. ij. epist. Dictitet albano musas in monte locutas.

in epist. O sylua/o littus: quā multa cōponitis/ꝙ̄mu ta dictatis. Boetius. Ecce mihi lacere dictant scribēda camene. Dictatū est ꝙ magister pueris dictat: ⁊ ad alia per metaphorā trāsfert. nā impatoris ⁊ cuiusq̄ artificis ꝑcepta nōnūq̄ dictata dr̄. Iuue. Peragit dictata magistri Oia. vulgus male capit dictare ꝓ cōponere. Dicto recte frequentatiuū dr̄: q̄r dictās sepe idē dicit ⁊ iterat nō notarius inepte scribat. Dictamē Calepinus ponit: ego apud veteres nusq̄ legi. Sūt q̄ a significatione frequētatiua deficiūt: vt capto nō est frequēter capio: sed capere cupio. Marti. Dū me captares mittebas munera nobis. Uēdito cupio vēdere vel sedeo ad vendendū: vt hic venditat libros. ¶ Frequentatiuum aliqñ significat diminutionē: vt dormito. i. paulū ⁊ ꝓfunde dormio: sȝ per interualla. ⁊ id frequēter ɔtingere pōt: sȝ semꝑ paululū. Hora. Qñq̄ bon⁹ dormitat Homerus. Et in ps. Ecce nō dormitabit neq̄ dormiet. Et alibi. Dormitauerūt oēs: ⁊ dormierūt. Et scriptitare est nō totā rem simul scribere: sed per interualla ⁊ per partes diuersis tꝑibus scribere ꝙ̄q̄ aliqñ scriptito simpl'r pro scribo capiat. Cice. lib. vij. ad atticū. Et hec ⁊ si quid aliud ad me scribas velim vel potius scriptites. hic manifeste ōnditur dr̄ia inter scribo ⁊ scriptito.

Capto. * Capto nō significat frequēter capio: sȝ obseq̄is ⁊ illecebris aliquid venor. Mart. Capto tuā putet heu: sed capto maxime generatu captas al'siā sumus ergo pares.

¶ De inceptiuis seu inchoatiuis.

Presentis primiq̄ modi coniunge secunde
Persone si vis verba inceptiua creare.
Sic ferues feruesco facit. Sed tollitur hisco.

¶ Uerbū inchoatiue vel inceptiue forme est q̄ð cōtinuū incrementū passionis innate significat. ⁊ a Ualla augmentatiuū appellat̄ ⁊ ꝓprie tn̄ fit a neutris scd̄e cōiugationis addendo secunde persone p̄ntis indicatiui singularis numeri syllabā co. vt tepeo tepes tepesco. i. in horas magis tepefio. calesco. i. fio calidus: sic egresco albesco feruesco ardesco madesco ⁊c. Quorūdā primitiua in vsu nō sunt: vt ignesco sanesco herbesco liquesco iuuenesco senesco ⁊c. que sunt ex obsoletis verbis. igneo id est ignitus ⁊ ardens sum ⁊c. Fortesco ab exoleto forteo fortes. i. fortis fio. Caluesco caluus fio. canesco canus fio. sordesco sordidus fio. sic pinguesco/macresco. Hora. Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Hec oia licet recte augmentatiua dicātur: tamen nō inepte appellātur inchoatiua. nā qui calescit incipit aliquid caloris acquirere: licet nō penitus incipiat iam primū calere. ita declarato in reliquis. Que sūt in sco desinentia formātur ab alijs verbis ꝙ̄ a neutris scd̄e: nō ꝓprie dicenda sunt inchoatiua: sed inchoatiuis formatione similia: vulgo tn̄ etiā inchoatiua dr̄. vt p̄sentisco. i. p̄sentio. Cōcupisco. i. cupio. pertimesco ꝑtimeo. edormisco odormio. Plau. Edormiscā hanc crapulā quā potaui preter animi sententiā. precisco precio. Uergi. Corda licet longe precistere. repuerasco. i. rursus puerasco. i. fio puer. Plau. siunt solere senes repuerascere. veterasco. i. vetustesco: hoc est vetus fio. Inueterasco valde in ɔsuetudinem venio. Nigidius inter hec putauit hoc esse discriminis ꝙ que vetustate deteriora fiunt vetustescere dicant̄: veterascere que meliora. ⁊ ꝙ̄q̄ hec differentie interim ɔfundat̄: tamen venuste aliqñ seruabit̄. Politianus in prefatione miscel. Si mō hec ipsa nō vetustescere adhuc: sed veterascere de integro possint. Adauresco auribus morē gero. Phileticus. Tenendū est vt verba adaurescāt. Uiuisco viuo: labasco labo/cado/deficio. Teren. Huic labascit vno verbo victus. Amasco pro amo vetustissimi dixere: teste Diomede. Hinc amascus. i. amator. Plau. Iucūcundos amascos. Hoc quoq̄ pene obsoletū est. Integrasco. i. integror. Teren. Hoc malū integrascit. Hec in sco omnia sunt tertie declinationis: nec ꝑterita aut supina habent nisi a primitiuis. ꝙ̄q̄ nōnihil aliter significant preterita. vt primitiuorum sunt ꝙ̄ vt quū inchoatiuorū fiunt. nā calui a caleo significat calidus fui: calui a calesco. i. calidus factus sum ⁊ maiorē calorē nactus sum: vt ostendit Lauren. Ualla.

¶ Unū format irregulariter hisco ab hio hias: q̄r regula poscit hiasco. Et est hiscere ꝓprie oscitare. Item os ad loquendū aperire. Plau. ne hiscere quidem audet. Et miror dubitove. Aeuius hiscit dubius est quid agas. Et patefieri. Oui. Hiscere nāq̄ tibi terra neganda foret. Hinc dehisco. Uerg. O quē satis ima dehiscat terra mihi. i. deorsum patefiat vt me absorbeat. ¶ Fathisco cum aspiratione. i. abundanter aperior quasi affatim hisco. Ambro. li. hex. Plerūq̄ terra meridiane plage torret̄ ar

* Huius forme v̄ba q̄dam sunt quorꝫ p̄mitiua in vsu non sunt.

edormisco.

integrasco.

Hisco.

Fathisco.

doribus atque esu soluta fatiscit in puluerem miserandi agricole labore consumpto Fatisco sine aspiratione: id est deficio aut fatigor. Statius. Brachia iampridem cyclopum operosa fatiscunt. Item hisco. i. loquor sed proprie summisse et timide. Titus Liuius. Tantus pauor mulierem cepit vt diu hiscere nõ posset. Uerg. Uix pauca furenti. Subijcio et raris turbatus vocibus hisco. Ab hio etiam fit hiato frequentatiuum pro aperior scindorve irregulariter: quia hijto regula poscit. Plautus. Si qua forte concio est vbi cum hiatare nondum mentem venit. Cneus Atticus libr. xx. iliados. Ille hiatans herbam moribundo sustulit ore. Laberius passiue dixit feres hiatantur pro hiatant. i. patent: vt Diomedes ait. Quo teste etiam dicimus per secundam vocalem hieto hietas. Cecilius. Sequere me tu qui mihi oscitans hietansque restas.

Fatisco

Hiato. Hieto. Esurio.

*A misereo verbo quo vtebãtur veteres dicim⁹ miseresco hoc est misericordia amoueor. Uerg. His lachrymis vitã dam⁹ et miserescimus vltro.

¶ De meditatiuis que et desideratiua.

In meditatiuis quod in u fit iunge supino.
U semper breuians rio. sic dabit esurit esu.

¶ Meditatiuum verbum quod primitiuo significat cupio: vt esurio esse cupio: etiam significat famem patior. Iuuena. de stat. Esurit intactam paridi nisi vendat agauen. hinc esuries esuritio esurigo. i. fames. ¶ Formatur meditatiuum a superiore supino correpta u et adiecta rio. vt partu parturio. i. cupio aut conor parere. Uergil. Parturit almus ager. si quis neget in quibusdam posterius supinum latine dici fingat ipsum et sic formet. Scaturio scalpurio prurio ligurio meditatiua non sunt. Ualla mauult hec que meditatiua vulgo dicuntur: dici desideratiua: quia desiderium non meditationem notant. Ego desideratiua rectissime hec appellari sensio: nec inepte tamen meditatiua: quia maxime solemus meditari que vehementer desyderamus: recte ergo meditatiua vocabimus cenaturio. cacaturio. nupturio. idest nubere cupio vt soror mea nupturit. Empturio emere cupio. Uarro in. ij. de re rustica. Te empturientem in campos macros adducunt crebro pedes. Micturio meiere cupio aut meio. Iuuenalis. Noctibus hic ponunt lecticas micturiunt hic. Dicturio dicere cupio. Macrobius libro. vj. Saturnalium. Quid doces et milites? qui fortiter a se facta semper dicturiunt.

Parturio.

*Parturio potius significat in pariendo laboro quam desydero vel meditor patere.

Nupturio empturio. Micturio. Dicturio.

¶ Finis.

¶ Lugduni hoc opus Impressum est apud
Uxorem Laurentij Hylarij quondam Calcographi. An. Do.
M.D.xxxj.

¶ Joannes Despauterius Niniuita / Egidio Clanarco diui Augustini regu le canonico Fornocellensi & Joanni Langimercio Plasdalano. S.

INgentes vestre humanitati gratias habeo dulcissimi amici: qui tam sollicite honori meo & fame studetis: vt que vitio mihi ab indoctis vertuntur: nihilominus egre atq; ipse feratis hec autem duo precipuo esse intellexistis / mordacitatem / & in authoribus citandis incōstantiā: quatinus summos viros nimis interim acerbe sugillare video: & (quod peius est) cerdonibus parasitisq; conferre. Ad hec eos plerumq; taxare per quos opinionē meā stabilire: & ꝓbare nitor. Quo fit vt complusculi per sathanicam zoiloꝝ suggestionem libellos meos vixdum perlecto titulo: tanq̄ aconitum aliquod aspernentur. his falso obiectis ne tacendo consentire videar: paucis respondendum censeo. Ergo de mordacitate sic habeant canes mei. Non vsq; adeo sum rudis: vt nesciam multos esse theologos. iuriscōsultos: canonicos: animarum pastores: & id genus reliquos summa doctrina politioribusq; literis exornatos & magna veneratione dignos. Ceterū inter cuiuscūq; facultatis homines: quis nisi humanarū rerum omnino expers negauerit inueniri quosdam elegātioris literature immo mere latinitatis rudes: itaq; id solum colligere volui: si quispiam excellentis alicuius artis vt theologie aut medicine professor euaserit: aut dignitatem quālibet: adeptus fuerit non cōtinuo eundē politioris literature peritum esse necessum est contra quosdam adeo agrestes: ceruicosos: et pertinaces: vt quicquid a theologo aut in dignitate constituto effatiatur: tanq̄ a fonte hammonis relatum: acceptandum putent. Quod scd̄o obijcitur tam est friuolum vt responsione vix digner. Nam si vitium est eum interim reprehendere: per quem opinionem nostram aliquando cōfirmamus nullum artium scriptorem huius vitij immunē facile ostendero. Ergo vt a philosopho maximo inceptem. Nōne Aristoteles Pythagoram / Anaxagorā / Platonē: cum reliquis philosophis / sepicule carpit: per quos opinionem suā nonnunq̄ fortificat? Quis theologorum queso nisi imitator quispiam seruum pecus oim̄ doctoꝝ opinionibus vndiq; astipulatur? Quis item iurisconsultus semper Accursio / Baldo / Bartholo / & reliquis legum aut canonum enarratoribus suffragatur? Et vt ad Grammaticos veniam. Quisnam velle probandi locus relinquetur si per nullum probare poterit quem semel reprehenderit: qui nec Uergilio / nec Ciceroni semper concinit. Et vt rem in verba pauca conferam: tam friuola est hec obiectatio [illegible]t nemini liceat quamlibet artem scribere: qui nolit vsq; ab eo quem semel testem citauerit: dissentire. quandoquidem preter prophetas / apostolos / euangelistas diuino numine afflatos vix quisq̄ non aliquando errat: quoniam in hac lachrymarum valle deus ab omni parte beatum voluit esse nihil. Id preclare Quintilianus enucleat libr. x. dicens. Neq; id statim legenti persuasum sit: omnia: que omnes authores dixerunt vbiq; esse perfecta: summi enim sunt: homines tamē: ideo ait Hora. Tu nihil in magno doctus dependis Homero? Et alibi. Quandoq; bonus dormitat Homerus. Possem id multis ostendere nisi notius sit q̄ vt prolixa probatione indigeat. Itaq; satis superq; fuerit pro omnibus vnum attulisse Ciselium vindicem hominem: teste Gellio: doctissimum nimis pueriliter semel hallucinatū dum putauit Cor: apud Ennium masculino genere reperiri in his versiculis.

Fortifico.

Hannibal audaci dum pectore dehortatur
Ne faciam bellum quem credidit esse meum cor.

Ciselius legit interrogatiue: dum Hannibal audaci pectore dehortatur ne faciam bellum: quem cor meum esse credidit pro quod cor. & id sane nimis pudende: quia sic Ennius quem cordem dixisset nisi putauisset cor esse ap totum. Errauit itaq; teste Aulo Ciselius: quoniam tertium versum non cōsiderauit. Suasorem summū et studiosum robore belli: vt citra interrogationem sensus sit quem Hannibalem cor meum credidit esse suasorem summum &c. Hec faciunt vt vehementer admirer nō nullorum vesaniam adeo pertinaciter in aliorum verba iurantium: vt mille cruces pati malint quam authori cui semel se addixerint vel in vnico verbulo refragari. O imitatores seruum pecus: nolo quemq̄ nominare: ne crabrones irritem. Iam satis clarescere opinor iniuria mihi vitio dari q̄ interim lōge me doctiores hallucinari ostendam et per eosdem vbi veterum; nō obsistit authoritas opinionē meam

confirmem . Uix equidem vllum sine honesta prefatiuncula carpo nec gloriosorum more doctissimorum errata in marginibus indicibusq; librorum propalo : vt summos viros quibusq; etiam agrarijs & bonarum osoribus literarum deridendos ꝓpinem. Absit a Despauterio tam inhumana temeritas. Preterea Alexādrū (quem ne reprehensione quidem dignantur doctissimi) honestissime interim defendo : & si quid errauit non eius culpe: sed temporum : quibus res literaria pene interierat: ascribendum censeo. neq; enim adolescentulos decipere neq; linguam latinam extinguere: sed omnibus prodesse studui. Cui (ꝙuis id assecutus non sit) magnas agimus gratias: quia si Aristoteli credimus: nō modo his agere gratias equū est: qui nobis precepta disciplinarum diligentissime tradiderunt : verum ijs etiam qui de illis leuiter ieiuneq; disseruere: nam hi quoq; aliquid nobis vtilitatis attulere: dū habitum nostrum exercitatione reddiderunt aptiorem. Ceterum quātumuis honeste de Alexandro alijsq; iudicem: scio plerosq; egre laturosq; illum dixerim aliquādo falsa scripsisse: id autem ideo contingit: quia Alexandri erroribus iam olim imbuti nequeūt doctioribus assentiri: non secus ꝙ ethnicia superstitiōe liberari: vsq; adeo apud omnes consuetudo valet: que inueterata (vt Bessarion ait) ꝙuis iusta careat ratione : longo tamen tempore vsuq; animis hominis herens, nescit rebus etiam absurdis dissentire: atq; obsistere. Uerum vtcunq; vellicabunt me doctorum hostes: non desistam ab incepto: q2 spero diligentiam meam & presentibus & posteris ꝓfore. Itaq; obdurabo: & Homerice parenesi admodum salutari morem geram Fortiter ista feras iamiam grauiora tulisti. Ualete amici: & Joannem Despauteriū vestrum redamate. Bergis. xv. Calendas Octobris. M. D. xij.

Τελοσ,



FINIS

Syntaxis Joānis Despauterij Niniuite tertio edita: in qua per questiones & rationes citra Sophistarum nugas distinctissime & facillime omnia digerunt: adiectis passim multis haud vulgaribus ex poetis: oratoribus et historicis: quos post priorem editionem Despauterius studiose perlegit.

¶ Recognita est diligenter ab authore suo: et per Badium repurgata: nō sine regula cum glossa in carentia rectoris.

¶ Adnotationibus his que Syntaxi Joannis Despauterij nuperrime adiecte sunt hoc signum *prepositum inuenies.

¶ Additus preterea est et non minimuz auctus index vocularum quarum aut constructio: aut significatio insignior est.

AVDACES · FORTVNA · IVVAT · TIMIDOSQ; REPELLIT

Epistola Ascensiana.

¶ Jodocus Badius Ascensius Senatui populoq; Bergensi apud sanctum Guinnocum. S. D.

GRatulor vobis proceres: ciuesq; prudentissimi. Gratulor felicitati vestre: qui Joannem Despauterium Niniuitam virum tam anxie literarum in vestruz asciuistis ludum. Gratulor & illi qui vos tam liberales nactus est patronos: plus tamen vobis. Nam ille (que est eius doctrine fama) facile alium quemuis nō minus celebrem neq; minus fortassis uberem nactus fuisset ludum. At vos vbi tam bonis literis ornatum/liberis vestris preceptorem indipisci potuissetis: hoc neglecto multum sudauissetis. Gratulor itaq; (vt iam tertium dicam) vobis: neq; id soluz felicitatis (que tamen maxima est) nomine: sed & prudētie: que paucis hac tempestate ciuitatibus data est. Prospexistis enim quantam frugem ex bono preceptore messuri sitis: quippe qui sciretis ab eo vno iaci seminaria: conseriq; plantaria vnde & ecclesiastic⁹: & senatorius: & (vt semel dicam) omnis honestus ordo preclara sortiri posset luminaria. Pergite itaq; viri optimi beneficio vestro isthunc hominem vobis iamdudum deuinctuz demereri: liberorumq; auribus: atq; animis instillate illum esse (quod Fabius ait) non corporum: sed animorum parentem: parentisq; loco obseruandum. Ipse (vti confido) meminerit: quam personam sustineat: neq; tam literis: quarum abunde diues est: q̃ moribus bonis pubem sibi creditam instituet. Neq; vero minoris a vobis estimabitur: q̃ nouus est. nam que nunc vetustissima sunt: cum fierent aut mox paulo q̃ facta essent: nouitia erant: neq; ꝙ nostras: nisi de nostratibus ingenijs desperatis: cum dicere ausim (si modo in studijs perstiterint) nusq̃ terrarum maiorem fore literatorum hominum prouentum. Neq; vero dicendi figuram damnabitis: ꝙ elaborata: cultaq;: et minime protrita sit: nisi putatis sordide loquentem: et protrite scribentem posse politioris lingue fundamenta iacere. Poterit fortasse ijs qui pauca legerunt sub obscura videri: verum ipso preceptore: atq; doctore nihil fuerit discipulis difficile. Addite ꝙ ea tenacius animis nostris inhereant que cuz labore didicim⁹: q̃ que semel lecta percepimus. Facite itaq; doctrinam viri: et in primis quam pro leto expectatoq; aduentu suo vobis affert Syntaxim: liberi vestri ediscant. nihil em̄ ad bonas literas accommodatius inuenerint. Sed bono (vt aiunt) vino non opus est hedera. Valete. Ex officina nostra literaria ad Calendas Decembris. Anno salutis Christiane. M. D. xiij.

Joannes Despauterius Ninivita Martino Dorpio/et Nicolao Buscoducensi Theologis eloquentissimis: et Jodoco leto Jurisconsulto integerrimis amicis suis. S. P. D.

Quoniam de Syntaxi nostra hanc plerosq; sententiam ferre audio: vt dicam illam vtilem quidem esse: multo tamen pueris fore vtiliorem: si per questiones more doctissimorum Grammaticorum Perotti et Aldi distinctius omnia digerantur quibus ego meos docendo: et identidem id experiendo: ad stipulandũ esse didici. Idem operepreciũ me facturum putavi: si cupidis bonarum literarum adulescentulis: presertim domesticis: quorum causa nil intentatum linquo. Syntaxin facillimo modo per questiones secundo ederem: quam vobis amici suavissimi dicandam censui: vt esset verum amicitie nostre Mnemosynon. Eo autem hunc laborem subij libentius quia multa scitu dignissima ex authoribus antea me non lectis post Syntaxeos editionem notavi: et huic nove editioni inservi. Necdum tamen huic operi vltimam manum aliter imposui quam Apelles olim picturis. Siquidem aptius exire quum in multis tum in hac arte est difficillimum: propter librorum legendorum immensitatem: et opinionum innumeram diversitatez. Nempe tam docte scripsit nemo: vt Criticorum censuram subterfugerit. Nam quod Persius ait. Cedimus: inq; vicem prebemus crura sagiptis. adeo verum est: vt et Homerus zoilum invenerit et Maro vitilitigatores complusculos: satisq; constet: ne Ciceroni quidem (vt Tacitus ait) obtrectatores defuisse. Ceterum vt vetustissimos quosq; taceam. Nonne Priscianum Grammaticoruz (vt creditur) principem in plurimis carpit Valla? Nonne hunc Perottus? Nestor/Sulpitius/Mancinellus/Lancilotus: et alij pleriq; avide sugillant? Quid Alexandrum? Nonne omnes et inter hos nonnulli Alexandro longe inferiores acerbissime mordicant. Rudis est interim et falsus/esto: non tamen belvina rabie insectandus: ergo reprehendendus quidem/sed modeste. Ego nanq; de Alexandro id sentio: quod de Actio/et Pacuvio Quintilianus. Illum videlicet rudem fuisse non sua culpa sed temporuz quibus res literaria pene intercierat Adde q Alexandrum immerito plerũq; carpunt: vt sepicule in opusculis meis declaro: qui insontibus libenter patrocinor Nos quoq; quantũcunq; diligentes cum a candidis tum a lividis carpemur. A candidis interdum iuste: quos oro: vt de erratis omnibus amice me admoneant. erro nonnunq̃ quia homo sum: et in hac lachrymarũ valle (vt nostrate adagio vtar) nullum sine acere triticum. Multomagis reprehendent me lividi et semitarij magistelli: qui siquid a me preteritũ offenderint diminutũ (vt eorum verbo vtar) clamitabunt: Ego vero etiã vtilia consulto interim preterivi: a studiosis iucundo labore addenda. Author mihi fuit Varro in tertio de lingua latina dicens. Nemo reprehensus qui e segete ad spicilegium relinquit stipulam. Tum vbi ad alios remitto: pigellus dicat. et fortasse ignarus. At tutabitur nos (opinor) Nonius Marcellus dicens. Adultero nemi; pro adultero Laberius in primo: quẽ si quis legere voluerit: ibi inveniet: et fidem nostrã sua diligentia adiuvabit. Habebor interdũ verbosior: ꝛ patiar: sed cum Nonio: qui vt desubito: derepente ꝛ comedo comes comest: recte dici manifestaret: citavit Titinniũ/Afranium/Cecilium/Quadrigariũ/Noniuz/Luciliũ/Lucretiũ Tulliũ/Actium/Pomponiũ/Turpiliũ/Varronẽ/Terentiũ/Plautũ. Et cur id Nonium fecisse putamus? Non ob aliud certe q̃ propter grammatistarũ perversam subtilitatẽ ꝛ contumaciã. qui qm̃ bonos authores nunq̃ legunt: quicquid in grammatistarũ nugis nõ reperiũt. recte dici nõ arbitrantur: in qua re multis modis hallucinant: vt sepissime ostendi. Si quid contra hos nebulones ex probatissimis adferas aiunt rarũ esse ꝛ licenter dictũ. Ad horũ ergo cervicositatẽ cõprimendã cogimur interdũ fieri prolixiores. Possem id in centũ ostendere: sed vnicũ adducã. Aiunt iuga p summitate montis singulari carere: quo in nũero poetice invenit aiunt et licẽter nobis nõ licet sic loqui. Verg. vj. ene. Hoc superate iuguz. Ego vero in soluta orõne

ausim singulariter iugum dicere etiam crebiuscule. Nam vt omittam testimonia s
me in heteroclitis adducta centies apud eloquẽtissimos in prosa oratione ἐπικοσ
offendes. Apuleius in. j. de Asi. Iugi quod insurgimus asperitudinem tabularum
lepida iucunditas leuigabit. Et in. viij. Syluosi montis asperum permensi iugum.
Cesar in primo de bel. Gal. Summum iugum montis ascendere iubet. sic idem se
pissime. Hirtius de bel. Gal. In summam planiciem iugi peruenit. sic idem sepius
Liuius. Ad iugum perrexit quod hostes ceperãt: sic idem frequenter. Curtius lib.
iij. Perpetuo iugo montis asperi: atq; prerupti Cilicia includitur. In eodem. Ipse
in iugum editi montis ascendit. sic idem alibi persepe. Si quis dicat opus nimis
esse prolixum: sciat non omnibus omnia scripta esse: vt in prime partis prefa. ione
declaraui. Obtusioribus abunde erit cum paucis exemplis principales regulas
reddidisse: iucunde erunt ingeniosioribus questiones nostre: et citra Neotericorũ
dialecticorum nugas argute rationes exprobatissimo quoq; deprompte. Inerunt
quedam ad rectius loquendum parum aut nihil conducentia: at ingenia acuent
nec discipulos nostros indoctos videri sinent: fungẽturq; hec officio crocodilinarũ
& ceratinarum que sapientem & si non efficiant: a sapiente tamen non sunt (inquit
Fabius) negligende: ne sapiens etiã in minimis fallatur. Solent nostrates gram-
matiste multo sudore disputare an Appositio: euocatio &c. sint figure: & alia pleraq;
scholica nugalia que ipsi sola norunt: ea nostri discipuli si ignorent: asserunt indo-
ctis parentibus nihil eos apud nos profecisse. Hec causa est cur cum nugatoribus
interdum nugor. Dabunt mihi plerique vitio: q in hac editione interdum aduersa-
rija que in priore editione affirmaui: et defendi. Hic Quintilianus nos tuebitur:
qui fatetur se quedam retractasse. Frustra inquit studeremus si nihil melius inue-
nire liceret. Baptista pius multa damnauit que in Plautum & Sidonium scripse-
rat: nec miror: quum grammatica sit res prope immensa. Si quid in priore editio-
ne erraui cum summis grammaticis erraui quos mecum hallucinari ex veterum
libris postea deprehendi. Oro ergo cum Gellio doctos vt que putauerint repreh-
denda: ijs si audebunt succenseãt vnde ea nos accepimus. Ego certe quoad viuam
non verebor mea corrigere: si quidam id honestius est ꝙ̃ ea linienda posteris relin-
quere. Idem si Priscianus fecisset: aut Domitius Calderinus: non tam sepe a Val-
lis: et Merulis vellicarentur. Egre ferent nonnulli quedam a me dubia relinqui
que nec asserere nec refellere audeam. Hic Curtius pro me respondebit dicens in
libro. viij. Nec affirmare sustineo de quibus dubito: nec subducere que accepi. Di-
cent me obstreperi canes tam bonis ꝙ̃ malis suffarcinatum authoribus si quan-
do triuialem quempiam grammatistam citatum viderint. At meminerint adagij.
Sepe etiam est holitor verba oportuna locutus. Et Horatij. Interdum vulgus re-
cte sapit. Si cum triuialibus errauerim iure ridebor: sin recte senserim quur minus
laudabor: quando ex spinetis difficulter leguntur rose? Profeci interim per triuia-
les: ergo et nominatiui: quia (vt Plinius inquit) Benignum est fateri per quos pro-
feceris. Clamabunt obstrigilatores: et maleuoli vitilitigatores me plagij esse con-
demnandum: siquid de nostris reperiant quod ipsi alibi legerint. His Afranium
defensorem paro qui in Compitalibus non inuerecunde respondens q plura sum-
psisset a Menandro: Fateor (inquit) sumpsi non ab illo modo: sed vt quisq; habuit
quod conueniret mihi. quodq; me non posse melius credidi: etiam a latino. Ceterũ
quid tantum purgato opus est quum inuidis virtutis nihil placeat? Itaq; sim il-
lia quidlibet: modo candidis placeam lectoribus: presertim vobis et iuuenibus op-
timis: quorum causa tantos perpessus sum labores: totq; sustinui indoctorum ho-
minum sugillationes propter Theopagite exilium: vt lucubratiuncule nostre nihi-
li minus ꝙ̃ mihi profuerint. Valete viri disertissimi: & Hadrianum Barlandum ho-
minem oppido eloquentem verbis meis saluere iubete. Bergis apud diuum Guino-
cum. vj. Idus Julias. Anno sesquimillesimo tertiodecimo.

¶De litera B.

¶De litera C.

¶ De litera D.

¶ De litera E.

¶De litera L.

¶De litera M.

Tabula alphabetica.

Finis.

¶ Grammatica ⁊ eius excellentia.

GRammatica quid est? Ars recte scribendi: recteq́ loquendi: poetarum enarrationē continens omniū sciētiarum fons vberrimus. Colligit̄ hec diffinitio e Quintiliani libro primo de institutione oratoria. Est ne grammatici etiā exponere historicos ⁊ oratores? Quid ni? Cur igitur in diffinitione poetarum solū meministi? Quia poeta verus quodam modo omnis scriptor est. vti homo omnis creatura: et anima teste Aristotele omnia: q̄ omnium imagines in se recipit ita diuinus poeta omnes scriptores prestat: quod de Uergilio incōfesso est. Itaq́ per poetarum enarrationē facile intellexeris etiam reliquorum. Poetis proximi sunt grammatici teste Cicerone in primo de diuinatione dicente. Grammatici poetarū interpretes proxime ad eorum quos interpretantur: diuinationem videntur accedere. Ex quo liquido ostenditur verorum grammaticorum excellentia: qui tam rari sunt quam boni poete. Ne grammaticos voces more vulgi eos qui vis intellectis rudimētis vbi duas tenuerint vocabulorū origines: ita se ostentāt: ita vēditāt: ita circunferunt iactabundi (inquit Picus) vt pre seipsis pro nihilo habendos philosophos arbitrentur hos non grammaticos: sed grammatistas recte vocaueris. Audi igitur de grammatico quid cum Quintiliano sentiat Politianus in Lamia sua: vbi sic ait. Grammaticorum he sunt partes: vt omne scriptorum genus poetas/historicos/oratores/phōs/medicos/iureconsultos: excutiant atq́ enarrent. Nostra: etas parū perita rerū veterū: nimis breui gyro grāmaticū sepsit: at apud antiquos olim tm̄ authoritatis hic ordo habuit: vt cēsores essent ⁊ iudices scriptorū oim̄ soli grāmatici. quos ob id etiā Criticos vocabant: sic vt nō v̄sus mō (ita em̄ Quintilianus ait) censoria quadā virgula notare: sed libros etiā qui falso viderētur inscripti tanq̄ subdititios submouere familia p̄miserint. Quin authores etiā quos vellent: aut in ordinē redigerent: aut oīno eximerēt nūero. Nec em̄ aliud grāmaticus grece q̄ latine literatus. Nos autē nomē hoc in ludū triuialē detrusimꝰ tanq̄ in pristinū. Itaq́ iure conqueri nunc literati possunt q̄ grāmatici nunc appellentur etiam qui prima doceant elementa. Ceterū apud grecos hoc genus nō grāmatici: sed grāmatiste: nō literati apud latinos: sed literatores vocabant̄. hec elegātissimus Politianus. ¶ Si tā excellētes sunt grāmatici: cur a summis viris plerūq́ summe deridēt̄? veluti a Plinio libro xxxv. capite tertio. Scutis inquit qualibus apud Troiā pugnatū est cōtinebantur imagines: vn̄ ⁊ nomē habuere clipeorū: nō vt peruersa grāmaticoꝝ subtilitas voluit: a cluendo. Sic deridentur grāmatici a Gellio multis in locis: vt vbi de nomine egregius disputatur in salutandi casum egregie faciat an egregi: ⁊ vbi de nomine penus agitur. ⁊ in lib. tertiodecimo capi. vndeuicesimo inquit. Nō finitiones illas prerancidas neq́ fecuti ternas grāmaticas spectaueris: sed aurē tuā interroga quo quid loco cōueniat dicere: quod illa suaserit id profecto erit rectissimum. Et inter Neotericos Augustinus Dathus Grāmaticorum (inquit) incerta sunt omnia: neq́ em̄ vllā prorsus rerum suarum stabilem legem seruāt: opiniosissimi homines sunt: ⁊ nihil vnq̄ certi precipiunt ⁊c. Respondeo dupliciter aliquem dici grāmaticum/arte/⁊ professione. Grāmatici vera arte paucissimi sunt. et hi magna laude dignissimi sunt vt patuit. hos nō vituperāt summi viri: q̄ ipse Plinius eiusmodi grāmaticus fuit: ⁊ de arte grammatica libellos edidit. Et Gelliꝰ vere grāmatice fuit diligētissimus doctor sic ⁊ ipse Dathus. Alij sunt grāmatici professione: ⁊ hij plerūq́ sunt ineptissimi: q̄ scribimus indocti doctiq́ ⁊ indignissimus quisq́ hāc sibi artē vendicat: verū eiusmodi busque ⁊ triuiales barbasculi rectius gramatiste q̄ grammatici dicuntur: vt dictū est. hi passim se obstentant venditantq́ cum arduis supercilijs: vocisq́ ⁊ vultus grauitate composita (vt inquit Gellius) tanq̄ interpretes ⁊ arbitri sybille oraculorū: scholia nugalia effutientes: quorum multos viuentes facile (ni candor vetaret) nominarem: hos mastigias multis probris docti summo iure insectantur.

¶ Grāmatica vnde dr̄? a greco nomine grāma: grō grāmatis vel grāmatos. i. litera re. ⁊ declinatur hec grāmatica grāmatice: vel grammatice ces. latine dicit̄ literaria: literatura. ⁊ multitudinis numero litere arū. quo noie interim scientiā intelligimus quālibet. Litera etiā epistola est. Ne dixeris puer cum ineptulis grā

Poeta.

Grammatici excellentia

* Grāmatici olim critici vocabantur.

Grāmatistarum ineptie.

Grāmatici duplices

Grammatica quare a literis nomen habeat. matica a grāma: τ tica: vel icos .i. scientia: q2 ica adiectio sine ꝯtractio est in gram matica: vt icus in gallicus: heroicus τc. ¶ Quare grāmatica nomen hʒ a literis q2 a literis incipit: e quib9 docet syllabas efficere: τ hinc dictiones: rursumq̄ orō nes quoq2 olim vim vt recte loquamur: τ scribamus: pulchre enucleat. ¶ Quo differūt grāmaticus τ grāmatista? grāmaticus est qui diligenter acute scienterq̄ possit aut dicere aut scribere: τ poetas enarrare: idē literatus dr. Grāmatista est barbaris literis obstrepit: cui abusus ꝓ vsu est: grecis latinam dat etymologiā tutus in nugis est. Latine dr literator τ literedus: vt Cicero auledos vocat qui ci tharedi esse nō potuerūt. Finxit hoc nomē Litered9 grāmaticus minime ꝓletari Curi9 Lācilot9 Infans τ prava Grāmatiste ars grece dr. Grāmatistice: latine ꝯ tē literatio: teste Capella. quidā etiā literatoriā vocāt. Sic differūt Sophus τ So phista: nā sophus est sapiens. sophista est sapiētis simia: τ q̄ argutijs insanit: τ nō tā esse doctus q̄ videri studet. Literatores etiā triviales dnr: q2 fere in trivijs do cebant. hinc sciētia trivialis .i. vulgaris inepta τ ꝓletaria: nō q2 tres artes ꝯtinet grāmaticā/logicā/rhetoricā. in quo errat cū vulgo Niger. dicebāt etiā literato ipm grāmaticū: nūc aliter loqmur vt ex dictis liquet. A grāma etiā dr grāmateus .i. scriba nomē est trissyllabū per eu diphthongō. Archigrāmateus Scribarū prin ceps. Apule. lib. xj. Tum ex his vnus quē cūcti grāmatea dicebāt. Grāmatophy lacium. locus vbi publica scripta servantur: grāmatophorus tabellarius.

Marginalia: Grammaticus. Literatus. Grammatista. Literator. Litered9. Grammatiste. Literatio. Sophus. Sophista. Trivialis. grāmate9. Archigrāmateus. Grāmatophilacium.

Grammatice divisio.

¶ Grāmatica quotuplex est? Duplex. Methodice τ Historice. ¶ Quid est methodice? Que recte loquēdi τ scribēdi p̄cepta ꝯtinet. Uñ dr metho dice? a methodus .i. doctrina: q2 viā rōnis prestat. ¶ Quā Fabius methodicen cat: a Diomede dr horistice: q2 artis p̄cepta definit. ab horiso qd est definio: de mino. vnde est orizon ontis .i. nostri visus terminus. Quid est historice? Est poe enarrandi scientia. vñ dr? ab historeo .i. enarro. Eadem dr Exegetice .i. expositiva Historice quidem a Quintiliano dicitur. Exegetice vero a Diomede.

Marginalia: Methodice. Historice. Exegetice

¶ Quot sūt partes grāmatice? Quatuor. Orthographia: Ety mologia/Syntaxis/Prosodia. Prime litera. Secūde dictio. Tertie oratio. qua te debetur syllaba.

¶ Orthographia quid est? Recte scribendi peritia: vt Chrysostomus cum ch aspi rato τ y greco: a chryson: id est aurum: τ stoma: idest os. hoc est os aureum. vel cum s litera in secunda syllaba. Unde dicitur Orthographia? ab orthos: id est re ctus τ grapho: id est scribo: hoc est recta scriptura.

¶ Etymologia quid est? scientia ostendēs verā dictionū originē cū reliquis acci dentibus: vt rex a rego etymum est. Unde dr? ab etymos .i. verus: et logus serm verbū: ratio: quasi veriloquiū: qd verbum vt durū Cicero qui finxerat fugit: τ sua nius notationē appellavit. Quo teste Aristotele symbolū vocat .i. notā. Aliū origi nationē nūcupavere. Est ne etymon sine etymologia rector qui regit? nō. si Lāci loto credimus: q2 vt cōtra Priscianū disputat. Etymologia est in his quorū expo sitio cū ipsis nō convertit vt rex qui regit: neq2 em̄ quicūq2 regit rex est. luna lu lucens aliena. cōsul a ꝯsulendo. sic presul/advena/ꝯvena gluma/assecla cura/ar τc. etyma sunt rector qui regit verbale est nō etymon: nā quicunq2 regit est rec Multa in hanc rē disputat Lancilotus q̄ et si vera sunt: a nullo tñ vndiq2 obser tur. ideo in generib9 verbalia in io dixim9 cū ceteris esse concio religio τc. qd La cilotus negat: q2 cōcio religio inquit etyma sunt verbalia nos lati9 sumpto voca bulo verbale cū Prisciano appellamus quicqd de verbo quoquomodo ductū est.

¶ Sunt ne oēs etymologie vere que apud doctissimos reperiunt? minime. vt te stamentū: testatio mentis: fit em̄ a testor: vt a calceo calceamentū. Oratio oris ra tio. quia flectit ab oratum, vt ab aratum aratio, a donatum donatio. Sepulchrū quasi sine pulchro quia fit a sepultum sepulchrū vt ab involutū involuchrū: a ful tum fulcrum. Leneus .i. Bacchus a leniendo mentē teste Donato. quod falsū est quia Leneus grecum est teste Servio: a lenoy .i. a lacu quia grecum nō recipit la tinam etymologiā. Etymologia declarat etiā dictionū accidentia. aut (vt Nebris sensis interdum loquitur) accidentias: vt genera: declinationes τc.

Marginalia: Orthographia. Etymologia. Veriloqu2. Etymon. Rex non rector. Etymologie false et apd doctissimos.

¶ Syntaxis quid est? Pars grāmatice qua congruā orationē ab incongrua disce

Marginalia: Syntaxis

nimus. Unde dr a syn.i.con: ⁊ tatto.i.ordino: ⁊ taxis.i.ordinatio. hinc syntaxis coordinatio: siue cõstructio. Quid est constructio? Debita dictionũ in oratione ordinatio. Quid est congruitas? Orõ secundũ grãmatice regulã facta: vt amo deũ. Quotuplex est ꝯgruitas? Triplex. Quomodo? voce tñ: significatione tñ: ⁊ voce cum significatione vel sensu. de prima vt populus cantat de secunda vt pp'ls cantant. de tertia vt Petrus ambulat. Quomodo differũt grãmatice loq ⁊ latine loq? Grãmatice loq sine ꝯgrue: est artez ita custodire vt nullũ admittat vitiũ. Latine loq est vbi elocutione incescit oratio: ⁊ eleganter loq: ideo Valla de hac oratione/Sermonem quem audistis non est meus: dixit maluit interpres latine loq quam grãmatice. ergo non optime dixit alibi. Noui testamẽti nõ est litera latina. parcius dictũ oportuit Hec ex Calderino/Gaza/ Mancinello: ceterisque doctissimis. Syntaxis diuiditur: nam quedam est finita: vt ego amo: quedam infinita: vt me amare. Rursus. Quedam est perfecta: vt amo deum: alia imperfecta: vt si amares deuz. ¶ Prosoedia qd est? Carminis ⁊ accentus notitia. vt Simon grõ simonis penultima longa. Unde dr a pros.i.ad: ⁊ oedo.i.cano. hoc est accentus: ⁊ scribitur in secunda syllaba cũ oe diphthongo: vt comoedia tragoedia: qz est eiusdem originis: lz vulgo dicatur ꝓsodia: nec improbet Tortellius: vt sit sonus apud nos qui apud grecos: nos maluimus cum Georgio Valla dicere prosoedia:, sic psalmoedia non psalmodia.

Constructio. Congruitas. Grãmatice loqui. Latine loqui. Syntaxis duplex. *Prosoedia cur potius quam prosodia.

¶ Syntaxeos diuisio.

Syntaxis quotuplex est? Triplex Preceptiua: permissiua: prohibitiua.

¶ Preceptiua quid est? Syntaxis que sub arte ⁊ precepto continet vt vir fortis: turba sedet.

¶ Permissiua quid est? Syntaxis cõtra artem vitiosa: ratione vel authoritate excusata. vt sola bubo omnes flere: ipsa sine fletu: pars secant.

¶ Prohibitiua qd est? Syntaxis nobis ꝓhibita: qz vitiosa nec ratione nec authoritate excusata: vt vos estis doctus. Grece dr soloecismus cuz oe diphthongo in scda syllaba: ⁊ stribligo: a ꝑsura videlicet ⁊ prauitate tortuose orationis: tanquam strobligo quedã: latine imparilitas. dr etiã Soloecus. hinc soloeciso.i. incongrue loquor. Simile vitiũ vbi in dictione fit dicitur Barbarismus: vt si quid perperam scribis aut ꝓfers: aut aliter quam debes accipis. aut pegrinũ Latinis adijcis. Dictio poetis aut historicis permissa: reliqs ꝓhibita: apud poetas Metaplasmus dicit: vt surpite ꝓ surripite: alitũ ꝓ alituũ. Oratio poetis permissa que reliqs ꝓhibetur: apud poetas aut alios quib9 permittit Schema dicitur.i. cultus ⁊ ornat9: vt pars ardu9 altis puluerulentus equis. Aperite aliquis ⁊c. Eadem ergo ꝯstructio est ꝓhibita ⁊ permissa respectu diuersoꝝ neque mirũ: siquidem vni permissuz: alteri plerumque ꝓhibetur. Nempe paucorum priuilegia non sunt leges communes oim. Non eñ ita paganis: id est non militãtibus permissum est testari quomodo militibus. Schemata ab Alexandrinis dicuntur impedimenta: sed latinis ea impedimenti significãtia est penitus inaudita: vt diasynteca: bonum latinum: a parte ante: a parte post licet ita loquatur etiam Valla: quia dicendum est Syntaxis: bene latinum: a fronte vel ante se vel a parte anteriore: ⁊ a tergo vel post se vel a parte posteriore. Hec licet inutilia notauit etiam Lancilotus.

¶ Quotuplex est grãmatica preceptiua? Triplex. Familiaris: media ⁊ elegans.

¶ Familiaris que est? Circa familiarez loquendi modũ perfecta constructio: vt te laudant oẽs. ¶ Media qũ est? Circa laudatorez dicendi modũ perfecta constructio: vt te omnes quidem honore afficiunt. ¶ Elegans que est? Circa elegantissimum dicendi modum perfecta constructio. vt laus tua non obscuro nec vario sermone. sed ⁊ clarissime ⁊ vna omnium voce profertur. Ponit hanc diuisionem Niger.

Syntaxis diuisio. Preceptiua. Permissiua. Prohibitiua. Soloecismus. Stribligo. Barbarismus. Metaplasmus. Schema. Impedimenta. A fronte. A tergo. Grãmatica preceptiua triplex. Familiaris Media Elegans.

¶ Syntaxeos accidentia.

Syntaxi siue constructioni quot accidunt? Duo. Concordantia et regimen.

¶ Concordantia quid est? Debita partium orationis conuenientia in genere numero casu vel persona.

¶ Quotuplex est ꝯcordantia? Triplex. Quõ? Adiectiui ⁊ substãtiui. re-

latiui et antecedentis: verbi cum nominatiuo a fronte recto. In hac vltima concordantia quia etiam est regimen: ideo ponitur etiam in regimine nominatiui. ¶ Est ne concordantia inter re suppositum et interrogatiuum? ita persepe: sed raro necessario: quia nunquam nisi vbi ab eodem verbo reguntur: aut ab eisdem casus regentibus. sic est in copulatis per coniunctiones etc. ideo a doctissimis non ponuntur in concordantie contubernio: nos tamen hec post relatiui et antecedentis concordantiam non omittemus. ¶ Quot accidentia congruitatem mutant? Quatuor. Que? Persona genus numerus casus. Persona inter relatiuum et antecedens. et magis adhuc inter verbum et nominatiuum a fronte rectum. Casus inter adiectiuum et substantiuum: Genus inter hec et relatiuum et antecedens. Numerus his omnibus cois est. Casus etiam vndique inter dictionem rectam et regentem. ¶ Regimen quid est Certi casus exigentia de casu natura nihil admittentis vt exigentia accusatiui in verbo amo est regimen: quia dicimus amo literas. Quare dixisti de casus natura nihil amittentis? propter casus aduerbialiter sine prepositione positos: vt vado Romam. quia fere totam naturam casus et nominis amittunt: adeo vt paucissima admittant adiectiua: quia non dicimus nisi poetice: vado Romam pulchram: nec sum domi ample: sed solum domi mee/tue/sue/nostre/vestre/aliene. Jure igitur rectore carere dicuntur ab Alexandro Hec dixi quia in his nostratium quidam misere ne quicquam se vexauere. Regere est certum casum exigere nihil de casus natura amittentem. ¶ Quo modo differunt regere et exigere: deseruire et determinare? Boni authores nullam finitus in his differentiam posuere. Potes tamen struere hanc differentiam. Exigere latius est quam regere: quia dictio preter casum nihil regit sed bene exigit: quia verba heretica exigunt post se infinitiuum non regunt: et verbum exigit aduerbium non regit. posterius supinum exigitur ab adiectiuis non regitur: vt turpe dictu. Id tamen boni authores: vt dixi: non semper obseruant: quia inuenies qui dicant supinum in u quod nullius casus est: regi ab adiectiuis. Deseruire nihil differt a regere: vt Comparatiuus cui casui seruit. i. quem casum regit: ideo nugantur Grammatiste putantes prepositiones deseruire neque regere. Determinare est confusionem significationis tollere et hoc quam latissime se extendit: nam adiectiuum determinat substantiuum non regit substantiuo: infinitum determinat finitum. aduerbium vero verbum: cognomenque nomen semper vnum substantiuorum in appositione determinat reliquum. Omnis dictio recta determinat regentem. ¶ Quotuplex est regimen? Duplex: actiuum et passiuum Quid est regimen actiuum? dictio regens. Quid regimen passiuum? dictio recta. Que est dictio regens? Que confuse significans declaratur per alteram: vt amo: hic amo deum. Quid est dictio recta? est que dictionem regentem declarat: vt deum/hic amo deum. ¶ Utrum regimen sit dictio in hac significatione satis latina? Etiam. quia Seruius (vt notauit etiam Lancilotus) dicit verba regere casus. Priscia. vero exigere. et post Seruium doctissimi quique dicunt verba regere casus. ¶ Et si dicas dictio non potest coarctare aliquam dictionem in certo casu: ergo non potest regere: quia dictio solum habet casum ex voluntate doctissimorum virorum: ergo ex se non habent vim regendi. Concedimus dictionem per suam potestatem proprie non regere: sed ex vi vsus doctissimorum et tamen regit vt in simili prefectus vrbis regit oppidanos non ex propria potestate sed principis sui: qui simul ac volet desinet prefectus regere. Cogor nugari: quia fuerunt qui regimen omnino inepte dici putarunt pro casus exigentia: et vnam dictionem nunquam magis regere quam alteram. Ego optime puto vnam dictionem regere: alteram regi: vt enim qui regit liber est velut dominus: qui regitur cogitur ad aliquid agendum vt seruus: sic dictio regens libera est: vt vagari potest per omnes casus vel tempora. dictio recta serua est: et cogitur ad standum in certo casu ex voluntate doctissimorum: a qua seruitute liberabitur: quum volet vsus: quem penes arbitrium est et vis et norma loquendi: vt Aula regis: aule regis: aulam regis: noceo tibi: nocebam tibi: nocendi tibi: vides quam libera est dictio regens: quam serua dictio recta. Ob hanc causam adiectiuum a substantiuo non regitur: quia neutrum altero liberius est quum in casu discordiam non patiantur. sic neque inter relatiuum et antecedens: inter duo substantiua eiusdem casus quia neutrum cogitur stare in certo casu ab altero etc. ¶ Quot partes orationis regunt? Omnes preter coniunctionem: vt liber. Petri. hec volnerum. Amo deum. satis vini. Humana deum. ad patrem. Heu me. ¶ Dixit Verg. Illius ergo venimus hic coniunctio ergo regit genitiuum illius. male dicis igitur coniunctionem nunquam regere. ¶ Respondeo ergo in illa oratione non esse coniunctionem sed antiquum nomen indeclinabile: idem significans quod causa: vel est aduerbium: vt Seruius dixit quem Beroaldus

Accidentia congruitatem discernentia.

Regimen.

Romam cur hic non regitur vado romam.
Domi.
Regere
Exigere
Deseruire
Determinare.
Supina. non regi.

Regimen duplex.
*Quid dictio regens quid recta
Regimen grammatici recte habent contra quosdam.

Adiectiuum cur a substantiuo non regitur.
Coniunctio nunquam regit

Ergo

repꝛehendit.Uirg.vj.ene.Que regio Anchiſen:quis habet locus:illius ergo.Ueni mus.i.illius cauſa ⁊ gratia teſte Chriſtopho.landino.Titus Liuiꝰ.Ludi appolli narcs nõ victorie ſed peſtilentie ergo.Siſenna.Milites virtutis ergo ciuitate do‑ nati.Marcellus exponit ergo.i.ea cauſa.Sil.li.j.Ille enſem nobis magnoꝝ.in in‑ ſtar honoꝝ.Uirtutiſꝙ ergo dedit.Quadrigarius apud Gelliũ lib.iij.ca.viij. Cõis exempli ⁊ fidei ergo viſum eſt vti te ſaluũ velimus.Titus Liui.lib.viij.tertie deca dis.Muneris ergo in ſingulos dati.Cicero multa ponit ex.xij.tabulis: in quibus ſepe ſic ergo ponit̃ pro cã.vt tertio de legibꝰ.Funeris ergo ⁊ auxilij ergo ⁊c.Cato. Sacro coercendi ergo.Et reꝝ ergo.Et cuius rei ergo. Ueteres tã in ꝓſa ꝙ̃ in car‑ mine frequẽtiſſime ſic loquebant̃.iunioꝛes vt Cice.⁊ qui ſequuntur rariſſime:niſi dicta veterũ citãtes:aut vbi veterũ aliquẽ loquentẽ introducunt: vt Fabꝛiciũ aut Catonẽ:ſed id perraro.Igitur nos perraro ergo ſic vtemur.Uerba Seruij de er‑ go ſunt.Illius ergo.i.ꝓpter illum.Ergo aũt cõiunctio fuit:ſed per accentus muta tionẽ in aduerbiũ tranſijt:⁊ eſt ſola particula que habet in fine circunflexũ.Multi male putant nomen eſſe indeclinabile:⁊ dicunt poſitũ eſſe pro cauſa. Hec Seruiꝰ cuius dicta ſi placent:ſic ad argumentationẽ pꝛius poſitã rñdebis.Ergo apd̃ Uir. nõ eſt coniũctio:ſed aduerbiũ fungens officio nois vt abunde hic:abũde ingenij. ⁊ ita nulla coniũctio regit:nec regitur vnꝙ̃. ¶Quot orationis partes regũt ⁊ re‑ gunt̃? Tres.Nomẽ/ Pronomẽ/ Participiũ.q: ſolus caſus regit̃.vt liber Petri.hec volucrũ:amoꝛ mei:amans amantẽ. ¶Quot orationis partes regũt tantũ? Quatu oꝛ.Uerbũ/ Aduerbiũ/ Pꝛepoſitio / Interiectio.vt Do tibi parũ vini: ad Petrum: veh peccanti. ¶Quot partes orationis nec regunt nec reguntur? Una tñ. Que? Cõiunctio. ¶Utrũ omne nomẽ regit? Ita aliquomodo:tñ nomen ꝓpꝛiũ ⁊ loco il‑ lius ꝓnomen nõ regunt niſi per ſubauditionẽ.vt Maria zebedei:ſcʒ vxoꝛ.Eneas Anchiſe:ſcʒ filius.ſimiliter cũ dicit Uirg.Quid meus Eneas ⁊c. ſcʒ filius. ſic duo fuerẽ Iſaac filij:quoꝝ Iacob a deo electus eſt:quoꝝ ſcʒ vnus videlicet Iacob. qđ Boetius expreſſit dicẽs.Quoꝛum vnus Baſilius olim regio miniſterio depulſus. ¶Pꝛolixioꝛ fui:q: hec licet minutula multi deſiderãt: ⁊ ſi diſcipuli noſtri ab alijs interrogati/hec ignoꝛent:cenſent̃ ignari.Iã opʒ quedã ſcire ſapientẽ que ad ſapiẽ tiã parũ aut nihil cõferunt:ſed ne fallat̃ ⁊ ignarus indicet̃ ſapiẽs etiã in minimis vt Quinti.docuit.Carmen meũ ipſe declarabo imitatus Aeliũ Nebꝛiſſenſem.

* Quot orõnis partes regunt et regunt̃ tantũ. Pꝛopꝛia ⁊ pꝛonomina.

¶Grammatice Deſpauteriane Liber Octauus de Cõcoꝛdantia et regimine. Et pꝛimũ de concoꝛdantia.

¶Adiectiui et ſubſtantiui Concoꝛdantia.

NObile cum fixo genere ⁊ caſu numeroꝙ

Conueniat.nomen ſic vult cognomini adeſſe.

Mobile. Fixum

¶Adiectiũ ⁊ ſubſtantiuũ eſſe debẽt eiuſdẽ gñis/caſus/ numeri vt acutus gladiꝰ:laſciuꝰ paſſer:ſeuꝰ vitricus: pater meꝰ: liber lectus: pulchꝛa facies:honeſta vxoꝛ:iniuſta nouerca: pia mr̃: foꝛte coꝛpus:tuũ pe vitiũ:ingẽs equoꝛ:ſcholare murmur. Declinent pueri adiectiua cũ ſubſtantiuis.vt pia mater: pie matris ⁊c.Quid eſt adiectiuũ? qđ ſubſtantiuo adij‑ citur:ſine quo ſenſum nõ perficit.Quare dicitur mobile.Quia de gñe mouet̃ in ge nus vt bonus bona bonũ.Quid eſt ſubſtantiuũ? Quod adiectiuo ſubſtat. Quare dicitur fixũ.Quia firmũ eſt nec mouetur de genere in genus.

¶Quotuplex eſt adiectiuũ? Triplex nomẽ vt bonus:ꝓnomen vt meꝰ:participiũ: vt factus.Ideo nõ opus eſt ponere rñam de demõſtratiuo ⁊ re demõſtrata:licet in rudimentis ponat̃.vt pater meus. quia ſemper adiectiuũ ⁊ ſubſtantiuũ eſt. Ego paup:vero hʒ ego ſubſtantiuũ:paup adiectiuũ.q: ꝓnomina pꝛimitiue ſpeciei ꝑ ſe ꝓ ſubſtantiais habent̃.Ponũt grãmatiſte plurimas adiectiuoꝝ diuiſiones parũ aut nihil ad cõgnitatẽ noſcendã vtiles. Ea ego illis exẽplis ꝓdã. ¶Pꝛimũ adie‑ ctiuũ eſt triplex(aiunt)voce tñ.vt ego ille.ſignificatione tñ: vt pr̃ mr̃ victoꝛ: q̃ ſub ſtãtiua dicimꝰ.vtroꝙ modo vt albus foꝛtis. ¶Secũdo ſunt adiectiua relatiua: vt alius qualis.Sunt demõſtratiua: vt talis tantus. Idem partitiua: vt aliq̃s alter. Itẽ pꝛime impoſitionis.vt albus. ſecunde vt categoꝛicus.Itẽ adiectiuũ profeſſio‑ nis:vt grãmaticus iuſtus ⁊c.Et nõ ꝓfeſſionis vt niger. Itẽ hõ irrationalis : naſus

Adiectiui diuiſio.

categoricus: lapis incorporeus &c. latine dicimus: licet nunq̄ vere de aliqua re dici possint. at nimis de nugis: ideo pergamus.

Obiectiones contra regulam haud vulgares.

Absente nobis. Presente

¶ Prima est hec. Dicit Terentius in Eunucho. Nescio qd p[ro]fecto absente nobis turbatū est domi. hic adiectiuū nobis absente discordat a substātiuo [pro]noīe nobis in nūero. ergo r[egul]a nō est catholice vera. ¶ R[espo]ndeo. absente apud Terē. nō est nomē adiectiuū siue p[ar]ticipiū: s[ed] a[d]uerbiū [sic] p[ro]pō pro clam vt p[rese]nte p[ro] corā regēs ablt[iu]ū. hec est vna solutionū donati q̄ ab eo accepi nō ab alio grāmatico. Verba Donati sunt / absente nobis. Aut subdistinguēdū est & subaudiendū / me. Aut archaismos figura est absente nobis. p[ro] nobis absentib[us]. Pōpo. Siue ergo isthuc p[rese]nte amicis inter cenā. Uarro in Marcellū. Id p[rese]nte legatis oibus exercitu p[ro]nunciat.

Absente nobis qua re nobis dicere nō l[icet].

Post hec subijcit tertiā solutionē quā nos dedimus dicens. Absente nobis: quā sic dt p[re]pōnē ponit absente: ac si diceret clā nobis. Hec Dona. Noni[us] Marcel. dicit absente & p[rese]nte capi pro absentib[us] p[rese]ntibus & olim fuisse monoptote forme. Plaut. in amphi. Nec nobis p[rese]nte aliquis quisq̄ nisi seruus. Multa adducit Noni[us] veterū testimonia: quib[us] breuitatis gr[ati]a sup[er]sedeo. Licet ne nobis sic loqui? Minime: q[uia] cecidit hic loquendi modus olim in honore: renascetur aliq[ua]n si volet doctissimorū vsus: latine sunt orationes: sed nō seculi nostri hominibus imitande.

Mors malum.

¶ Secunda obiectio. Dicit Cicero. Quū oīm rerū mors sit extremū. hic adiectiuū extremū discordat a substātiuo mors in genere. nō est igit[ur] r[egul]a semp[er] vera. sic in principio questionū tusculanar[um]. Malū mihi videt[ur] mors s[ecundu]m regulam videtur debuisse dicere. Mala mihi videtur mors. ¶ Respondeo. apud Ciceronem extremū substantiuū est pro extrema res: sic malū pro mala res: quod vulgus dicit substantiuari in neutro genere: quo vocabulo & ipse vtar: quia nō adeo rep[re]hendendū est. sic Uirg. Triste lupus stabulis: maturis frugibus imbres. & / Dulce satis humor depulsis arbutus hedis. i. dulcis res: tristis es. teste Seruio. & ita semp[er] sunt duo substantiua ad eandē rem pertinentia. aliq[ua]n etiā diuersorū numerorū: vt imbres sunt triste maturis frugibus. Idem. Uariū & mutabile semper femina. Idem. Fama malum quo nō aliud velocius vllū: Ouidius. Turpe iacens mulier multo madefacta lyeo. Idem. Turpe senex miles: turpe senilis amor. Celsus. Si nerui iuxta sunt ignis alienum est. i. res varia / mutabilis / mala / turpis / aliena. ¶ Licet ne nobis ita loqui? l[icet] p[er]fecto: si id parce & artificiose faciamus vt docti apud quos eiusmodi orōnes reperiūtur: vbi videlicet perpetuā rei naturā magis q̄ accidens quidpiā volumus significare: vt Triste lupus. nūq̄ eī[m] letus est oib[us] &c.

Triste lupus.

Adiectiuū substantiuatū vt loquuntur.

¶ Quot modis adiectiuū substātiuatur? Tribus. Primo in masculino genere. vt oriens / occidēs / videns pro dei propheta: rudens pro fune nautico. Ouidi[us]. Puluis gemuere rudentes. Multa substantiuari videntur: quia certum fixum intelligitur vt Iusti in perpetuū viuēt. Mei omnes sunt vita functi. Iusti videlicet hoies. Mei scilicet amici aut cognati. sic pluraliter sumunt[ur] mei / tui / sui / nostri / vestri. ¶ Secundo in feminino genere: vt in biblijs arida pro terra: animās pro aiali. qd & masculinū & neutrū inuenitur: vt in generibus probaui. Continens pro terra non insula: vt ab Anglia ad continentem parū intercapedinis est. ¶ Tertio in neutro genere: vt antecedens i. oratio alteram inferens. Consequens oratio ab antecedente illata. vt Furaris contra dei mandatū: ergo peccas. Triste lupus &c. ¶ Quot modis declaratur substantiuatū in neutro genere? Tribus. p[ri]mo per nomē res: vt triste. i. tristis res. Secundo per nomen pars: vt frigidissimū hominis est cerebrum id est frigidissima pars. Summū domus: id est summa pars. Tertio per abstractiū vt logici nunc loquuntur: vt seruātissimus equi. i. equitatis. Inuenies plures modos: vt albū pretoris &c. sed vulgatiores p[ro] pueris enumeraui. Possumus ne quecunq; volumus substantiuare in neutro genere more Neotericorū dialecticorū sic loquentium: albū currit: risibile disputat &c? Nequaq̄. Cur ita? Quia verba quibuscun eiusmodi noia ante ponunt[ur]: debent seruire qualitatibus quas talia noia significāt. vt albū exhilarat oculos: nigrū cōtristat. Frigidum delectat estuantes. Ideo teste Ualla in libro. j. Logice capite tertio inepte dicitur / Tango frigidū pro glacie: calidū: albū currit: nigrū volat: rutilū canit &c. q[uia] hec v[er]ba nō qualitati seruiunt: sed corporalibus rebus vt tango niuē &c. In plurali tamen nō ratione sed vsu

Substātiuatū neutri generis tribus modis declaratur.

Albū currit inepte d[icitu]r.

quod az eiusmodi concreta persepe aliter inuenies: vt alba sunt lucidiora nigris. Ouid. Frigida pugnabāt callidis: humētia siccis. Sil. li. iiij. Iusta ite peccati. Thu re pio: cedūq feros auertite ritus. Et in sacris. Incerta ⁊ occulta sapientie tue ma nifestasti mihi. Meum tuū suū nr̄m vr̄m ⁊ alienū substātiue recte capiuntur in sin gulari etiā teste Valla in libro iam dicto. vbi multa de his disserit: dicens ineptas esse locutiones: risibile currit: hinnibile comest. Inter cetera que Valla pulcherri me disputat: enotaui pauca e tertio capite iam dicto: vbi sic ait. Adiectiua in sub stantiua ↄuersa dicūtur concreta: vt albuz oui: oculi pretoris: iudiciū decurionū. in quib⁹ ⁊ si res cuz albedine significat: nō tn̄ amplius age ⁊ vniuersaliter ⁊ quancūq rem talez: sz certā p̄dicat: vt nigrū ⁊ rubrū p scriptura: sacrū p templo. Pingue pro adipe. Caducū p bonis q̄ non legata testamēto ad fiscū residūt. Mutuū depositūz ⁊c. apud Verg. Capitoli: sparcis etiam nunc pellibus albo. i. albedine siue albore. Hec Valla. Albū p̄toris tabula erat in qua pretoriū ius scribebat. Dices pulchre: non es in hoc albo. i. in hoc nūero. de hoc vide Calepinū ⁊ Beroaldū. Notabis aūt Lauren. Vallā dixisse albedinē: qd̄ barbaꝝ censet Georg. Valla lib. xxxi. cap. xij. vtū tur testimonio Marcelli dicentis. Albitudinē p arbore veteres dixerunt non dixiti albedinez. Hec ratio certe ab authoritate vnius negatiue est nimis q̄ fragilis nō secus q̄ si argumentet quis. hic grāmatic⁹ (intelligo aliquē fide dignū) dixit nigri tiam capi pro nigriore siue nigretudine: ⁊ non dixit p nigredine: ergo inepte d: ni gredo / Frigidi⁹ glacie hoc est: nisi Apuleiū ↄtemnas dicentē lib. ij. met. Nunc cor uina nigredine ceruleus columbaꝝ collis flosculos emulatur. Apud Pliniū: legi li. ix. cap. xxxviij. Nigretie austeritatē. alibi nigritudo apud eundem legitur. Iam vi deamus rationē Georgij. Non dixit (inquit) albedine: vt rustice quidā loquūtur q: a neutris scd̄e in or fiūt denoīatiua nūq̄ in edo: vt albedo albor. sic torpor: nigror pallor: rancor nō nigredo ⁊c. dūtaxat apud eos qb⁹ nomē aliqd̄ eloqnētie ↄcessum est. hec et plura Geor. Notaui ꝑsepe magnos grāmaticos sese oppido ridiculos fa cere iudicij temeritate: q̄ quū a cūctis artiū pfessoribus: tuz a grāmatico in primis fugienda est. A neutris in or fiūt: nūq̄ in edo: vt vult Georg. male ergo dixit Apu leius linedo p linore lib. x. Sed q: Laurētius Valla ait. Si quis eloquiū Apuleia num miret: ⁊ imitari studeat: nō taz loqui interim q̄ rudere videbit. Facessat Apu leius / Nunqd̄ Corneliū Tacitū dispendēt dicentē. Tanta torpedo inuaserat aim Itaq Valla nō penitus inepte albedinē dixit. similiter errauit Serui⁹ negās recte dici pinguedo. qd̄ optime dici docet Beroaldus: ⁊ ipse persepe legi in Plinio

Tango tri gidū: quare inepte dicitur

Album: Substātiuata ex Valla

Caducū.

Albedo an latine dicatur.

Nigredo.

Ne temere damnes.

Torpedo

¶ Tertia obiectio. dicit Horati⁹. Quis nō malarū quas amor curas hz hec inter obliuiscit. hic adiectiuū malaꝝ discordat a substātiuo suo curas in casu. ergo regula est falsa. Rn̄deo. adiectiuū cuz substātiuo suo debere regi ab eo dem verbo: vt hec regula locū habeat ita nō est hic: q: malaꝝ regitur ab obliuisci tur. Curas vero ab habet. est enim figurata locutio: vt notat Badius. ⁊ sensus est. Quis inter hec non obliuiscitur malarum curarum: quas curas amor habet.

¶ Quarta obiectio. dicit Sallusti⁹ in iugur. magna pars vulne rati, aut occisi sunt. hic substantiuum pars discordat ab adiectiuo vulnerati in ge nere ⁊ nūero. ergo rl̄a est falsa. Rn̄deo. lz substantiuū ab adiectiuo fm vocē disco det tn̄ fm sensū ↄcordat: q: magna ps capit p multi hoīes. Vel d: q regula nostra intelligit de ↄgruitate voce tm̄: aut voce cuz sensu: ⁊ nō de significatione sensu tm̄ Silr̄ dixit Ouid. Hoc pecus oē meū: multe stabulant in antris. ad sensuz vel intel lectū respexit vt sit multe vez oues. sic Teren. dixit in Eunucho. Quinetiā insuper scelus postq̄ ludificatus est: virgini vestez oēm miserie discidit. scelus p selestus dixit de his ⁊ similibus in Synthesi videbis abunde satisfactum

Pars vulnerati.

¶ Quinta obiectio. dicit Ennius teste Gellio in Annali duode uicesimo: aere fulua. hic adiectiuū a substātiuo discordat in gn̄e: q: aer masculinuz esse ignorat nemo. Rn̄deo. Recte dixit Enni⁹. q: tp̄e eius erat aer dubij gn̄is vt cu pressus nam dicit rectos cupressos. sic. Lucretius aurea funis. ⁊ Celius. fronte hi laro. ⁊ alij alia: q̄ in regulā nostrā nihil peccant. q: olim talis gn̄is fuere. nūc alterū genus cecidit: remansit in honore alterū: iuxta Horatianuz illud. Multa renascen tur q̄ iam cecidere cadentq: q̄ nunc sunt in honore vocabula si volet vsus. Id vero

Aer fulua

non tm̄ de interim vel casu totius vocabuli intelligendū est:sed etiā de casu alicui accidentis. Gellius dicit Ennium aere/fulua dixisse q̄ hic sonus vocalior est vis et amenior. ¶ Possem multa argumenta adhuc afferre: sed nolo immorari vulga bus vt de adiectiuo partitiuo: veluti vna sororum:optimus plebis: in quibus nih peccatur contra regulam nostrā:quia substantiuū precedens aut intellectū resp citur:⁊ regimen est nō concordantia. Pretereo figuras ⁊ regulam indifferentie: in quibus preceptor si volet facile obiectiones pueris efficiet. exercitationis gratia Nos his vt notissimis supersedendū duximus ne nimia displiceamus prolixitate

¶ Nomen sic vult cognomini adesse

*Nomen ⁊ cognomē concordāt in accidentibus quibus adiectiuū ⁊ substantiuum. Nomen. Prenomē. Cognomē. Agnomen. Cesar. Cognomē.

¶ Nomen ⁊ cognomē concordāt in gn̄e:casu ⁊ nūero:sicut adiectiuū ⁊ substantiuū vt Ponti⁹ Pilat⁹/Simon Petrus. idem est de prenomine ⁊ agnomine dicendū: vt Marcus Tulli⁹ Cicero/Publi⁹ Vergili⁹ Maro/Scipio Aphrican⁹. ¶ Quot sunt propriorū spēs? Quatuor. que? Prenomē/nomē/cognomē./agnomē. ¶ Nomen qd est? Propriū singulorū vocabulū: vt Ponti⁹/Tullius/Vergili⁹/Simon. ¶ Prenomen qd est? Quod honoris causa preponit̄: vt Marcus/Publi⁹/Titus/Quint⁹ raro plene scribit̄:s; aut vnica lr̄a: vt A. i. Aulus. C. i. Caius. vbi scribit̄ C. ⁊ profert G. vt Cn. duabus lr̄is. i. Cneus. sic Ser. i. sertus ⁊c. q: iam concordantiā docere lo nō Ortographiā. ¶ Cognomen qd est? Familie ⁊ cognationis nomē: vt Cicero Maro/Naso/Scipio/Nero/Pilatus/Corneli⁹: sed hec sepe transierūt in nomi ¶ Agnomen qd est? Quod euentu quodā acquirit̄. vt Naso in eo qui primo a na magnitudine sic appellat⁹ est: ⁊ Cesar in eo qui a ceso matris ventre sic prim⁹ ctus est Ita Aphrican⁹ a deuicta Aphrica ⁊c. Agnomina abeūt sepe in cognomi ⁊ postea in nomina. Julij Cesaris cognomē fuit Cesar nō agnomē: neq̄ enim ce matris ventre nat⁹ est vt imperiti putāt. At Scipionis Aphricani Cesar etiā ag men fuit. Is em̄ prim⁹ teste Pli. Cesar dict⁹ est a ceso matris vtero. Cognomē ⁊ co gnomentū pro agnomine aliqn̄ capim⁹. Cicero. Scipio ille cui Aphricano fuit co gnomē. Idē. te q̄ nō cognomentū solū Athenis deportasse: s; humanitatē ⁊ pru tiā intelligo. ¶ Quomodo pbas regulā tuā? Per doctissimorū vsu; qui aliter nū loquunt̄: nec Christiani: nec Ethnici. Christiani: vt Simon Petr⁹/Ponti⁹ Pilat⁹ Joseph iustus. Thomas Didym⁹/Judas Thadeus/Judas Macchabe⁹/Aureli Augustinus/ Paulus Orosius/Eusebius Hieronymus/Joannes Chrisostom ⁊c. Ethnici: vt Numa Pompili⁹/Junius Brutus/ Sextus Tarquini⁹/Titus Li uius ⁊c. ¶ A quibus rebus cognomina sumuntur? A quibuscunq̄ placet: non em̄ est certa regula: vt liquet ex sequentibus a me collectis ex Tito Liuio.

Cognomē vn̄ sumit̄.

Fabius ctor/Posthumius albus/Antonius merēda/Oppius cornicē/Horatius barba Licinius macer/Meneni⁹ lanatus/Sergius fidenas/Sulpiti⁹ longus/Aquil Coruus/Sulpitius rufus/Valeri⁹ peritus/ Seruilius priscus/ Licini⁹ stola/ P tilius balbus/Fabius ambust⁹/Deci⁹ mus/Valeri⁹ coruin⁹/Fabius dorsus/P pyrius cursor/Corneli⁹ scapula/Corneli⁹ aruina/Fabius maxim⁹/Emilius pa pus/Cornelius scipio/Junius bubulcus/ Aemilius barbula/Martius tremul Sempronius sophus/Fului⁹ coruus/Fabius gurges/Attilius regul⁹/Corneli asina/Sempronius blesus/Publius sura/Appius cento/Publius bibul⁹ Clau dius pulcher/Calphurni⁹ flamma/Corneli⁹ mammula/Fabius buteo/Claudi asellus/Centeni⁹ penula/Mālius valens/Valeri⁹ falco/ Asdrubal hedus/ Fa stius fullo/Licini⁹ tegula/Corneli⁹ merula/Fului⁹ nobilior/Bebius diues rius Luscus/Junctius calua/Ebutius carus/Pinari⁹ posca/ Muniti⁹ mellica ⁊c. Et ex Cicerone/Cansinius schola/Caius fimbria/Lucius murena/Marc co/Titus gutta/Fidiculan⁹ facnlo/Luci⁹ ocrea/Gellius nutricula/Cneus bo. C. Verres ⁊c. Ex tacito. Julius aquila/Julius montan⁹/Marius matur⁹/ danius costa/Villius vocula/Claudi⁹ sagitta/Juli⁹ tutor/Ex Plinio ⁊ alijs. Cal phurnius bestia/Antonius musa/Vinnius asella/Carullius ruga/Antoni⁹ Ca racalla ⁊c. Si quis habeat cognomen ab oppido: l; ne in abltō sic loqui? Petrus de bruxella/Egidius de Roma/Henricus de Gandauo/Minime. q: doctissimi ita nunq̄ locuti sunt siue cognomen fuerit siue patriū nomē. ⁊ hec est sufficientissima ratio. vt Jesus Nazarenus/Liui⁹ Patauinus/Petrus Hispan⁹/Cicero Arpinas Juuenalis Aquinas/Terenti⁹ apher/Judas Schariotes/ Comi⁹ Attrebas/nō de attrebatio apō Cesarē/Aristoteles Stagyrites/nō de Stagyria/Democrit⁹ abde

rites:nō de abdera: viri Niniuite: nō de Niniue: sic si recte velis loqui. Thomas Aquinas dices:nō de aquino:⁊ ita in reliquis. Licet ne dicere Petrus de pōte/Joannes de palude: de lapide ⁊c. Nō: q꞉ Cornelius tacit⁹ dicit Julius mōtanus: nō de mōte.nec quisꝙ veterū aliter locut⁹ est. Qđ si Neotericorū aliquē contra me cites nihil ages q꞉ reprehendēdus erit nō imitandus vel si Ualla ipse fuerit: aut picus:aut Politianus: qđ nō credo. Dic igitur cum doctissimis Joānes paludanus Paulus lapidanus. Henricus montanus. Petrus pōtanus ⁊c. nō de palude:lapide monte pōte ⁊c. Item dices Petrus pauo. Martin⁹ magister. Jacobus faber. Paulus albus ⁊c:nō pauonis: magistri:fabri:albi ⁊c. vt indocti loquūtur. De his sic scripsit Philelphus epl̄arū lib.vij.ad Andream alemannum. Quoniam te omni ex parte ⁊ castigatū in dicendo scribendoꝙ ⁊ perpolitū cupio: noli post hac qunꝫ vel de patria vel de familia mentionē feceris aut Bartholomeū de colle scribas: aut Andream de Alemanis. Qñ enim legisti vnꝙ: vel Hannibalem de Carthagine vel Publium de Cornelijs? Indoctorū hominū: aut arrogantium iste mos est qui vel vim istiusmodi prepositionis de:vt latinitatis grāmaticeꝙ ignari minus tenent vel sibi licere volunt quod ab omni vetustatis vsu est alienum. hec Philelphus orator ⁊ poeta clarissimus inter Neotericos.

*De ꝑpositione cognominibus nō cōgruere ꝑhilelphi verbis ꝓbat.

¶ Barbarorum contra dicta ratiuncule.

¶ Prima est hec. Arti prestat vsus: sed vsus cōis oīm theologorū iurisconsultoꝝ: ⁊ reliquorū artiū ꝓfessorū ponit nomen ⁊ cognomē in diuerso casu similiter nomē patriū in abltō cū prepōne de ergo ita loquendū est. Gregorius de Arimino. Petrus de aliaco. Henricus de Gandauo. Alexander de Halis. Martinus magistri ⁊c. Preterea Aristotelicū verbū est:loquendū est vt plures:sapiendū vt pauci.sed plures ponūt nomē ⁊ cognomē in diuerso casu.ergo contra regulam hāc ponēda sunt in diuerso casu. ¶ Rñdeo.illud axioma arti ꝑstat vsus vel vsus ꝑualet arti:si intelligat tā de indoctoꝝ vsu q̄ ꝓprie abus⁹ ē: ꝙ de vsu doctorum.oino negandū est.iam vulgi cōsuetudo nō vsus dicēda est:sed turpis abusus Itaꝙ nō vsus hꝫ sed abusus eiusmodi oꝛ̄ones: Hēricus de Gādauo: Gregori⁹ de Arimino ⁊c.q꞉ vsus est teste Quintiliano et doctorū cōsensus: vt vsus viuendi est cōsensus bonorū. docti nō Gregorius de Arimino dicēt: sed Gregori⁹ Ariminēsis vt Horati⁹ dixit Ariminēsis Folia. ¶ Instans.at summi theologi ⁊ iurisconsulti aliter loquūtur ꝙ ꝑcipis.an illos oim ignaros ⁊ indoctos fuisse dices? Minime. Q꞉ pulchre callebāt diuina mysteria ⁊ iura ciuilia ⁊c. verū nō cōtinuo latinitatis doctos fuisse dixerim. Ego aūt hic eos demū doctos voco: quibus optim⁹ veterū loquēdi modus nō est ignot⁹:reliquos in hoc opere semꝑ indoctos voco. ¶ Ad ratiōis tue firmamen sic rñdeo. Aristoteles nō voluit simpliciter loquendū esse vt plures. Sic em̄ barbare loquendū foret ⁊ indocte: q꞉ semper plures fuere indocti et Barbari ꝙ docti:sed vt voluit loquendū esse pl̄is vt plures in quib⁹ dissētiūt a vulgo. vt in dictionib⁹ plenus vacuus ⁊c.:ph̄s dicit nihil esse vacuū:vulgus aliter sentit. Preterea loquendū est vt plures docti loquuntur:vt doctissimi dicunt noceo te:noceo tibi:frons leta frons letus:careo te:careo tui.dignus honore:dignus honoris ⁊c. sed frequentius noceo tibi:frons leta: careo te:ergo ita sepius loquendum est.

*Docti q̄ vocent̄ ⁊ q̄ in hoc opere indocti

¶ Secūda ratiūcula:quam ipse faciam pro barbaris: quia (vt opinor)nescirēt ipsi tam bonā facere:est hec. dicit Gelius libro. xiij.ca.v. Is erat e Lesbo Theophrastus.i.theophrastus Lesbius.⁊ lib. xix.ca.j. Accedit ad Stoicū: Grecus quispiā diues ex Asia.i.diues Asianus. In eodem lib.ca.ix. Adulescens e terra Asia de equestri loco. Sidonius in laudibus Narbonis. Et tu qui Periandre de Corintho es. Terentius in and. Ex andro hec ancilla.i. hec ancilla est Andria. Item in Eunucho. Dixti cupere te ex Ethiopia ancillulā.i. ethiopissā. Ergo recte dicimus Joannes est de Gandauo. de Gallia ⁊c.

Periādre de Corintho es.

¶ Respondeo recte sic loquimur vbi verbū adest aut statim possit intelligi:⁊ tñ is loquendi modus etiam rarus est. Nunꝙ tñ inuenies talem ⁊c. Cicero de Arpino hoc docuit ⁊c.licet posses dicere Cicero fuit de arpino. multo tñ elegantius dices Cicero erat arpinas. Et melius interrogabis Cuias es: ꝙ vnde es tu:sic aliqñ loquuntur docti. Uergi. Qui genus? vnde domo? Et Terē.in Eunucho. Par. Quid virgo? Cuia est? Che.nescio hercule. Par.vnde est? Che. tantundem. Regius deridet enim quē dixit genitū ex hetruria.⁊ recte vt opinor: sed pergamus.

¶ Tertia ratiuncula est. Primo Maccabeorũ sic dicitur. Alexander Philippi rex Macedo. ecce cognomen in genitiuo contra regulam tuam. Preterea ratione ostendo male dici. Joannes lupus ⁊c. quia ibi sunt duo substãtiua ad diuersa pertinentia: quia lupus significat beluam ⁊c. Preterea argumentatio grammaticorum est penitus inepta dicentium. Authores nusq̃ dicunt: ergo hoc nõ est dicendum quia ab authoritate. negatiue inepta est argumentatio teste Aristotele. Multa certe fieri possunt que nulli hominum fieri posse dixerunt.

Alexãder Philippi.

¶ Ad illud Alexander Philippi/ Rñdeo. Philippi ibi nõ est cognomen sed patris nomen: ⁊ intelligitur filius. quo pacto recte loquimur vbi plures sunt cognomines ⁊ habẽtes idem cognomen Amphibologie remouende gratia. vt Hẽricus Joannis/ Hẽricus pauli: si filius meus henricus vocetur. ⁊ similiter filius Pauli fratris mei. hinc forte erroris radicẽ sumpserunt barbari. De hac re Seruiꝰ ait in illud Vergilij ene. j. Unius obnoxã ⁊ furias Aiacis Oilei. Figura est greca si dicamus Eneas Anchise: ⁊ subaudiamus filius. hac aũt figura vtimur circa patres: ⁊ circa maritos tantum: vt Vergilius Deiphobe Glauci. subaudit filia. hectoris Andromache intelligitur vxor. hec Seruiꝰ dicimus etiam. Eusebius Pãphili. s. amicus Teren. Uideo huius Byrrhiam: scz seruũ. notat hoc Nebrissensis. ¶ Ad priorem confirmationem: cognomen ⁊ nomen nunq̃ pertinent ad diuersa quia quũ Joannes lupus dicis: iam lupus nõ significat bestiam sed hominẽ vt patet ex testimonijs e Liuio adductis. ¶ Ad posteriorem confirmationem Locus ab authoritate omniũ negatiue optime valet in grãmatica. Et ratio est: quia grãmatica ex doctissimorũ authoritate tota pendet nõ ex rationibus: at Analogia sine authoritate teste Quintiliano lib. j. de institu. ora. Cui consciuit Priscianus in examine dicens Quãuis regula cõcedat dicere: tñ nisi in vsu inueniamus authorũ nõ temere debemus proferre. Idẽ lib. vij. Oportet scire analogie rationem: vsum tamen authorum magis emulari. Ideo bene dicit Georgius Ualla lib. xxxj. ca. xvj. Nulla disciplina minus rationis ⁊ plus obseruationis habet q̃ grãmatica. Et ca. xvij Obseruatione opus est grãmatico: vt quicquid cõpererit a claris eloquẽtie viris dictũ id ratum indubitatũq; putet latine dici posse. Hec ille. Ergo etiã quicquid apud nullum eloquentem reperitur id recte dici iure negabis. ¶ Nomina neutri gñis possunt ne fieri cognomina: vt Petrus/ scamnũ? Possunt. Cicero de claris oratoribus ad brutũ. Tum etiã eloquentẽ constat fuisse. P. Scipionem Nasicam: qui est Corculũ appellatꝰ. In eodẽ. Est illustre nomẽ. P. Scipionis qui bis consul fuit qui est Corculũ dictꝰ. Raro tñ id reperies adeo vt apud Liuiũ mutetur terminatio veluti Fabius dorsus nõ dorsum. Minutius melliculus nõ melliculũ. Apud grecos neutra appellatiua sepe abeunt in propria. vt Glycerium. Pegnium: Erotium ⁊c.

Analogia.

*Grãmaticus quid habeat obseruare.

Corculum

Cognomina ex barbaris.

¶ Quomodo e Barbaris cognomina facimꝰ? Si eadẽ ꝓpria sunt ⁊ appellatiua: capiemus latina synonyma: vt Jan de langhe. Joãnes longꝰ. sic Petrꝰ niger: Paulus rex: Egidius scorpha: vt Tremeliꝰ scropha. Sergius orata. Bartholomeꝰ scala. Si significatio penitus sit ignota: nec apud latinos synonymũ habeamꝰ: detorquebimus ad formã latinã vt poterimus suauissime. nec tñ a vernaculo longius recedemus ita docet doctissimus vir Desyderius Erasmus: veluti Despauter Despauterius. Dorp dorpius: ⁊c. Idem faciendũ censeo in Pagorũ nominibꝰ vt Hazebroca: Steinnordia: Hondega: Licet e greco fonte quidã detorquere malint: vt Cynopagus: Lycopagꝰ: qd in quibusdã forte fiet nõ indecore. Uideamꝰ qd de his sensit Hermolaus Barbarꝰ vir vndecũq; doctꝰ. Is itaq; in quintũ Plinij de natu. hist. ca. xiij sic ait. De paradiso quoq; fit hic: ⁊ a Strabone mentio apud quẽ imperite vt multa viridariũ verterũt: nõ q paradisus viridariũ hortũq; nõ significet sz qd noia oppidorũ ꝓpria sicut hoim: q̃cũq; lingua retineri solẽt. q̃ igit absurdũ esset: Gregoriũ Theodoruz Phronicũ noiare. Uigilantiũ. Deodatũ: prudẽtiũ: tãtũdẽ ⁊ hoc. Etiã si Laurẽ. Ualla hõ alioq̃ optime de sermone Romano meritꝰ: ꝓmõtoriũ in Peloponneso Ichthyn Plinio Ptolomeoq; appellatũ: ipse apd Thucydidẽ lib. ij. piscẽ trãstulit. Eadẽ ratio eoꝝ est q̃ herbis aut aialibus q̃ veteres grecis noibꝰ vsurpãt: ipsi latina imponũt vocabula: qd mihi nũq̃ ꝓbatũ est vbi nulla cogat necessitas hec barbarus in qbꝰ Ualla nõ iniuria taxat: q̃ Barbaro suffragat in scdam Joannis cuius initiũ est Senior electe dñe. Cur nõ p̃sbyter electe dñe? (inquit Ualla) nã hũc Joãnem negat Hieronymꝰ esse euãgelistã. sed aliũ cognoie p̃sbyterũ. Hoc Ualla. non

Propria in trãslatiõe maneãt.

Paradisꝰ.

errant igitur dicentes lansgius: barbirius: licet (q2 nõ idem censeo barbaris quod de grecis) aptissime dixerint. Joannes longus. Jacobus tonsor.

¶ Utrum Guarinus an Uarinus dicendũ sit? Quintian⁹ deridet eos qui Guarinus dicunt: q2 gu apud latinos inquit vt u perdat vim lr̃e nunꝙ est dictionis principiũ. de Guarinus facile cõcedo: q2 videt̃ a varus varin⁹ dici debere: vt a Quint⁹ quintinus. In ceteris nõ videt̃ mihi Quintiano assentiendũ. Nã vilielmus/vido/valterus ꝛc. nõ ita mihi placẽt: q2 licet gu ꝛ u sit liquidũ non facile mere latinos reperies in principio dictionis: tamen nõ videtur mihi negandum e barbarie ascitis vt ponatur gu pro vv. qđ Tortellio etiã placuit: vt Guilielmus/Guido/Gualterus/Guinnoc⁹/Gualerãd⁹. Et sil'e vnũ reperi apđ Titũ Liuium Guisco. ¶ Mulierũ cognoia in a fere desinunt: vt a Paulus paula. sic Joannes Joãna. Jacobus Jacoba nõ Jacomina vt indocti loquũtur. ¶ Cognoia aliqñ similia sunt appellatiuis: vt Scipio. musa ꝛc. Sepe sunt denoiatiua vt mõtanus/ Torrentinus/ Ciprianus/ Capito/ naso/ piso/ messalinus ꝛc.

va añ gua an vva scribendum. Guarinus Uarinus. * Jonianus pontanus Quintiano cõcinit: q̃ varinũ a vario dici ꝯtẽdit Guinnoc⁹. Cognoia similia appellatiuis;

¶ Concordantia Relatiui ꝛ antecedentis.

Pone relatiuum cum precedente in eodem
Et genere ꝛ numero: necnon persona in eadem.

¶ Relatiuũ ꝛ añs cõcordant in gñe nũero ꝛ ꝑsona. vt ego gaudeo q̃ locupletib⁹ genit⁹ sum. nõ fles tu qui amisisti patrẽ. video pauperẽ cuius misereor. pater est quẽ diligo. ꝛc. ¶ Quare posuisti particulã in persona quã plurimi omittunt ꝛ omittendam esse dicunt. Inter quos Aldus est. Q2 licet relatiuũ per se nullius sit ꝑsone: tñ statim vt cũ añcedente ponit̃: capit añcedẽtis ꝑsonã: ꝛ ita semꝑ cõueniũt in persona: ideo dices. Tu laudandus es qui studes: nõ qui studet. q2 sic vel relatiuum ab añte vel verbũ a noiatiuo a fronte recto in ꝑsona discordaret. Aldus ergo vult relatiuũ ex se nõ esse eiusdẽ persone cũ añte: q2 ex se ꝑsonã h3: sed eam ab añte recipit. ¶ Argumentor. Regula apud grãmaticos. Omne nomen: omne ꝓnomen: ꝛ omne participiũ est tertie ꝑsone preter ego qđ est prime: ꝛ tu cũ omni vocatiuo secunde: ergo qui que qđ sunt solũ tertie ꝑsone. ¶ Rñdeo. regula illa intelligit̃ solũ de finitis: iam q̃ que qđ sunt infinita q̃ nõ recipiũt ꝑsonas teste Donato. Aldus dicit etiã nulla adiectiua per se recipere ꝑsonas: sed eas habere a substãtiuis. De quibus relatiuis intelligitur regula solũ de qui que quod: ille: ipse: is: ꝛ si quando referãt iste hic. Particulam personam mecum ponit Franciscus Niger.

¶ Relatiuum quid: et quotuplex.

Relatiuũ

¶ Relatiuũ quid est? Ante late recordatiuũ. i. Relatiuũ est dictio cui ex ꝓpria significatione ꝯuenit de re añ dicta mentionẽ facere. vt q̃: que: qđ. Laborauit quidã magne estimationis apud nostrates: quõ posset a definitione hãc dictionẽ Socrates excludere. Nã si dicas Socrates comedit: ꝛ Socrates fabulat̃ hic Socrates scđo loco positũ est recordatiuũ rei ante dicte. ideo vt excluderet repetiuit definitũ in definitione. Deinde adiecit grãmaticale vt excludat a definitione dictionẽ pater. nõ meminissem de re tam friuola nisi eiusmodi apine essent in vulgus edite. Si dicas/ Petrus currit q̃ petrus studet (ꝛ si inepte ita loquaris) adhuc relatiuũ est q̃: nõ petrus. ꝯtra quorundã nugas. Similiter si dicas. Studeo pecunie: quã rem multi cupiunt: q2 semꝑ fit per qui: que: qđ mentio de re añ dicta

¶ Quotuplex est relatiuum? Duplex. Substantie et accidẽtis.

Relatiuũ substantie

¶ Quod est relatiuũ substantie? Qđ refert añcedens substantiuũ. vt habeo lib2u3 quem queris. Da relatiua substãtie? qui: que: qđ: is: suus: ipse: sui: ille: idem: alius: alter: reliquus: ꝛ cetera ceterũ. Noiatiuus quis ꝛ quid nunꝙ relatiue capitur. ¶ Quotuplex est relatiuũ substantie? Duplex. Quomodo? similitudinis et diuersitatis. Quod est relatiuũ substãtie similitudinis? qđ idem cũ suo refert añcedñte. et sunt hec. Qui: que: quod: is: suus: ipse: sui: ille: idem.
¶ Quod est relatiuũ diuersitatis? qđ refert añs diuersum a consequente cu3 quo concordat sub eodem genere vel specie. vt amo laurum ꝛ ceteras arbores. ex quo infertur laurum esse arborem. ¶ Da relatiua diuersitatis? Alius: alter: reliquus;

* Relatiui substantie sectio

cetera ceterum: quia ceter aut ceterus non dicitur.

¶ Relatiuum accidentis quod est? Quod refert ãtecedens adiectiuũ, vt qualis: velut sum albus: qualis est pater. Da relatiua accidẽtis. Qualis/quãtus/quod/quotus/quotẽnis/quotenus/quotuplus/quotuplex/cuius/cuias. Poni. hec Priscianus. Ego tamẽ apud veteres nondũ inuentus quotenus/quotuplus/nec quotuplex nisi apud grãmaticos nostros cũ quibus: quia vsui est: vtar quotuplex. de quotenus dicam alibi. Tantus talis. &c. nunq̃ tamen inueni totuplus totuplex &c.

¶ Tale aliquando pulchre subticetur. Quintilia. lib. vij. Quis enim nõ faber vasculum aliquod quale nunq̃ viderit/facit.

¶ Intelligitur ne regula nostra etiã de relatiuis accidentis? Non. Cur ita? Quia semper cum sequenti concordant. vt Catharina est pulchra qualis est eius filius: vel quale est eius mancipium. Lancilotus credit nõ posse esse discordiam in casu Ego tamen auderem sic loqui Rex noster est iustus: qualem vellem esse Cesarem. Ouidius. j. tristi. Uade sed incultus: qualem decet exulis esse. ¶ Argumento: contra hec. dicit Hora. in epodo. Sed incitat me pectus: & mãme putres: equina quales hubera. hic relatiuũ accidentis quales discordat a sequenti/pectora: quod est contra te: quia debuisset dicere qualia. ¶ Respondeo. Horatius vsus est licentia poetica nobis non imitanda: nisi tam parce in simili opere. semper memineris non eadem omnibus licere: nec conuenire.

Quales vbera

Ãtecedens sine verbo.

¶ **Cur relatiuum nõ cogitur cũ antecedente cõcordare in casu?** Quia a diuersis casibus plerũq; reguntur. ¶ Cognatur ne aliquando in eodẽ casu poni? Etiam. Quãdo? Quũ antecedens absolute .i. sine verbo ponitur. vt relatiuum habeat locum. Exempla sunt. Uirga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. In purgatorio degentium misereor eorũ. Habitãtibus in vmbra mortis lux orta est eis. Uer et estatẽ tu plasmasti ea. De ablatiuo. Cicero. j. officio. Ludo autem et ioco illis quidem vti licet. sed sicut sopno. Uocatiuus nunq̃ cũ relatiuo in casu cõuenit. ideo de illo nõ est dandũ exemplũ: licet zenderus posuerit/ Gloria tibi domine qui natus es &c. In illo aũt Psal. x. Dñs in templo sctõ suo: dñs in celo sedes eius. Uerbum antecedentis intelligitur: & dñs vehemẽtioris laudis grã reperit. Memini tñ in sacris legere. vbi antecedente absolute posito fuerit in casu discordia: quod notandum est nõ imitandũ: vt alia pleraq; in sacris veluti iamiam declarabo.

Relatiuũ sine antecedẽte expresso.

¶ **An relatiuũ aliquando locatur sine antecedente? Etiã.** Quando? Quum odij causa aliquẽ noiare nolumus aut quia rem notissimam putamus. Prioris exemplũ: Dicit Juno de Semele pellice. Ipsa petenda mihi. ipsam si maxima Juno Rite voco: perdam. posterioris exemplũ in euãgelio Joãnis. Dñe si sustulisti illũ dicito mihi vbi posuisti eum. Aliqui tamẽ dicunt, ipsam & illũ capi demonstratiue. Da simile exemplum de qui/que/quod. Nullũ datur. Cur ita? Quia qui/que/quod & omnia relatiua incipientia a q vel c per coniunctionẽ copulatiuã resoluuntur orationes coniungentẽ: que sine duobus verbis poni nõ põt: est tamen vbi resoluere nequeas: & nihilominus duo verba erigunt: vt omnis homo qui peccat: male facit. ¶ Eleganter interdum antecedens intelligitur. Juue. Sunt quibus est sola viuendi causa voluptas. Hora. Argentum vestes getulo murice tinctas. Sunt qui nõ habeant: est qui non curat habere.

¶ Multiplex regule oppugnatio.

Bñdicite aq̃ q̃ sunt.

** Poetis pmittit q̃ nõ oratoribus quod et asserit Ualla.*

¶ **Prima. Dicit Hieronymus in Cantico triũ puerorũ. Benedicite** dño oẽs aque que sup celos sunt. hic ãtecedens est scde psone: relatiuũ õ tertie quod indicat verbũ tertie psone sunt. ergo regula non est in oibus vera. Respondeo illa oratio & si qua inueniatur similis nõ est nobis imitanda licet ob reuerentiã sacre scripture nõ debet dici omnino incongrua & barbara. Jam regula intelligitur orationibus nulli prohibitis. Ualla dicit interpretẽ ibi deceptum esse: quia nõ callebat proprietatẽ grece lingue. Sic alibi. In atrijs tuis hierusalen. Hierusalem que edificatur vt ciuitas pro que edificaris. Si qd tale inueniatur in poetis: erit sub grãmatica phibitiua: quia aliquid pmittitur parce poetis quod nobis in epłis & quotidiano sermone phibetur. Donatus. Per personas fiunt soloecismi sic. Danai qui parent Atride: q̃s primum in arma sumite. Propter dicta ponam questiunculam

¶ Utrũ ex sacris ad congruitatẽ probandã authoritas sit efficax? Nõ. qđ probo dupliciter. Pri⁹. Quia theologie scriptores aliqñ ex industria soloecissant: vt rusticã concionẽ facil⁹ doceãt. Posteri⁹: q: ex ignorãtia nõnunq̃ inepte loquũtur. Quõ pbas hec? Quia in prologo bibliorũ dicit beatus Hieronymus Nolo vt offendaris in scripturis sanctis simplicitate: ⁊ quasi vilitate verborũ que vitio interpretum: vel de industria sic prolata: vt rusticã concionẽ facilius instruerent. Audi Hieronymum dicentẽ sacram scripturã plerisq̃ in locis vitio interpretum male esse translatã. Quinetiã (vt Nebrissensis notauit) btũs Hieronym⁹ dicit btm̃ Paulũ aliqñ inepte loqui propter imperitiã artis grãmatice. ait p̃terea Hieronymus ad Pãmachiũ Ecclesiastica interpretatio etiã si habet eloquij venustatẽ dissimulare eam debet ⁊ fugere vt non ocyosis phorũ scholis paucisq̃ discipulis: sed vniuerso loquat̃ hoim generi. Et diuus Gregori⁹ ad Leandrũ epm̃. Indignũ vehementer existimo vt verba celestis oraculi restringã sub regulis Donati. Seuerus Sulpitius in epistola de vita diui Martini. Apud me ipse didici: vt soloecismis nõ erubescerẽ. hec illi q̃ ne ita intelligas: vt credas. Hieronymũ/ Gregoriũ/ Sulpitiũ/ adeo discessisse a Donati Regulis: vt aliter q̃ ille: aut noia: aut v̾ba declinarent vtq̃ passim more neotericorũ: barbarismos ⁊ soloecismos eructarẽt: aliena latinis frequẽtissime admiscentes: quin cotra; perq̃ elegãter vndiq̃ ferme scripsere. Sed donati figuras ⁊ differẽtias dictionũ in expositone Terentij supstitiose obseruare indignũ iudicauere. Preterea ex humilitate ⁊ modestia se ornatũ sermonis nõ querere aiebant ⁊ (vt vno verbo dicã) multo pulchri⁹ scripsere: q̃ scripsisse voluere videri. Nostri aũt barbari etiã si vellent recte scribere nequirent. Ecce btũs Paul⁹ elegãtissime scripsit: ⁊ tñ ex humilitate se imperitũ sermone appellat Uñ btũs Hieronymus libro contra Iouinianũ capite quarto ait. Quid ais apostole? Nõ tibi credo dicenti: ⁊ si imperitus sermone: nõ tñ sciẽtia. Quõ illud de hũilitate descendit. Qui nõ sum dignus vocari aplus. Et mihi minimo om̃ aplorũ: ⁊ tanq̃ abortiuo: sic ⁊ hoc humilitatis signũ puto. Nosti sermonum proprietates Quamobrem ⁊ de Epimenide: ⁊ de Menãdro: ⁊ de Arato. quedam sumis testimonia vbi de continentia loqueris: ⁊ virginitate. hec Hiero. Adijciam qđ Ualla sentiat. Eatenus (inquit) sacra scriptura authoritatẽ habet: quatenus a veterum consuetudine nõ desciscit: multa de hac re ait in Mattheũ quibus supersedeo. Si dicas sanctos viros fuisse ergo imitandos. Si de vita loqueris concedo: si de sermone abnuo: quia memorie mandandũ est hoc distichon. Grammatice leges plerũq̃ ecclesia spreuit. Tu viuendo bonos: scribendo sequare peritos.

cõgruitas ex sacris si probatur. Ualla in p̃emio q̃rti elegãtiarũ ita de sacris doctoribus dicit Hilarius Ambrosi⁹ augustin⁹ Lactanti⁹ Basilius/ gregorius Chrisostom⁹ ⁊ aliq̃ plurimi q̃ in om̄i etate p̃ciosas illas diuini eloquij gẽmas auro argẽtoq̃ eloquẽtie vestiert

¶ Secũda oppugnatio. dicit Cicero. Qui virtute preditus est suis rebus cõtẽtus est: qđ est diuinarũ ppriũ. hic relatiuũ qđ nõ cõcordat cũ antecedente in genere: q: nihil precedit qđ est neutri generis. ¶ Rñdeo. Ibi est debita cõcordantia relatiui ⁊ antecedentis: q: añcedens est cõtentũ esse suis: nam sensus est hic suis rebus cõtentus est: qđ cõtentũ esse suis rebus. iam cõtentũ esse est neutri gñis: q: ois infinitiuus loco nois est neutri gñis. ¶ Argumentor. Nullus ponebat̃ infinitiu⁹: ergo nõ erat antecedẽs. ¶ Rñdeo. licet nõ ponebat̃ per se: tñ ponebatur per suũ indicatiuũ: siue cõdeclineũ: ideo nõ est hic simile. vidi Gandanũ que est pulchra nauigo Lisam qđ est amenũ: q: hic antecedens: nec scđm se: nec scđm condeclineum ponitur. Dices ergo recte Studes: qđ est vtile qđ scʒ te studere. Da similes orationes. Tu piger es qđ vitupero. Fugis qđ mihi procul absit. Epicur⁹ ponit felicitatẽ in voluptate qđ ceteri nõ faciunt. Paulus. Super oĩa hec charitatem habete quod est vinculum perfectionis. Terentius. In tempore ad eam veni qđ est omnium primũ. Idẽ. Quod isti fortunatũ putant vxorem nũq̃ duci. Si tibi (qđ minime velim) mali quippiam obuenerit opem ferã. ¶ Licet ne ita nobis loqui? Maxime. quia passiʒ eiusmodi loquutiones occurrunt. nõ dicas relatione fieri ad adiectiuum sed ad infinitiuum cum adiectis.

relatio ad infinitiuũ et cõdeclinea eius.

¶ Tertia oppugnatio. dicit Plinius. xvij. natu. histo. ca. xxiiij.

¶ Adurit lactescẽtes geminũ oculos qđ in flore carbũculũ vocãt. hic relatiuũ qđ discordat ab antecedente oculos in gñe ⁊ numero: ergo regula est falsa. ¶ Rñdeo regula intelligitur de relatino capto adiectiue. hic aũt qđ substantiuat̃ in neutro gñe pro que res. Licet ne nobis ita loqui? Licet si id parce⁹ facimus ⁊ in sili modo

Quod pro que res.

loquendi: vt apud eundē lib. xviij. ca. vj. Nube grauida candidāte (qđ vocāt tempestatē albam) grādo imminebit. ¶ Rarior est modus loquēdi Sallustij in cati. Interea seruitia repudiabat cuius initio magna copia ad eum concurrebat. Sic legit Priscian⁹ & exponit cuius substātiue pro cuius rei: vulgaris impressio habet quorum. Similiter apud Terentiū. Qui haberet salem quod in te est. Quod substantiuatur pro que res. potes intelligere: quod scilicet salem habere: nō autem quod sal: quia potuisset dicere optime qui sal: vt probaui in generibus. Similiter capit qđ pro que res apud aplm. Omnis fornicator aut immundus: aut auarus: qđ est idolorū seruitus: nō habet hereditatē in regno xpi dei. grece est qui est idolorū seruus teste Valla: vt ad Collocēses: quibus voluit deus notas facere diuitias sacramenti huius in gentib⁹ qđ est xps. grece est qui teste Valla. In actib⁹ aposto. Quē deus suscitauit a mortuis: cui⁹ nos testes sumus. Cui⁹ scz rei. In euang. Diabolus est mendax: & pater ei⁹ scz mendacij: aut mēdacis. Omnis mendax est fili⁹ diaboli.

Seruitia cui⁹ copia.
Salem qđ
* Qđ pro que res accipitur.

¶ Quarta. dicit Boetius prosa sexta secundi libri. Quid vero (si spectes corpus) imbecillius homine reperire queas? Quos sepe muscularū quoqꝫ morsus: vel in secreta queqꝫ reptantiū necat introitus. hic antecedens hominē discordat a relatiuo quos in numero: ergo regula non est in omnibus vera. ¶ Respondeo quos nō refert singulare homo: sed plurale homines: quod per singularem infinite sumptū homine satis intelligitur. ¶ Licet ne nobis ita loqui? Etiam tamen parce in tali opere: nō in quotidiano sermone aut epistolis. Da similes orationes. Verg. in. vij. ene. Fulmen erat toto genitor que plurima celo Deijcit in terras. que scilicet fulmina. Cice. pro Milone. Si tempus est vllū iure hominis necandi (que multa sunt) certe illud nō modo iustum verumetiam necessariū quum vi vis illata defenditur. Non abhorret ab hoc loquendi modo Liuianū illud octaui quarte decadis. A velitibus trucidabantur. hic miles trepidalem parmā habet: quia milites pro militibus poete & historici sepe dicunt: ideo ad plurale nō inepte fecit relationem vel demonstrationem singularem: tamen nisi addidisset miles: non hic sed hi dixisset: hic certe aliquando est relatiuum substantie similitudinis.

Hoīequos

¶ Quinta. dicit Terentius in Eunucho. Eunuchū dixti velle te: qꝛ sole vtunꝰ his regine: hic antecedēs Eunuchū discordat a relatiuo his in numero: ergo regula nō est semp vera. ¶ Rñdeo. his nō refert Eunuchū: sed intelligit delitijs teste Donato: qꝛ sensus est. Eunuchū dixti velle te qꝛ sole vtunꝰ his. i. talibus delitijs regine: & est oratio ꝯgrua sensu nō voce. regula aūt intelligiꝰ de orationibus voce ꝯgruis. ¶ Licet ne nobis ita loqui? Non. nisi parce in simili ope. Da pares oroes relatiui & antecedētis tm̄ sensu cōgruas. Teren. in ꝓlogo eunuchi. Si quisqꝫ est qui placere se studeat bonis q̄ plurimis & minime multos ledere: in his poeta hic nomen profiteꝰ suū dixit his pro talibus aut qꝛ quisqꝫ ad multos ptinet. In eadē comedia. vt dij deeqꝫ oēs seniū perdāt. qui me hodie remorat⁹ est: ad intellectū retulit teste. Dona. qꝛ seniū posuit: & ad senē respexit. Sic in andria. vbi illic est scelus qui me ꝑdidit. Donat⁹ ad intellectū: nō ad verba redegit & cepit scelus pro scelest⁹. In Ver. Quin tu aliquid saltē poti⁹ quorū indiget vsus. Viminib⁹ mollibusqꝫ paras detexere iunco. Antecedens nō est aliquid sed intellectū eorum: vel horum.

Eunuchū his.
Seniū qui
Scel⁹ qui.
Aliqđ quorum.

¶ Sexta. dicit Ennius apud Diomedem. Quis tu es mulier qui te insueto nuncupasti nomine. Antecedens mulier dissimile est relatiuo in genere: ergo doctissimi non obseruant regulam tuam.

¶ Respondeo. Ennius teste Diomede fecit soloecismum nobis non imitandum. quia posuit qui pro que. Quedam aūt licent summis que non vulgo. Potes etiam dicere qui olim fuisse communis generis: vt Quis.

Mulier q̄.

¶ Septima. dicit Vergilius. Celeresqꝫ sagittas corripuit fidus que tela gerebat achates: hic antecedens sagittas discordat a relatiuo que in genere nec licenter locutus est: qꝛ nō licuit dicere. quas tela. Ergo regula nō est semp vera. ¶ Rñdeo. Regula intelligiꝰ qñ relatiuo nō additur aliqđ immediate: vt substantiuū adiectiuo: qꝛ sic relatiuū antecedēti nō cōueniet: vt dicta authoritate & oibus italoqui licet. Cesar primo de bello ciui. Interim Cesari nunciaꝰ Sulmonēses (qđ oppidū a Corfinio septē miliū interuallo abest) cupere ea facere qu[illegible] ellet. [illegible] oppius de bel. hispa. Quatuordecim milia Versalonē ꝓficiscunꝰ: qđ oppidū m[illegible]

Sagittas que tela.

tionibus contiñebatur. Hora. satyra.vj. de patre suo optimo loquens. Ipse mihi custos incorruptissimus oẽs Circũ doctores aderat. Quid multa? pudicum.(Qui primus virtutis honos)seruabit ab omni. Nõ solum facto verũ opprobrio quoqꝫ turpi. Ordina.qui honos virtutis est primus:vel(quia in concreto abstractum intelligitur)qui pudor est primus honos virtutis.hoc magis placet.

¶ Octaua. Legimus in euãge. Inuenim⁹ Messiã:quod interpretatur Christus. Tu vocaberis Cephas qđ est Petr⁹ hic antecedẽs ꝛ relatiuū dissimilia sunt in gñe: et apud Ouidiũ in numero. Ex vero positum permãsit equiria nomen. Que deus in cãpo prestitit ipse suo: est in fine.ij. fasto.ergo regula non est semꝑ vera. ¶ Rñdeo:nulla est discordia. qꝛ nõ refertur ãcedens pro re sed pro voce:siue materialiter.iam dictio materialiter posita est neutri generis. et sensus est.inuenimus Messiã:qđ nomẽ siue vocabulũ Messias interpretaꝛ Christus. Tu es Cephas:qđ nomẽ Cephas est.i.interpretatur Petrus. Cõtrario modo in Ouidio antecedens capitur materialiter:sed refertur pro re siue(vt dialectici nunc loquũtur)personaliter:ꝛ sic est pluralis numeri neutri generis:ꝛ nulla est discordia ¶ Licet ne nobis ita loqui? licet ꝑfecto oĩbus: qꝛ sepe ita loquunꝛ doctissimi. Da plura ex sacris exempla. In euangelio. Jesus dixit surdo ꝛ muto effeta qđ est aperire. Rabbi qđ interpretatur magister. Crucificerunt eũ in Golgota: qđ est Caluarie locus. Similiter dices. Beatis dat de⁹ aureolã:qđ ab auro đr.sic Jesus interpretaꝛ saluator q̃ nos saluauit. ¶ Qualis relatio est in dictis orõnibus? Simplex. Cur? Naꝫ relatiuũ substantie nõ accipitur pro eadẽ re numero cũ ãcedente Nã antecedens capiebatur pro re relatiuũ pro voce aut cõtra. ¶ Quotuplex est relatio? duplex: vt Alexander vult: simplex videlicet ꝛ ꝑsonalis. ¶ Que est relatio personalis? vbi relatiuũ pro eadem re capitur cũ antecedente si substantie fuerit:nec diuersitatꝭ: nec reciprocũ.vt studet Baloinus quẽ amo. ¶ Que est relatio simplex siue impersonalis? In qua relatiuum substantie similitudinis nõ reciprocum nõ capitur pro re eadẽ numero cũ antecedente : vt habeo librũ quẽ emisti.i. qualem. ¶ Quot modis fit relatio simplex? Quinqꝫ. Primo vbi relatiuũ ꝛ ãcedẽs capiuntur pro rebus specie eisdem:siue vbi qui capiꝛ pro qualis: is vel ille pro talis vt bibo vinũ qđ tu bibis.laboro eodẽ morbo quo tu.ꝛ si Alexandro credimus. Femina clausit vite portã que reserauit vt antecedens de Eua:relatiuũ de Maria intelligatur. Crucius noster negat eiusmodi loquendi modũ reperiri: cui facile assentior. ¶ Secũdo vbi ãcedens pro re capiꝛ:relatiuũ pro voce.vt dat deus aureolã:qđ ab auro đr. ¶ Tertio vbi antecedẽs pro voce capiꝛ:relatiuũ pro re. vt ab equis equiria deriuaꝛ que iuuat nos viuere. Jesus interpretaꝛ saluator: qꝛ per eũ mundus saluatus est. ¶ Quarto qñ ãcedens est equiuocũ.i.plura significans et ãcedens capiꝛ pro vno significato:relatiuuꝫ pro alio.vt sunt dñi que nos fecere manus crucifixe:ibi antecedens capiꝛ pro parte corporis Christi: relatiuũ pro potestate diuina:qꝛ man⁹ membrũ ꝛ potestatẽ significat. Cice.in Catillinã orõne tertia. Tacitus est etiã ille qui hanc vrbẽ condidit Romulus.ãcedens capiꝛ pro statua:relatiuũ pro homine. ¶ Quinto vbi relatiuũ ꝛ antecedens capiunꝛ indefinite ꝛ pro natura magis q̃ determinate pro indiuiduis.vt cuncta timent hominẽ.qꝛ presidet ille creatis. ¶ Licet omnibus vti is modis. An sint cõtra regulas logice ne curet grãmaticus. zenderus adijcit duos modos sed falsi sunt. Quis enim ita loquitur: hõ currit qui est spẽs:hõ est species q̃ currit. Possem plures oppugnationes facere: de regula indifferentie/cõceptione/zeumate ꝛc.ꝛ de hac ꝛ similibus:legis scripta mea qui studo ꝛc. quibus supersedeo:quia studiosus adulescẽs ipse per se faciet: vbi audiuerit nominatiui:et genitiui regimen: vt ex regulis sequuntur.

Messiam

Relatio simplex.

*Relatio simplex q̃t mõis fiat.

¶ De relatiuo regula oratoria.

Quando relatiuo precedens subdis: eodem
Ponatur casu: quia verbo dantur eidem.
Quem scribo librum bonus est: ornatius aio:
Quam librum quem:nam raro reperimus in vsu.

¶ Quando relatiuũ qui/que/quod: preponit antecedenti sic vt antecedẽs cuz eodem verbo construatur: latine ꝛ eleganter in eodez ponũtur casu. vt Quas ad me dedisti literas fuerunt elegantes ꝛ iucunde. Quam legis historiam est lepida. ponit hanc regulã Ualla ꝛ doctissimi quiqꝫ. Est ne aliquid in hac regula vitij? nihil penitus: sed multũ elegantie. ¶ Argumentor. Per hanc regulam verbũ personale finiti modi habet accusatiuuz ante se pro nominatiuo. vt Quas ad me dedisti literas fuere lepide: ecce literas fuere: pro litere fuere: et literas lepide: pro litere lepide: contra regulam adiectiui ꝛ substantiui. ¶ Respondeo. antecedens explicite positum adheret relatiuo: ꝛ ab eodem regitur verbo. vnde nihil est vitij: quia in secundo verbo nominatiuus facile intelligit: vt in adiectiuo substantiuum. vt Quas literas ad me dedisti: supple he litere fuere lepide ꝛc.

¶ Da testimonia siue exempla huius regule: ex bonis authoribus. Terẽt. Quas credis esse has: non sunt vere nuptie. Naso. Cecidere manu quas legerat herbas. Idem. sub qua nunc recubas arbore: virga fuit. Terẽ. Populo vt placerent: quas fecisset fabulas. Quint. Non sustineo eosdem expetere: ne quos porrexerim cibos venena fiant. Sic in sacris. Quem ego decollaui Joannem surrexit a mortuis. Debet antecedens cum relatiuo construi: teste Donato: in illud Populo vt placerent ꝛc. ideo inepte diceres. Quas ad te dedi fuere literas ornate.

¶ Si antecedens in eodez casu precedat: erit ne oratio cõgrua? veluti librũ quem scribo bonus est. ¶ Respõdeo. talis oratio erit congrua: non tamen elegans: qꝛ apud latinos raro reperitur: nec vtimur in quotidiano sermone aut epłis: lꝫ Dathus has a ceteris non secernat. ¶ Argumentor. Talis oratio peccat contra regulã verbi ꝛ nominatiui: similiter adiectiui ꝛ substãtiui: qꝛ añcedẽs respicit scd̃m verbũ: vel adiectiuũ. ꝛ relatiuũ cum suo verbo facit parenthesin sic. Sermonem (quẽ vos audistis) non est meꝰ. ergo talis oratio nullo modo est tolerãda. ¶ Respondeo ꝑm multos concedendo eiusmodi orationes peccare ꝯtra dictas regulas: qꝛ est antiptosis: tñ sunt tolerande: ꝛ latine dicende: ꝓpter anthoritatẽ vsu[r]pantium. Et sunt exceptiones a regulis adiectiui ꝛ verbi. raro tamen imitabimur. ¶ Alij inter quos Donatus construũt antecedens cuz relatiuo: ꝛ in secundo verbo debitum casum intelligunt: vt in regula oratoria: ꝛ est loquendi modus frequens apud grecos quos parce imitantur latini. Nimis vero sepe hagiographi.

Latini parce grecos in his locutionibꝰ imitantur.

¶ Da authoritatem. Plautus in amphi. Naucratem quẽ conuenire volui: in naui non erat. Cõstrue. quẽ Naucratem cõuenire volui: is in naui non erat. Astipulatur huic opinioni Bernardus Sarracenꝰ: vt multi alij. Idẽ in asinaria. Patronus qui vobis fuit futurus perdidistis. Ordina sine parẽthesi. Qui patronus fuit vobis futurus eũ perdidistis. Sic in Aulula. Pici qui aui eos montes colunt: ego solus supero. Et in Curgu. Istũ quem queris ego sum. Gellius li. ij. ca. xxix. Cognati ꝛ affines operam quã dare rogati sunt supersederunt. Ordina. Quã operam rogati sunt ea supersederunt. Id nimis frequẽs est in sacris: vt in Euage. Sermonem quem audistis nõ est meus: sed eius qui misit me patris. Hunc quez modo habes nõ est vir tuus. vnctionem quam accepistis maneat in vobis. Jesum quem queritis non est hic: surrexit. In psal. Lapidem quẽ reprobauerũt edificantes hic factus est in caput anguli. Et in Genesi. Terrã quam postulas quadringẽtos siclos argenti valet. ita legunt. At in libro meo est terra nominatiuꝰ: ꝛ sic grãmatice loquimur. Liber (quem scribis) bonus est. ¶ Ualla in illud Joãnis Sermonem quẽ audistis non est meus. Nõ possum inquit adduci vt credam interpretem eo licentie deuenisse: vt quod in Uirg. vix toleratur dicente. Urbem quem statuo vestra est. ipse sibi permitteret dicere. Nã illud in psalmo quod apud Mattheum reperitur. Lapidem quẽ reprobauerũt edificantes: hic factus est in caput anguli et nõ nihil diuersum est ꝛ ita grece legitur. Dicit vlterius quosdam codices sermo habere: non sermonem. At in tertio elegan. videtur sibi cõtrarius dicens. In greco est; sermo non sermonem. Uñ Interpres nr̃ trãsferẽs maluit latine q̃ grece loqui. Idem dicit oratores posse ponere antecedens: quale foret. Quam statuo vrbem vestra est. ¶ Argumentor. oratores vtuntur eiusmodi orationibus vbi antecedẽs ꝑcedit: ergo licet nobis vti et iam in epistolis. Cicero in fine paradoxorum. Meam pecuniam qua tu contentus est ad tuam opinionem nulla: ꝛ ad meaz modica. Et in Salustiuz. Nanquid eos quos ꝓtulit Scipiones ꝛ Metellos antefuerũt aut opinionis aut glorie. ꝛ plerique

Plautini loci

Gellij lo.

Val. locus

dicit esse loentiones elegātes: inter quos Bernardus Sarracenus et ante eū Senē sis: cui cōcinit inter nōstros laudatissimos Jodocus Clicthoueus. loquitur sic persepe Plautus vt visuz est. et Virg. Urbem quā statuo vestra est. Rńdeo Ciceronē ita nūq͂ʒ locutū fuisse q͂tū considerare potui nisi semel. idq͂ʒ inusitate: teste Valla. vt lib. iiij. ad Heren. Sulpiciū cui pauloante oīa cōcedebāt eum breui spatio non modo vincere: sed etiā sepeliri ꝓhibuerunt. Ad argumētū ergo rńdeo Ciceronem peruerse allegari in Paradoxis: q: nō habet meā pecuniā quā tu ꝯtēnis: sed meā aūt pecuniā quam contēnis: et recte (est enim ad vulgi opinionē mediocris: ad tuā nul la: ad meā modica) de me silebo: de te loquar. Et in oratione contra Sallustiū nō hr nunquid eos: sed nunquid hi quos ꝓtulit et c. Rempo Thessaliēsis legit meā pecuniā quā tu contēnis et c. ego siliter in prima Syntaxeos editiōe post quā plurima veterum opera diligenter perlegi quibus multa notaui: et cōperi oēs ferme errare q̄ ex grāmaticis grāmaticā cōponunt q: cecus cecū ducit et ambo cadūt in foueā. Ita aliter sentio q͂ʒ in prima editiōe. ¶ Qd ad Plautū attinet: notū est eū multa dixisse licēter et nimis antique. ¶ Ad illud Virgilij/ Urbē quā statuo vr̄a est. Valla dicit vix tolerari et Marcellus cū plurimis dicit actm̄ vrbē ꝓ ntō vrbs poni. Seruius ordinat vrbem cū verbo vultis: et ita nihil est vitij. Virg. j. ene. Vultis et his mecū pariter considere regnis? Urbē supple vultisne quā statuo? vr̄a est subaudi ea vrbs. subducite naues. At Donatus. Lege aūt/ Quā vrbē statuo: ne sit error. Idē illud Terētij Eunuchū quem dedisti nobis quas turbas dedit sic ait. Aut est casus ꝓ casu: aut quē cū interrogatione ꝓnunciandū: vt sit qualē. Hec scđa declaratio placet Badio nostro vt totū interrogatiue legatur/ sic. Eunuchū quem. i. qualem dedisti nobis? quasi dicat subornatum nō verū quas. i. quales turbas dedit? qui vitiauit virginē et c. Ibidē Donatus ait. Quidā volunt quē distinguere. q. d. qualē: sed nesciunt hac figura multū veteres vsos esse. Eunuchum enim quem ad dedisti verbum retulit: et intelligitur is Eunuchus. Hec Donatus.

Cicer. lo:

*Plant⁹ antique nimis et licēter plurima dixit. qđ et asserit Valla.

Urbez quē statuo.

Eunuchū quem.

Dona. lo.

¶ Secunda de relatiuo regula oratoria.

Si referens ponas inter generum variorum
Casus: haudq͂ʒ sequens fuerit proprium: dabis vt vis.
Sin proprium fuerit: referens conforme sit illi.

¶ Quotiescūq͂ʒ relatiuū qui/ que/ qđ: ponitur inter casus diuersorū generū: et sequēs fuerit nomē appellatiuū: poterit cōcordare cū vtrolibet. si vero sequens sit nomen propriū: cū eo cōcordabit relatiuū. Da prioris partis exēpla. Uideo aial qui asinus dr: vel qđ asinus dr. Utri elegantius cōformatur? Posteriori. vt nauigo aquā quā mare dr: et elegantius qđ mare dr. Da authoritatē. Cice. j. de legibus. Aial plenū rōnis et cōsilij quē vocamus hominem. Et alibi. His anim⁹ datus est ex illis sempiternis ignibus que sydera et stellas vocatis. Plinius. In coitu vero lune qđ interlunium vocāt: quū apparere desierat. Cice. in parado. Quibus tandē gradibus Romulus in celū ascēdit: his ne que isti appellāt bona? idem. Oēs tenues atq͂ʒ hūiles que maxima in pplo multitudo est: sibi presidiū paratū putāt. Quintilla. vbi vero vniuersas familias fames extinxit: q̄ maxima pars est: inanes domus sitū ducunt est elegās loquēdi modus. Virg. Nec partē posuere suis q̄ maxima tuba est. Quintil. Supplicationes: q̄ maxim⁹ honor victoribus bello ducib⁹ datur: in toga meruit. In his relatiuū cū sequēti ꝯcordat. Ubi vero añcedēti cōformatur. Cice. Hoies tuentur illū globū qui terra dr. In eodē Scipionis sopnio. Terra ois est insula q̄dā circunflua illo mari qđ oceanū appellatis. ita habet Badiana impssio: alij habēt masculine quē et oceanus verius ꝓpriū: q͂ʒ appellatiuū censeri dz: vt forsan chaos. Ouidi⁹. Ante mare et terras et qđ tegit oia celū. Unus erat toto nature vultus in orbē. Quē dixere chaos. Da posterioris partis authoritatē. Sallust. Est in carcere locus qđ Tullianū appellatur. In sacris. In semine tuo qui est Christus. licet Christus appellatiuum dici posset. Et fundamentū aliud nemo pōt ponere preter id qđ positū est qui est Jesus Christus. Titus Liui. lib. iij. ab vrbe. Et oia in pratis flāmini cōsilio plebis acta quē nunc circū flaminiū appellant. Idē. anxur fuit que nūc terracine sunt: vrbs prona in paludē. Cice. actione. vj. in Uerrem. Carcer ille est qui est a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis que lautumie appellantur. Sic

*Relatiuum qui q̄ qđ ałs ꝑcedenti ałs sequēs coheret.

*Christ⁹ pōt dici appellatiuū.

dicemus. Est opus Ciceronis qui Cato inscribitur. In Flandria flumen patriam meam Niniuem interluit: qui tenera dicitur.

Contra regulam argumentor bifariam.

Prius sic. Relatiuū cōuenit apte precedēti: licet sequens casus fuerit nomē propriū ergo regula est falsa. Cice. ij. de natura deorū. Propius a terra Jouis stella fertur que a Phaeton dicitur. Ualerius Maximus lib. ij. Antea senatus assiduam stationē eo loci peragebat qui hodie cenaculū appellatur. Plini. lib. xxx. ca. iiij. Proditur certe in Creta expugnato oppido qd vocabat Arcadia cessasse fontes amnesq; qui in eo situ multi erant. Pompo. Mela. Pelagus in duos sinus promontorio qd Ferrariā vocant finditur. Idem. Ab eo flumine qd Saliam vocant. Titus Liui. in. vj. lib. quarte Decadis. Herculi sacrificiū facit in eo loco quē Pyram (q ibi mortale corpus eius dei sit crematū) appellant. Curt. lib. iij. Darius ad eum locum quē Amanicas pylas vocant: peruenit. Perottus in Polybio. Uersus occidentem defluit flumen qd Eurotas appellatur. Hec nō ex grāmaticis: sed ex authoribus collegi. ¶ Rñdeo. hec regula de elegantia datur nō de cōgruitate iam licet predicte orationes sint latine aut ɔgrue: nō tamen censent tam elegātes vt ille in quibus relatiuū cōcordat cū sequente qd est nomen ꝓpriū: ꝛ nihil aliud vult regula. vel tamen aliter loquens nō dꝫ censeri illepidus. vt satis docēt authoritates predicte.

Posterius sic. In hac ꝛ simili oratione. Est locus in carcere quē Tullianū appellat: relatiuū discordat semꝑ ab añcedente in gñe vel in numero: ergo talis oratio nō est cōgrua. ¶ Rñdeo. hec regula est elegans exceptio a cōcordantia relatiui ꝛ añcedentis: ideo nihil vitij est. Est regula Seruij eneid. j. ibi. Est in secessu longo locus ꝛc. Et candē latiꝰ declarat Ualla ꝛ reliqui eloquentie preceptores. Est vbi elegātissime loquimur sine certo añcedente. Quintil. Ego (que fellicissima vel lassitudo vel satietas est) virtute cōsenui. Semꝑ cū sequēte elegātior est concordantia vt dixi. Apul. lib. x. Oriūdus patria Corintho qd caput est totiꝰ Achaie. Et in sacris. assumite gladiū spūs qd est verbū dei. Est pia stirps Jesse quē Christum credimus esse: dixit Alexander: qui male credidit eiusmodi orationes esse vitiosas.

De coniunctis ꝛ de interrogatiuo.

> * Rñsiuū dꝫ redditiuum.
>
> * Ual. in Randē. cuius hec sequētia sūt itaq; ab authoribꝰ nō ē elaboratum: vel qꝛ non sit ab his aduersum: vel qꝛ difficilꝰ horū est Randē. tractatio contra latinitatis rōnē ɔiunxit subiunctiuū cū indicatiuo q; ɔpiē duꝫ erat i vtroq; q; aūt aut sit.

Consimileis optant casus coniunctio: querens:
Consimileisq; modos: si non regimen varietur.

¶ Coniunctio ꝛ quicquid coniungendi vim hꝫ: petit similes casus ꝛ modos. similiter interrogatiuū ꝛ responsiuū eiusdē erūt casus nisi regimen varietur. ¶ Da exempla prioris partis. vxor ꝛ maritus litigant. Deus vel demon malus est. Tu celerior q̄ꝫ Petrus. Superbus ambulat quasi rex. Que habēt vim coniungēdi? q̄ꝫ preterq̄ꝫ/ sicut/ quasi/ velut/ ꝛ plura. Da posterioris partis exēpla. Cuius est liber? Petri. Cui dabis panē? pauperi. Quis miseretur peccātis? mitissimus Jesus. Quem tremūt barathra? Jesum. a quo liberati sumus? ab Jesu. Rñsiuū dꝫ pulchre redditiuum. ¶ Quare addidisti/ ni regimē varietur? Qꝛ vbi dictiones exigūt vel regunt diuersos casus: si id necessario fiat: hec regula nō hꝫ locū: vt dicimus: liber meus: nullo modo liber mei. ideo necessario dicimus hic liber est meꝰ ꝛ Petri. Cuius machina est? mea. Uirg. Cuiū pecus an melibei? Quanti emisti? aureo. Cuius interest? mea. Accusaris furti an homicidij: an vtroq;. Exemplū de similibus modis. Terentius. Quum nihil est nihil desit tñ a desio pro quo aliqui inepte scripsere desit a desino. Idem. An q viā ignorant: an q iter perferre nequeūt. nōnulli habent ignorent ꝛ nequeāt: vtrūq; cōiunctiui. Alij male legunt vt alterū sit indicatiui: alterū cōiunctiui modi. Cice. in proemio rethoricoꝝ ad Herēniū. Et si negocijs familiaribus impediti vix satis ocyum studio suppeditare possumus ꝛ id ꝑsium qd dato ocyo libentius in philosophia cōsumere cōsueuimus. possumꝰ indicatiui modi est teste Ualla.

De coniunctiuis in diuerso casu.

Quot modis per coniunctionem diuersi casus cōnectuntur.

Tribus modis. primo. Qñ post adiectiuũ sequit̃ cũ adiectiuo dictio partis aut ꝓprietatis: vt rex fortissimus ⁊ magne prudẽtie. Plaut⁹ in menech. Quid ais homo lenior q̃ pluma: subdole ac minimi precij. ¶ Scdo inter ꝓnomen possessiuũ ⁊ aliũ casum: vt pẽna mea ⁊ Petri. ¶ Tertio vbi dictio in eodẽ sensu regit diuersos casus vt interest mea ⁊ Petri. Emi tribus ducatis: ⁊ paulo pluris id aũt fere fit vbi aliter loqui nõ licet. nã si in eodẽ casu poni possint: rectius ita locabũtur. vt melius dicit Euangelista. Plenũ gratie ⁊ veritatis: q̃ si dixisset in diuerso casu Plenũ gratie et veritate. sic Diues pecoris ⁊ argenti vel diues pecore ⁊ argento. vix ausim in diuerso casu locare diues pecoris ⁊ argento. Uirg. j. ene. Succinctã pharetra ⁊ maculose tegmine lyncis. idẽ. Quod scelus aut lapythis tantũ aut calidone merente. Simi les casus sunt teste Seruio. licet aliqui pharetram etiam legerant. Iterum Uirgi. Iustitie ne prius mirer belli ne laborum. gtũs iustitie legendus est nõ ablatiuus iustitia teste Prisciano. quia miror te iustitie greco more dicitur pro miror iustitia. ¶ Aliqñ coniuncta diuersorũ casuũ sunt vbi possent esse eiusdẽ: sed id perrarũ est. Boetius in. j. de conso. Mulier reuerendi admodũ vultus: oculis ardentibus: colore viuido atq̃ inexhausti vigoris. ideo nõ damno multũ illud Pseudo Curtij. Uir prestãti bonitate animiq̃ integerrimi vocari haberiq̃ volo Iustiniani. xij. Decessit Alexãder mense vno: annos tres ⁊ triginta natus. ¶ Ex his satis liquet coniũctionem ex sua natura neq̃ similes neq̃ dissimiles casus copulare: sed quoscũq̃ casus dictio regens põt regere: illos etiam coniũctio potest copulare. ¶ Quõ differunt at ast ab et? Et est copulatiua: at est aduersatiua pro sed. At etiam ponitur pro saltẽ. Uirg. Si genus humanũ ⁊ mortalia tẽnitis arma. At sperate deos. sperate. i. timete. Ast poeticũ est. q̃ ante se capit tam. vt es tam rudis q̃ stipula fabalis. Tam diligo te q̃ meipsum. indocti sicut pro q̃ ponunt dicentes. Ioannes est tam doctus sicut Petrus. dicerem: q̃ Petrus: q: q̃ dicit equalitatẽ ⁊ q̃titatẽ nõ similitudinem Sic dices tam pene cecidi q̃ tu. nõ sicut tu. q̃ pene legisti libri: nõ q̃ quasi: q: quasi similitudinẽ dicit. vt Ioãnes salutat me quasi diligat. Semel tamẽ inueni quasi pro pene vel fere. Sueto. in Caligula. Nono Calendas Februarij hora quasi septima: cunctatus an ad prandium surgeret. Crediderã me id primũ notasse: sed postea inueni ab Erasmo idem diligenter notatum: vereor tamen ne mendũ sit q: tantum semel inueni ideo libentius dicerem: hora circiter pene prope aut fere septima: nisi credamus ita loqui Cicero in quarto Acade. de sole. Quantulus nobis videtur. Mihi quidem quasi pedalis. q̃ sine tam vult similes modos: ideo dices. Prestat mulierem nubere q̃ viri: non q̃ q viatur. Item qd ex parte meum est non tam meũ est q̃ quod ex toto meũ est. nõ sicut ⁊c. Et ensis tantũ significat quantũ gladius non sicut gladius. At Socrates significat sicut Plato: q: vtrũq̃ singulariter. Hec posui q: plures in his errasse comperi. ¶ Nisi coniũgit magis cõmune ⁊ min⁹ communne: ⁊ nemo nisi stultus ita sentiret nõ aũt nullus homo nisi lapis est inanimatus. Claudian⁹. Quis nisi mentis inops oblatũ respuat aurum. nisi. i. preterq̃. ¶ Nisi etiam significat si non. Terent. Nisi me animus fallit hic est anulus: id est si non erro. Nisi fallor: ille est Ioannes. Quid est animal nisi substantia sensitiua? non autem q̃: nisi dicas aliud q̃. ¶ Preterq̃ aduerbium est ⁊ exigit similes casus. vt auarus nulli rei preterq̃ pecunie studet: preter est prepositio ⁊ regit accusatiuũ vt auarus nulli rei preter pecuniam studet. ¶ Quomodo dicimus Tullius ⁊ Cicero sunt entia: an sunt ens? Neutrum: q: vtrũq̃ iuxta est ineptum. Cur ita? Nam vt recte dixit Alexander: iungit diuersa cõiunctio significata. Iam Tullius ⁊ Cicero idem significat: ergo male diceremus Tullius ⁊ Cicero: nisi pro ipsis vocibus quapropter male dicitur animal ⁊ homo pro animal homo. Itẽ homo ⁊ albus pro homo albus ⁊c. Uix admonuissem de re tam friuola nisi apud Flandros ludimagistri quidam triobolares de his nugis acerrime digladiarentur.

Uirgilij locus. | At/ast/et | Q̃. | Tam. | Quasi. | Nisi. | Preterq̃. | Preter. | Preter accusandi casum semp' exigit. | Coniũctio inter diuersa.

¶ De interrogatiuo ⁊ responsiuo.

¶ Rr̃am sic oppugno. Recte dicimus: vbi comedes? hic. nec est in casu ꝯcordãtia. R̃ñdeo hoc fit: q: hic nec interrogatiuũ: nec r̃ñsiuũ alicui⁹ casus sunt: ⁊ r̃la intelligit̃ dũ interrogatiuũ ⁊ r̃ñsiuũ sint alicui⁹ casus. sic vbi r̃ñdem⁹ ita. Teren. in eu. Pro te huc te deduct⁹? ita. In ea. de ista rogas virginẽ. Ita Plau. in Ita.

Bacchid. Ego ne isthuc dixi? ita. Et in Curg. Michin? ita. sic alibi sepius. ne q: ve-gare est damnes: licet per etiam Valla vult elegantius responderi. Intellexisti h[…] omnia? etiã. ¶ Scdo dicit Donat⁹. Qualitas noim in quo est bipertita? est hic. Re-spondetur in diuerso casu. similiter cuius interest? mea. ¶ Rñdeo. in his variatur regimen: ꝛ sic nõ est cõtra regulã q: Ↄ: si nõ regimen variet. ¶ Quot modis inter-rogatiuũ ꝛ responsiuũ nõ sunt eiusdẽ casus? Sex. ¶ Primo vbi casus nullus est v[…]luti: vbi statur? Hic. ¶ Scdo qñ nõ regunt ab eadẽ dictione: vt qualitas nominum in quo est? Bipertita est. ¶ Tertio qñ regunt ab eadẽ dictione necessario diuersos casus regente: veluti Quanti emisti? vili. ¶ Quarto qñ ad cuius genitiui casus r[…]dentur possessiua meus/tuus/suus/noster/vester. vt cuius est liber? meus. Cuius est damnũ? meũ. Similiter qñ ad qualis: aut quantus respondetur proprietas a[…] pars cũ adiectiuo laudis vel vituperationis: vt qualis fuit Salomon? magne sa-pientie. ¶ Quinto qñ ad cuius cuia cuium rñdetur gtũs. vt cuiuz pecus? Egonis. ¶ Sexto qñ ad quotãnis respõdetur gtũs. vt quotãnis es? duodecim annorũ. Ita respondet Sulpiti⁹: hic vltimus modus suspectus est: q: quotãnis nõ est in docto-rum vsu. lȝ Priscianus ponat. Quid est interrogatiuũ nomen? Est rei dubie vel ta[…]ꝙ dubie postulatiuum. Interrogatio est rei dubie: vel tanꝙ dubie postulatio. ¶ Si quis interroget Qualis es? potes ne respondere homo? minime. Cur nõ? q[…] interrogatiuis danda sunt debita respõsiua: vt Quis es? Petrus. Quis es? hom[…] Qualis es? albus: niger: doctus ꝛc. qualitatẽ dicentia. Quantus es? bipedalis ꝛ[…] quantitatem continuam significantia. Quotus es? primus: scds ꝛc. Qualem equ[…] emisti? Valla dicit apte responderi oblongum: lato pectore: breui aluo: quia qua-litas magis quam certa quantitas significatur. Quot induunt? tres: quatuor: ꝛc.

> *Sex modis interrogatiuuz et redditiuũ disparium sũt casuuz. Quotãnis authore Sipontino q̃t annoruz significat sicut septẽnis septez annoruz: q̃dazi etiam vsurpant. Quotẽniũ sicut septẽnium.

¶ De Nominatiui regimine.

¶ Post concordantiã de casuũ regimine agendũ est: nõ de actiuo quidem quõ re-gant (ꝙꝙ ne id quidẽ silebitur) sed de passiuo quomodo casus regant. Sunt au[…] casus sex. ntũs/gtũs/dtũs/actũs/vctũs/ꝛ abltũs. De vocatiui regimine nõ age[…] quia nõ regitur. Sunt qui ponãt octauũ casum. is sub datiuo continet: ꝛ septim[…] is in abltõ ↄprehenditur. Si qua dictio diuersos regat casus: tota declarabitur i[…] priore casu. nec alibi repetet. multa etiã obiter dicent: aspiret ceptis mitissim⁹ deu[…] noster Jesus xp̃s. Quot modis ntũs ponitur in orõne? duobus. Priore modo reg[…]tur: vt auis canit. Posteriore ponitur absolute sine regimine. vt dñs noster Jesu[…]s facit omnia. ¶ Quot modis ntũs regitur? duobus. Figurate: ꝛ sine figura. Figu-rate: vt tu ꝛ Petrus luditis. Sine figura. Tu ludis. ¶ Quot modis regitur sine fi-gura? duobus. A fronte ꝛ a tergo. A fronte: vt deus regnat. A tergo: vocor Joãnes sum homo. ¶ Quot modis ntũs regit figurate Septem. ¶ Primo vbi appositio est: vt fluuius Tyberis est turbidus. ¶ Secundo per euocationem: vt ego Petrus scribo. ¶ Tertio per conceptionem personarũ. vt ego ꝛ tu legimus. ¶ Quarto per prolepsim: vt studemus: ego quidã poetice: tu vero medicine. ¶ Quinto per zeu-gma vt hebrei sunt ꝛ ego. ꝛ eiusmodi orationes nõ latine modo verum etiam per elegantes sunt. ¶ Sexto per antiptosim in prosa prohibitã presertim in epistolis ꝛ quotidiano sermone. vt si quis dicat Soni alij voces: alij nõ voces: pro sonorũ alij. ¶ Septimo per Synthesim raro vtendam: vt turba strauerũt vestimenta. hec pa[…]ua quidem sunt: sed multis quam gratissima.

¶ Regula nominatiui prima.

ANte capit rectum persona conuenientem
Et numero verbum: quod personale vocatur:
Necnon finitum. rectum persepe tacemus.
Sepe loco illius quid pono. Ne puer vni
Pluralem dones sermonem: non honor est hic.
At de, me solo numerus dicetur vteruis.

¶Omne verbū personale finiti modi regit ante se expresse vel subaudite eiusdem numeri ꝛ ꝑsone ntm̄ vel aliqd pro ntō: vt ego scribo: tu legis: ille auscultat: nos cantamus: vos oratis: illi fabulantur: tyrannū regnare nocet reipublice: pluit: ningit. Noiatiuꝰ vulgo dr̄ suppositū: ꝟbū aūt appositū: sed appositū rectiꝰ dixeris casum ꝟbi quē post se regit. ¶Quare dixisti in regula ꝑsonale? Qr impsonale añ se ntm̄ nō recipit: vt statur: curritr: penitet me pcti. ¶Quare dixisti finiti modi? Qr infinitiuus añ se nō ntm̄: sed actm̄ recipit. vt me amare rumor est. ¶Quot sunt modi finiti Quatuor. Indicatiuꝰ/ impatiuus/ optatiuꝰ/ ꝯiunctiuus. ¶Cur dixisti añ se siue a fronte. Qr verbū ꝑsonale post se plerūqꝫ recipit obliquū: vt misereor tui: amo deū. ¶Cur dicis expresse siue explicite? ꝑpter tales ořones: deus regnat: ego scribo: vbi expresse ponitr ntūs. ¶Cur dicis subaudite siue implicite? qr ntūs aliqñ in ꝟbo intelligitur. vt pluit scꝫ deus vel natura. Aiunt Cesarē aduenire .s. hoies. ¶Cur dicis eiusdē numeri ꝛ ꝑsone: quia aliter inepte essent ořones. vt ego curris. tu lego. Petrus legunt. tu dixit ꝛc. Cur ntm̄ dicis ꝛ nō rectū vt in carmine? vt vetm̄ excludam qui rectus est: qr ntō similis nunqꝫ a verbo regitr. ¶Cur dicis vel aliquid pro ntō? qr multa per se nulliꝰ casus nominatiui officio funguntr: veluti. Furari malū est. de elegātia disceptare iucundū est. ¶Cur nō dixisti ntm̄ pro supposito vt grammatiste? qr ntūs sic nō esset suppositū: qr pro significat loco alicuius. Pli. Junipero spina pro folio est. Cic. His tēporibus audacia ꝑ sapientia vtuntr. Sallu. Audacia pro muro habetr. Teren. Uenit Chremes postridie ad me clamitans/ indignū facinus: cōperisse se Pamphilū pro vxore habere peregrinā. Plau. qui pro cibo habeat te verberari. Idē. Amator qui bona sua pro stercore habet. Sic habes Catharinaꝫ pro vxore si cōcubina sit: alioqui habes Catharinā vxorē dicere. In euange. Noli timere Joseph filij Dauid accipere Mariā coniugē tuā. ideo male dicunt Neoterici. dialectici oratio ponitur pro genere in definitione enunciationis quia oratio est verū genus enūciationis. recte autē dicunt. vox ponitur pro gñe in definitione nominis: qr vox nō est genus noīs. Ponitur eñ hec in diuersis cathegorijs. Hoc nō satis perspexit Rempo Thessaliensis. quid personale. quid impersonale sit patet in rudimentis: ꝛ in regimine datiui latius declarabitur.

Modi finiti.

* Uctūs rectus est.

Pro.

¶Quot modis nominatiuus ante verbuꝫ intelligitur? Tribus

¶Primo in omni verbo prime vel secunde ꝑsone: pōt ntūs intelligi. vt scribo librū numeras nūmos. Ouid. Et si quid faciam nūc quoqꝫ queris: amo intelligitr ego faciam: tu queris: ego amo. idē. Lude/ sed occulte. idem. Uenture memores iam nūc estote senecte. Sic nullum vobis tempus abibit iners. estote vos scꝫ iners in ocyo et pigritia sine studio. Notate bene adulescentuli. ¶Raro exprimitur prima persona aut scđa nisi fuerit Emphasis. ¶Quid est emphasis? figura altiorē prebens intellectū qꝫ verba que per seipsam declarat. vt o Maria tu aduocata nr̄a: tu intercessor: tu spes. q.d. Tu sola aut tu ꝑcipue. Eolus ad Junonē. Tu mihi qdcūqꝫ hoc regni: tu sceptra Jouēqꝫ cōcilias: tu das epulis accūbere diuū. sic Tu me vinceres q.d. Tu homo ignauissime aut indoctissime ꝛc. Oui. in .j. meta. In noua fert animꝰ mutatas dicere formas. Corpa dijs ceptis (nā vos mutastis ꝛ illas) Aspirate meis Emphasis est teste Regio. q.d. Dij aspirate meis ceptis: nā ꝛ .i. etiam vos ꝛ nō alij mutastis illas. Uocor Petrus: sum bonus: inepte a fronte noiatiuus exprimeretur teste Prisciano. licet ipse alibi exempli gratia expresserit. ¶Scđo in verbis tertie persone pluralis numeri intelligitr homines/ veluti. Loliū (vt aiūt) facile crescit difficulter perit. sic ferunt perhibent ꝛc. Ouidius. Teqꝫ ferunt ire penituisse tue. ¶Tertio in ꝟbis excepte actiōis intelligitr actūs deꝰ vel natura. vt pluit ningit. Quid est verbū excepte actionis. Cuius actus deo vel nature soli tribuitur. vt pluit fulminat: qr solus deus vere dicit ego pluo/ fulmino/ tono/ hiberno pro hyemem facio. Aliqñ per metaphorā .i. similitudinē creaturis etiam. hec verba tribuuntur. vt fulminat in Persas. Macedo .i. in modū fulminis irruit. Exercitus hibernat in Gallia: id est manet: aut castra metatur hyeme in Gallia. Proinde tona eloquio solito tubi .i. in modū tonitru clama ꝛ te iacta ꝛc. Rorate celi desuper: ꝛ nubes pluant iustum ꝛc. Hec verba dicuntur etiam recepte vel exempte actionis.

¶Uerba brutorū Lācilotus etiā excepte actionis vocat. vt latras/ grūnis/ gannis que metaphoricos .i. per similitudinē hominibꝰ tribuūtur. Apud poetas noiatiuꝰ in pluit tonat ꝛc. Aliquando exprimitur. Theocritus apud Philelphū in epistolis

Ntūs subauditus.

Hiberno.

Brutorū ꝟba a Lācilloto excepte actiōis dicuntur.

Fidere batte decet: melius cras forsan habebit. Sperandũ est viuis: nõ est spes vl-
la sepultis. Nũc pluit & clarius nunc. Juppiter ethere surgit. nũc. i. aliqñ. Ningnit
cum u litera scribitur. q2 olim nix in genitiuo ningnis habebat: nunc niuis. Lucre-
tius. Albas effundere ningues. notauit hoc Serui. in illud. iiij. ene. Nyx tegit alta
humeros. ¶ Da verba excepte actionis. Continent in his versibus Badianis.

Ningnit.

Fulminat/ atq3 tonat/ ningnit/ pluit/ atq3 coruscat/
Uernat/ & estuat/ gelat/ autumnatq3/ hyematq3/
Hibernat/ quandoq3 tonitruat/ atq3 pruinat/
Grandinat/ & rorat/ noctescit siue diescit/
Lucescit/ simul aurorat/ conformia iunges.

Lapidauerat.

¶ Conformia sunt: vesperascit/ aduesperascit/ crepusculascit/ diluculascit &c. Tit.
Liuius. Ueijs de celo lapidauerat.

¶ Quot modis ponitur aliquid pro ntõ siue loco nti? Quinq3

Aliqđ loco noĩatiui.

¶ Primo infinitiuus solus sine casu: vt furari est malũ. i. furtũ. Quicquid ponit lo-
co nti est neutri generis. Persi. Scire tuũ nihil est nisi te scire hoc sciat alter. Cato.
Legere & nõ intelligere negligere est. Ne dicas cũ barbaris infinitiuus se solo: q2
nõ dicimus vado me solo: sed vado solus &c. ¶ Secũdo infinitiuus cũ actõ antese:
vt Tyrãnos viuere nõ expedit reipublice. id dialectici vocant dictum. Quid est di-

Dictum.

ctũ? Est infinitiuus cũ actõ a fronte: vt me legere. ¶ Tertio infinitiu9 cũ aliquo cã-
su post se. vt seruire deo est regnare. Persi. At pulchrũ est digito mõstrari & dicier
hic est. Teren. Seni verba dare est difficile. i. difficile est senem decipere. Est pũ pa-
tris succurrere nato. Siluius. Magnũ est ex hoste reuerti. Sta. v. the. Dulce loqui
miseris: veteresq3 reducere questus. ¶ Quarto appellatũ. vt q studes est tibi cõdu-
cibile. Quid est appellatũ? Tota oratio noĩatiui & vbi precedẽte tali particula/ q:

Appellatũ

vt: ne: aut simili. vt q nõ studes efficit quominus doctus euadas. Quominus i. vt
nõ/ velnti sit minus. i. si nõ. Uoces sunt admodũ lepide. Multo ornatius per dictũ
q̃3 appellatum loquimur. vt Tyrannos viuere malũ est: elegantius dr̃ q̃3 q tyrãni
viuunt malũ est. Persius. Nec in bicipiti sopniasse Parnaso memini. Illepidus di-
xisset: nec memini q sopniaui. In memini etiã eleganter suppressit actm̃ me. quia
vbi idem esset finiti: vt infiniti appositũ: antecedẽs elegãtius subticet: vt Badius
docet: id tamen quia nõ latinitatis: sed elegantie preceptũ est: ne oratores quidem
semper obseruant. Uirg. ene. ij. Me si celicole voluissent ducere vitã. Has mihi ser-
uassent sedes. Rusticus diceret. Si celicole voluissent q ego durissem vitã &c. Po-
tes sine infinitiuo/ q omisso: sic loqui: volo scribas. Ualla ait. Dicimus volo q scri-

* Uer. seruat: q2 diuersa sunt q scribas &c.

bas: nõ q scribis. sed bene gaudeo q scribas & q scribis. ¶ Quomodo mutat ap-
pellatũ in dictũ? Omittendo q & mutando ntm̃ in actm̃: & verbũ finiti modi: in ver-
bũ infinitiui modi: eiusdẽ tpis. vt Gaudeo q tu bene vales. Gaudeo te bene vale-
re. Putaui q Joannes scripserat. putaui Joannẽ scripsisse. audiui q Cesar prope-
diem erit Gandaui. Audiui Cesarem propediem fore Gandaui. Diligẽter hec edi-
scant pueri: vt per infinitiuũ eleganter loquantur. ¶ Quinto. Quedam aduerbia

Partim.

funguntur nominatiui officio. vt partim viroꝝ sunt occisi. i. aliqui viri elegans est
partim cũ genitiuo. & semper vult verbũ pluralis numeri. vt partim virginũ sunt
stuprate. partim signorũ sunt cõbusta. nec dicimus: partim homines/ aĩalia &c. te-
ste Gellio. licet Quadrigarius aliter locutus fuerit. Satis pecunie est mihi. Mar-
tia. Cras te victurũ. cras dicis posthume semp. Dic mihi cras istud posthume qñ

Plus decẽ perierunt. Min9 mille iterfect9.

venit. Plus decẽ homines perierũt: ornate dicitur tam in prosa q̃3 in vorsa oratiõe
quia plus aduerbiũ est vt amplius. & intelligitur q̃3 quod etiã recte exprimitur. si-
militer minus decem perierunt vt minus q̃3 decem. Tit. Liui. iiij. in bello pu. Mo-
stium plus mille cesi/ Romanorũ minus mille interfecti. Teren. id Heau. Adduxit
secum plus decem ancillas oneratas veste & auro. Et in adel. Plus quingẽtos co-
laphos infregit mihi. Cicero ad Plancum. Nõ plus duobus aut tribus mẽsibus:
deinde abfuit a nostris. Columella. Plus quatuor digitis ad obrutũ est. De plus
q̃3 Suetonius. Nec plusq̃3 his in mense legitimus senatus ageretur. ¶ Nonnulli
addunt sextum modum quia dicunt dictionem technice positam loco nominatiui

Technice posita dictio.

poni. vt amo est verbum: sed nõ debet addi: quia talis dictio est verum nomen in-
declinabile neutri gñis. Technice poni est qđ vulgo dicit materialiter poni vt ex
Charisio docet Lãcilotus. Technice. i. arte quadam/ nõ ex propria significatione

¶ Argumentabit aliqs. Si amo hic nomen est: amo est verbū: tunc illa oratio erit falsa q̄ significat amo esse verbū: ⁊ tu dicis esse nomen. Quō his inter se cōuenit? Rńdeo. dictio Technice capta sumit̄ nō pro se solū: sed etiā p sibi silibus. ideo amo est v̄bū & vera enūciatio p simili hic posito. Amo deū. Silr declarant̄ facile de istis Magistri est gti casus. ego est prime psone ⁊c. vbi magistri est nominatiui casus ⁊ ego tertie persone: ⁊ sunt locutiones vere pro his. Liber magistri: ego lego ⁊c. Q: multi errant in dictionibus q̄ ⁊ vt: ideo quesitu dignum est.

¶ Quomodo differunt q̄: et vt: q̄ causam plerūq; dicit efficientem. veluti / Gaudeo q̄ studes: id est studium tuum facit me gaudere. Ut dicit finē. veluti Rogo te vt legas: id est causa finalis rogationis mee est lectio tua. De q̄ / et vt multa nō spernenda dicuntur in libello Alexandri Hegij: cui farragine. est nomen: vnde deprompsi regulam de vt: qua cognita facile scient pueri: vtendum erit q̄. Quero igitur.

Ut et q̄.

¶ Que est regula de vt: Post tā: tantus: talis: adeo: tot: sic: ita: et post verba rogandi / iubendi / post facio efficio / fio / timeo / vereor / metuo / sequitur vt / nunq̄: veluti. Tam doctus es: vt omnes miremur. Olympus tanta altitudine est vt nubes transcendat. Talis es. vt tecū esse nemo valeat. Adeo mētiris vt nemo falsum esse ignoret. Tot sunt vt numerari nequeant. sic clamas: vt bonē audire videamur. Ita titubas: vt te nemo intelligat: rogo vt cantes. iubeo vt saltes. Deus nō efficit vt homo peccet. vereor vt resciuerit pater. Terent. Nunq̄ tam dices commode. vt tergū meum tuam in fidem committam. Plinius in natu. histo. Nullum itam impudens mendaciū est: vt teste careat. Idem. Adeo teneris vt gestatum tolerent. Cice. lib. vij episto. Quum ita ieiunus fuissem: vt ne aquam quidem gustarem. Idem in senectute. Senectus plerisq; sic odiosa est: vt onus Etna grauius dicant se in humeris portare. In euange. Sic deus dilexit mundum. vt filium suum vnigenitum daret. Item rogabat Iesum quidā phariseus. vt manducaret cum illo. Iterum. Hec mando vobis vt diligatis. Item in Genesi. Pater p̄cepit nobis vt hec tibi verbis illius diceremus. Item dices. Petrus significauit mihi vt venirem. nō q̄. ⁊ significauit mihi q̄ rex venit: nō vt. nullo modo autem timeo q̄ magister sciat: sed timeo ne magister sciat. aut vt ne magister sciat: aut vt magister sciat. Sepissime autē post vereor / metuo / timeo / sequitur ne: nunq̄ vero q̄. Terenti. Timeo ne pater iam rure redierit. Idem dixit in heaut. Istuc quicquid est: fac me vt sciam. ¶ De vt cum vereor. Cicer. lib. vij. episto. ad Atticum. Uereor vt his ipsis contentus sit. i. ne non: vel quomodo.

De vt regula pueris vtilissima.

¶ Hec de vt dicta sic impugno. Dicit. Q. Curtius in epistolis. ¶ Fures tentauerunt postes monarchie infringere. ⁊ in magno nūero: adeo q̄ custodes timent ab illis vinci. In eodem. Pugnabit adeo viriliter q̄ fortasse hoste cōmendabis. Et / Illum cogam ingenium suū vt interponat: adeo q̄ peto ex hac illius liberatione: optima pacis federa inter vos sequi. Et / Uidi Semproniū tam elegantem ingenij q̄ ipse tam greca q̄ latina lingua versus ⁊ orationes omni laude dignissimas composuit. Et / Tanta in eo homine disciplina: et mos patrius vigebat q̄ omnes liberi verebantur eum. Et / adeo deuote: ⁊ pie deorum simulachra coluit: q̄ omnis populus Romanus equabat eam superis. Et / Nec vereor: q̄ statim quum nostram viderint presentiam redient in fidem: atq; deditionem. ¶ Respondeo. illas epistolas que vulgo Curtij esse dicūtur: nunq̄ compositas esse a Q. Curtio historico latinissimo: quia nimis abhorrent ab illius eloquio: quia contra omnium latinorum vsum q̄ pro vt posuit: q̄cito pro q̄primū: sibi pro ei: se pro eum et multa alia que suis locis declarabuntur. Fuerūt igitur ab aliquo mediocriter docto ille epistole composite: nunq̄ ad aliquem misse: sed pro discipulorum exercitatione confecte: quia mittentes nō annis aliquot modo: sed etiam seculis distant. Quia etiam Iulius Cesar ad Catonē Uticensem dicitur scribere: ⁊ contra: ⁊ ea quidem que Catoni minime cōueniunt. Huc ergo scriptorē post hac Pseudo curtium vocabo. Uerus Curtius longe aliter loquit̄. vt lib. v. histo. Arabia est tam vberi ac pingui solo vt a pastu repelli pecora dicantur: ne satietas perimat. Petit autem vt optatiuū. Dixit Pseudo curtius. redient doctiores: redibūt dixissent. dixit Idem

Curtij epistolas non esse q̄ vulgo legunt̄.

te inuidi odisse: docti oderunt dixissent: licet odiant apud Ciceronē semel legat. dixit in tua dispositione: ac velle tuo ascribe. Mallē in tua voluntate dicere quia licet scire tuum dicamus non facile tamen in obliquis reperies scire tui aut tuo: sicut nec proposse teste Valla. Sil. lib. ix. Velle ac nolle ambobus. idem. Ouid. Posse loqui eripitur. ¶ Quāuis aū dixit orationē esse orationē per dictum: quam per appellatum: tū docti nō semper obseruant: ne oratores quidem. Cicero primo de natu. deorum. Mirabile videtur quod nō rideat aruspex quum aruspicem viderit.

¶ Pauca in regulam obiectamenta.

¶ Primum. dicit Cicero actione quarta in Verrē. Ridere cōuiue cachinnari ipse. hic infinitiuus hz aū se ntm: ergo male adiecisti particulā finiti modi: vt a regula excluderes infinitiuū. ¶ Rñdeo regula intelligit finiti modi. vel pro finito: iam in dicta orōne infinitiuus nō retinet propriam naturā: sed capitur pro ptō imperfecto indicatiui modi. vt ridere cōuiue. i. ridebant &c. Aut (vt quidam volunt) intelligit indicatiuus cepi: vt sit sensus: ridere ceperunt conuiue &c. ¶ Licet ne nobis sic loqui? Etiā vbi historice: vel tanquam historice narramus quippiā contigisse. Cauendū tñ ne quid nimis. ¶ In quib⁹ licet loqui? Maxime in historijs et poematis: rarius in orōnibus et epl̃is. ¶ In hystorijs quidā. Tacitus fremere milites ac vires suas circūspicere. Idem. Vitellius nō parare arma: nō alloquio exercitioque militem firmare. Sallu. in iugur. Optimus quisque cadere: aut sauciari: ceteris metus augeri. sic alibi sepissime: vt finitimos regere: bello tentare &c. Diuus Ambrosius de beata Agne. Oēs flere ipsa sine fletu. ¶ In poematis. Terē. in Eunu. Omnes mihi inuidere: et mordere clanculū: ego autē floccipendere. Virg. Tū pius Eneas humeris abscindere vestē/ auxilioque vocare deos: et tendere palmas. Idem. Nos pauidi trepidare metu. Silli. lib. vij. Nec finis satiesque noui: sed sanguinis ardor gliscere. i. gliscebat crescebat. ¶ In orōnibus Cic. pro Cluen. Hic indices mirare: stomachari: atque acerbe ferre patronus cām sibi eripi. Idem. iij. in Verrem. Ego instare vt mihi rñderet. Ibidem. Clamare oēs ex conuentu. Et in. iiij. Iste ridere mirari. Et in. v. Iste tum petere ab illis: tum minari: tū spem: tum metū ostendere sic ibidē adhuc persepe loquitur. ¶ In epl̃is Cic. lib. xj ad Atti. Hic ligurius furere id est tunc Ligurius furebat: aut furere cepit. Loquit quoque Gellius similimodo vt lib. ij. cap. xxix. vbi redij cassita pulli trepiduli circūstrepere: orareque matrem: vt statim iam properet. Serui⁹ in illud. ij. enei. mihi sacra parari: infinitiuus modus pro indicatiuo inquit et propria figura historicorum: vt Sallustius. Equitare iaculari: vt poetarum est nuda genu et tortum clamat. Nam quod Cicero ait. Bellicum canit. nō est figura. nam est soni nomen. hec Seruius ex arte: quā authoritas plerunque confundit teste eodem: et ex dictis facile lucet.

Infinitiu⁹ pro indicatiuo.

Exercitiū ✱ Terent. in pmo actu. andrie tū vno ore oēs oia bona dicere: et laudare fortunas meas q̄ haberē gnatum ibi ingenio preditum.

¶ Secundum: dicit Virgilius. Pars infrusta secant. hic nominatiuus a verbo discordat in nūero: ergo regula est falsa. Similiter apud Ouidium est discordia in persona. Dij faciant sine me ne moriar ego. et apud Plautū in vno quam Aperite aliqs ostiū. Et apud Teren. Populo vt placerent quas fecisset fabulas. Placerent actm̄ ante se habet scilicet fabulas: que omnia sunt cōtra regulā. ¶ Respondeo. regula intelligitur de congruitate voce: nō de congruitate sensu tantum iam pars secant: est congrua sensu tantum. Similiter illa aperite aliquis ostium. An liceat nobis sic loqui dicetur in Synthesi. ¶ Ad authoritatem Ouidij. non memini legere in Ouidio versum illū: nec puto reperiri: et si reperiret ego esset tertie persone: quia significat ibi rem de qua fit sermo scz summum amicū: et intelligit alius. Ad illā/ Populo vt placerent &c. fabulas nō construitur cum placerent: sed cum fecisset: suppositū autem verbi placerent est subauditum: e fabule. Similiter dicitur de his. Sermonem quem vos audistis nō est meus. Quem scribo librum multis proderit &c. De hac Vrbem quam statuo &c. satis dictum est.

pars secāt ✱ Orōnes incongrue vocat sensu aut congrue.

¶ Tertium. Si sufficit aliqd loco nominatiui poni: cōsequens erit nullū esse impersonale actiue vocis: quia talia verba pñt oia hr̄e aliqd loco nominatiui: vt legere me delectat. te studere oportet. irasci mihi accidit. peccasse me penitet &c. ¶ Respondeo. duplex est ratio personalis. Una generalis. vt personale velle

bum dicatur qd ante se exigit ntm̄:vel aliquid pro ntō. ⁊ sic omnia que impersonalia actiue vocis dicuntur personalia dici possunt p̄ter penitet ⁊ tedet/ miseret/ pudet/ ⁊ piget vbi gtm̄ habent: veluti penitet me peccati. Altera est ratio specialis: vt personale id demū dicatur quod ante se nominatiuū capit. sic interest nō est personale hic mea interest scire quid rerū geras: sic oportet te preceptori obedire.

personalis duplex est ratio.

¶ Quartum. Vocatiuus regitur a verbo secūde persone: quod probo authoritate doctissimorū grammaticorū Joannis Sulpitij/ Aelij Antonij Nebrissensis/ Jodoci Badij ⁊ pluriū. ergo in regula male dictū est verbum ante se semper ntm̄ habere. ¶ Rn̄deo. illi viri suam tutātur opinionē: nos nostrā. nec propterea illos dānamus. ¶ An vctūs regat: due sunt opiniōes ꝓbabiles. sic in phia multe sunt opiniones diuerse: quas venerabiles doctores defendunt. Similiter in proposito de vctō dicimus: quē multi regi dicunt. Nos putamus vocatiuū nunꝙ regi a verbo. Veruntamen curiosorum est his apinis immorari. que nihil ad latinitatem nocendam conferūt. Propter curiosos igitur querimus.

** Vctūs an regat.*

¶ Utrum vocatiuus a verbo secunde persone regitur dicendo Petre stude? Nō. q2 vctūs solū habet attentionē excitandi vim: vt Petre: hoc dico vt auscultet Petrus. Deinde dico stude vbi intelligit nominatiu⁹ tu. Virg. Tityre coge pecus. raro exprimimus tu vbi vocatiuus adest. Idem. Tityre tu patule ⁊c. Ideo mea quidem sententia nō recte sentiunt qui volunt vocatiuum Petre regi a stude: quod nec Nebrissensis ipse vnꝙ dixisset. quia dicit: si vocatiuus ponat cuȝ imperatiuo nō attentionē significante: veluti Petre stude: Cesar ineternū viue: ad huc intelligit alia secunda persona: que attentionē significet a qua vocatiuus regatur: vt Petre stude. Nebrissensis ita ordinat. Petre audi: vel attende: tu stude per hec procul dubio vult vocatiuuȝ a paucissimis verbi regi. nec ab omni scda persona imperatiui: sed solū a secunda persona audi attende aut alia similis significationis. Sopniat autē quidā dans sine mente sonū: quia seipsum nō intelligit: dicens hic/ Petre stude: vocatiuū Petre regi ab attende tanꝙ a v̄bo priori ab stude tanꝙ a posteriore. Ego autē puto solū vocatiuum sine vllo v̄bo sufficientem attentionem facere licet interdum ad maiorem attentionē dicat audi ⁊c. vt. O Cesar legat Pompeius. O Petre stude. ¶ Argumentat Nebrissensis. Quū in sacris dicitur. Deus deus meus: vt quid dereliquisti me: intelligitur verbum attentionem significans. quod a septuaginta interpretibus exprimitur. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti. Que ratio (inquit) fuit ad aliquid addendū: quod in hebraico nō habebatur: nisi in illis verbis intelligebat. sic in euangelio/ Puella surge. Alibi habetur/ Puella dico tibi surge. ¶ Respondeo. hanc particulā respice in me. longe plusꝙ attentionē facere. Similiter tibi dico. quasi dicat: respice in me tam impie excruciatum ab omnibus relictum ⁊c. Sed cur apud Septuaginta interpretes habet si non intelligebat in Hebraico: intelligebat satis ex repetitione nominis deus ⁊c. Nā tamen sequitur vocatiuum: inde regi nō magis hercule ꝙ multa alia que sepe habentur apud Hebreos: desunt apud septuaginta interpretes: econtra vt docet diuus Hieronymus: sic multa habent apud grecos: que interpres noster omisit: ⁊ contra vt docet in nouum testamentū Valla. ¶ Argumentor. dicit Horatius saty. ix. Quid agis dulcissime rerum: si intelligatur tu: erit vitiū contra demonstratiuū ⁊ rem demōstratam: quia dissimilia erūt in casu. nā tu erit nominatiui casus: dulcissime vocatiui. ¶ Respondeo. nō debet ita oratio construi: sed sic. O dulcissime amice quid rerū tu agis. Aut sic. O dulcissime rerum quid tu agis: ita in tu nominatiuus nō ordinatur cum vocatiuo dulcissime. ¶ Secūdo argumentor. Si dicam tu ama: vt tu vocatiuus sit. nihil potest intelligi: ergo ille vocatiuus est suppositū. Nam si dicas. Tu ama: vt prior vocatiuus sit: posterior nominatiuus: erit nugatio: ⁊ inepta locutio ergo vocatiuus per se est v̄bi suppositū. ¶ Respōdeo. licet tali locutione authores nunꝙ aut rarissime vtantur: tamen non sequit quin ita sit declaranda hec orō: o tu/ tu ama. vt in simili nūꝙ: aut rarissime ita loquimur. Precipio tibi legere: aut p̄cipio te legere: ⁊ iñ dȝ sic declarari. p̄cipio tibi te legere: vt infinitiu⁹ habeat ante se actm̄. Posset hoc in multis alijs declarari quibus supersedeo: multa certe subaudiūtur ornatius ꝙ exprimunt. Similiter rōcinarer cōtra Nebrissen. q2 nunꝙ aut rarissime inuenies/ Petre audi: stude ⁊c.

Vctūs a v̄bo nunꝙ regitur.

**Sunt q̄ vocatiuuȝ dicant ponī absolute qd est cū ex scda psona ad quā loquimur fit trāsitus ad tertiam de qua loq̄tur vt si dicas. O Cesar legat Pōpeius.*

¶ Respondeo/insuper nullam esse nugationem: q̃ vocatiuus tu attentionem ex[cit]
tat nõ reddit actus verbi. Nugatio est eiusdem inutilis repetitio. Itaq̃ nunq̃ cõ
cessero vocatiuum esse categorice subiectũ: in quo hallucinant dialectici quidam
celebres: alioqui apprime docti: quia ideo Aristoteles voluit solum nominatiuum
esse nomen: q̃ solus ntũs cũ verbo constituit enunciationẽ nisi in verbis imperso
nalibus: quod falsum esset: si vocatiuus esset categorice subiectum. Itaq̃ nihil opi
nor esse subiectum: quod nõ possit fieri predicatum: sed nimis de his in grammati
ca: opinor tamen vocatiuum regi ab aduerbio O.

plr vnicus compellandus nõ est

¶ Ne puer vni ⁊c. Uni vt vni non est pluraliter loquendũ sed de
seipso põt quis tam plr ꝙ singulariter loqui. Exemplum prioris partis: vt rogo te
amice venias ad prandiũ meũ: nõ aũt rogo vos amice vt veniatis ⁊c. id patet tam
per sacram scripturã: ꝙ per ethnicã vt Aue Maria. Tu es filius dei. Si hũc dimit
tis nõ es amicus Cesaris. Exemplũ posterioris. Cice. ad Brutũ. Populũ impo[sui]
mus: ⁊ oratores visi sum⁹: pro ego populo imposui ⁊ orator visus sum. Virg. O me
libee deus nobis hec ocya fecit. Nãq̃ erit ille mihi semper deus. Quintilia. Uti[nam]
hoc fata mihi prestarent: vt residuum laborantis anime in tuo poneremus ampl[e]
xu. Ecce quomodo idem de se nũc plr: nũc singulariter loquitur. Superuacan[ea]
fuisset olim hec regula. Nũc necessaria est ꝓpter barbaros: qui contra om̃ doc[to]
rum consuetudinẽ vni pluraliter loqui honorificum putant: quia honorificũ est in
lingua Gallorũ: hinc erroris riuum aperuere: quum multa pulchre dicant in vna
lingua: que in altera vituperantur. Barbaris astipulari videt Alexander in no[mine]
dicẽs. Dicitur esse lepos sermo directus ad vnum. Utens plurali: velut hic. nos[ter]
bone presul? Dinus bonauẽtura eodem errore videt fuisse imbutus in libello de
vita Jesu (si hunc ipse cõposuit) vbi angeli alloquuntur Jesum semper plr. Qui
loquendi modũ: nec apud veteres Christianos: nec ethnicos inuenient. Nã Hie
ronymus/Augustinus/Sidonius/Orosius ⁊c. semper vni vt vni singulariter [scri]
bunt. Uidentur hodie Christiani superbiores: ꝙ olim ethnici imperatores: qui[a]
haberi voluerũt: nam hi nunq̃ inuiti audierunt pronomina tu: tibi: tuus. Qu[od]
hodie alicui monachorum antistiti: aut decano: aut pontifici dicant aut scriban[t]
videbitur ita loquẽs: aut scribens blasphemasse: ⁊ anathemate dignus nec tã a[b]
bas aut pontifex: tam egre feret: ꝙ malchi aut famelici gnatones his assistẽ[tes]
vociferantes. sic loqueris: aut scribis pontifici? Quintilian⁹ ⁊ Donatus dicũt b[ar]
barismũ: aut soloecismũ esse: si quis vni dicat saluete. Et ꝑfecto derogat regis h[o]
nori: si quis dicat/Uos domine rex domuistis hostẽ vestrum: quia minus est cu[m]
aliis: ꝙ solum quidpiam gessisse: aut posse: vt recte docuit Badius noster. Jure [igi]
tur reprehendunt vni plr loquentes ab Enea Syluio/Nicolao Perotto: ⁊ aliis
maxime ab Erasmo nostro: qui sic loquentes vocitatores appellat. Si hono[r]
quit: cur non respondet Clerus episcopo/Et cũ spiritu vestro? Idem ait. Si p[ro]
tos grammaticos adimus in prima persona mutatur numerus persepe: aut m[ode]
stie: aut festiuitatis: aut euphonie gratia: in tertia persona vero raro. in secũda
ꝙ nisi inuidie causa. veluti que vestra libido. Unde repente quod inuidiosum
seculis fuit honorificum esse cepit. Si de se pluraliter loqui modeste est: alteri
qui pluratiue maligni: atq̃ inuidi sit necesse est. ¶ Si quis vsum aliter obtin[ere]
clamet/negamus. quia nõ vsus: sed turpis abusus est: si quid cõtra doctorum cõ
sensum introductum sit. quia Fabius ait in primo. Uoco consuetudinem latini s[er]
monis nõ imperitorũ: sed eruditorum cõsensum. Et summorũ virorũ in eloq[uentia]
iudicium pro ratione est: hunc autẽ loquendi abusum nunq̃ docti introduxeru[nt]
ideo errauit Synthenius dicẽs. Jncudis ex arte ꝓducitur. vsus tñ corripit: ⁊ vsus
patrius seruãdus est: abusus dixisset: qui seruãd⁹ nõ est. Nebrissensis negat ali[ud]
artẽ ꝙ vsum esse: ⁊ qđ olim arte vsuq̃ defendebat nũc vtroq̃ repellit: vt homon[ymia]
¶ Cur idem de se pluraliter loqui põt ⁊ nõ aliter ad alterũ. Quia modestia fecit: v[t]
de nobis loqueremur plr. Et pone nullam esse rationẽ adhuc alterum autho[ritas]
defendit: alterũ repellit: nec olim ratio reddenda est: quid cause: cur do dani nõ fa
cit vt flo flaui? Certe quod de iure Julianus dixit: id grãmatice maxime conuenit.
Nõ om̃ (inquit) que a maioribus introducta sunt: ratio reddi põt. ⁊ Fabius au
thoritatem nõ analogiã sequendã esse dicit: neq̃ em̃ vt lapidare dicimus glebare.
Jdeo locus a simili in grammatica sine authoritate est penitus inutilis.

** Dãnandi sũt q̃ interloquendũ pl⁹ honoris hominib⁹ ꝙ deo tribuunt.*

¶Cur dixisti vni vt vni· qꝛ si vni loquētes ad plures sermonē dirigi volumus: po-
terit locutio esse pluralis. Uirg. lib. ix. Uos o Calliope precor aspirate canenti. Com
pellat Calliopen: ⁊ ad oēs musas ſmonē dirigit: qꝛ sensus est. O Calliope vos mu
se aspirate: vt Lādinus ostēdit. Seruiꝰ dicit licenter poni numerū pro numero. vt
li. x. Crimen amor vestrū formeq₃ insigne paterne. pro tuū accipiūt: ait Serui. ⁊ ad
solū cygnū referunt: Nos qd semel aut bis licenter fit in poetis: in loquendi vsum
nō deducemus. Plautinus Euclio ad Megadorum: vt vobis lubet ad oēs diuites
sermonē dirigit. sic alibi persepe videt̃ Plautus ad vnū pluraliter loqui: sed si cau-
te dispexerimus: ad plures dirigi sermonē semper inueniemus. Raro em̃ seruus si
ne conseruo: meretrix sine ancilla ⁊c. Philosophia ad Boetiū lib. ij. Uos immortali
tatem vobis propag ... videmini. Et paulopost. vos nisi ad populares auras ina-
nesq₃ rumores recte facere nescitis. verū non Boetium solū: sed totam stultorum
multitudinē carpit (vt declarat Badius) Pseudo Boetius in lib. de disciplina scho
larium vbi inepte pluraliter loquitur. Idem in multis alijs barbarissat: vt manife
stat doctissimus vir Badius: vt cū dicit discholus: quasi diuisus in schola / vllate-
nus: partes pro patria intitulari. Cōpilare / pro ꝯponere / pro posse: curialiter: ꝙto-
cyus: lanista pro lanius: repatriare. Idē dicit se cōposuisse librum de sancta trinita
te: ⁊ de consolatu philosophico: vt a posteris crederetur fuisse Boetius. vt Pseudo
Ouidius de vetula dicit se scripsisse. In noua fert animus ⁊c. Sed vterq₃ iuxta ine-
ptus conatus est serpentes auibus geminare et tigribus agnos. Pseudo Curtiꝰ
similiter vni inepte pluraliter loquitur. ¶Quia hodie inuite audiuntur:
tu / te / tibi / tuus ⁊c. ideo blandius poteris sic compellare. Oro tuā probitatem: di-
gnitatem: paternitatem: nobilitatē: humanitatem: beatitudinem ⁊c. ne tamen ve-
ster pro tuus ponas: qꝛ vester intrinsecus plurale est. nec nouū est superiorem di-
gnitatis nomine ꝯpellare: quia in illud Uirg. j. ene. Tuus o regina quid optes ⁊c.
ait Seruius. Inferior superiorē dignitatis nomine alloquitur. Cōtra superior no-
mine proprio nisi ire: aut indignationis gratia minorem compellat.

* Aduertēda nō in vsum trahēda sunt que semel aut bis ab authoribꝰ licenter dicta sunt.

Librū de disciplina scholariū non esse Boetij.

Maiori quomodo loquēdū sit.

¶Regula elegantie.

Quod duo si rectos numerum verbo variorum
Preponas: verbum quadrabit proximiori:
Omnia pontus erat dic: ⁊ domus antra fuerunt.
At vestes sunt lana: feras: est lana: caueto.

¶Uerbū substantiuū positū post duos ntōs diuersorū nūerorū elegāter cōformat̃
scdo nominatiuo. vt bona arma gladius est. Gladius bona arma sunt. Ouid. Oia
pōtus erat idē. Domus antra fuerūt: singularis nūeri est domꝰ. Teren. Amantiū
ire redintegratio amoris est. Ouid. Uestes quas geritis sordida lana fuit. Sic Ue-
nerie diues oppidū est. Apostolus ad Corin. An nescitis qm̃ mēbra vr̃a templum
est spūssancti? Ualla maluisset dicere tēplū sunt: qꝛ suppositū est mēbra. ⁊ apō Uirg.
Nihil hic nisi carmina desunt: licenter ꝓ deest. putat desunt poni. Utcūq₃ est. Hec
est elegantie r̃ta nō latinitatis: sed sepe aliter doctissimos locutos inuenimꝰ. Oui.
in meta. Gaudia principiū nostri sunt Phoce doloris. Phocꝰ est viri nomē. Apul.
ij. meta. Qui canes ⁊ ipsi lapis erant. Tit. Liui. j. ter. deca. Captiui militū p̄da fue-
rant. Uerū per regulā loqui putat̃ ornatius. vt mandata tua: meditatio mea est.

Regula elegantie.

¶At vestes sunt lana. Si verbū substantiuū ponat̃ inter duos
ntōs diuersoꝝ numerorū ꝯcordabit cū precedenti. vt vestes fuerūt lana: nō vestes
fuit lana. mandata tua sunt meditatio mea: non est meditatio. Sermones summi
patris sunt meditatio iusti: nō est. Gladius est arma: nō sunt arma. Interdū tñ cō-
trarium legit̃ licenter. Luca. lib. ix. Sanguis erant lachryme. Ego tñ auderē sic lo-
qui interdū: qꝛ in similibꝰ ntūs sequēs debet ⁊ ici suppositū. Id Sauli eniꝰ credit
persepe fieri vbi est ꝓ significat videt̃ capi. vt pisces quos ceperunt Apli est colle-
ctio fidelium. nollem itaq₃ frequēter loqui. In carmine posui duo pro duos. vt fece
runt Horatius. Uirg. Plau. et numerū pro numerorum per sincopem.

¶Secunda regula principalis.

Cum substante vocans: et vim quod seruat eorum:
Si sit res eadem: post se rectum retinebunt.

¶ Uerbū substantiuū verbūq; vocatiuū ꝛ eoꝝ vim hn̄tia: regūt post se ntm̄ qui si-
gnificat accipi pro eodē cum ntō precedēte explicite vel implicite: vt sum paruus:
es homo: deus est oīpotens: vocor Joānes: cognominor Despanteri⁹: sedeo lectu-
Cur dixisti Qui significat accipi ꝛc. qꝛ nisi acciperent casus p̄cedens ꝛ sequēs al-
saltē significarent accipi p eodē: veluti tu es asinus nō esset posterior casus ntūs
vt hic gladius est Petri. pater est Joanni. ¶ Quomō dicemus. Petre esto bone a-
Petre esto bonus? Petre esto bon⁹: qꝛ aū intelligit ntūs tu. Unum tm̄ macte voca-
ex vsu authoꝝ tam pro ntō q̄ p actō licite ponimus nō rōne sed authoritate.

Macte esto
**Lucilli⁹ Macte in- q̄ virtute simulq; his ꝟsib⁹ esto.*

Liui. ij. ab vrbe. Juberē macte virtute esse si pro mea patria ista ꝟtus staret. Id-
lib. iiij. ab vrb. Macte ꝟtute seruili esto liberata republica. seruili vetsūs est a ser-
lius. Fio ꝛ habeor regunt post se ntm̄ vt sum: veluti fio beatus: habeor dign⁹: h-
factus ꝛ habitus participia post se cupiunt casum quē ante se habēt nō solū n-
qꝛ in ipsis quantū ad casum magis cōcordantiū est q̄ regimen adeo vt etiā si ip-
vocatiui casus fuerint vocatiuos casus post se copulant. Serui⁹ in illud Cōiu-
Anchisa Ueneris dignate superbo. ait dignate. i. digne habite. Properti⁹. Lect-
delitijs facte beate meis. Uirg. Salue vera Jouis proles decus addite diuis.
credite. Catullus. Rufe mihi frustra ne quicq̄ credite amice. Liber est Petri. Di-
ctici dicunt intelligi res: ne obliquus sit predicatū: nos tamen ita raro loquem-
quia multa venustius intelliguntur q̄ exprimuntur.

Uerbū substantiuum

¶ Uerbū substantiuū quid est? Quod alijs verbis substat in co-
iugando vel resoluendo: vt sum substat verbo lego in resoluendo: qꝛ lego. i. sum le-
gens. Legor: nō sic resoluit: qꝛ caret pticipio p̄ntis tpis vt oīa passiua: sicut oīa a-
ua carēt participijs p̄teriti tpis. ¶ Quotuplici ꝟbo substat sum in ɔiugādo? Q-
tuplici. Primo passiuis: vt amor amatus sum. Secundo deponentibus. vt loqu-
locut⁹ sum. Tertio cōibus: vt osculor osculat⁹ sum. Quarto neutropassiuis: vt ga-
deo gauisus sum. Quinto impersonalib⁹ passiue vocis. vt sedet: sessum est vel fu-

Sū tm̄ verbum substantiuū.
Exto
Existo.
** Existo cū motu.*
Exto sine motu quasi supersto.

¶ Quot sunt verba substātiua? vnicum quod est sum. Quom-
excludis fio/exto/ꝛ existo q̄ plurimi substantiua esse dixere? qꝛ hec alijs ꝟbis no-
substāt: sed ipsis vt ceteris substat sum. veluti fio fact⁹ sum. existo sui existēs. P-
terea exto ꝛ existo nō magis censeri debēt substātiua q̄ simplicia sto sisto: nec su-
significant: sed pdeo/emineo/appareo. Ouid. Existūt montes quos summū te-
rat equor. Cicero de diui. Sūmersus equus voraginibus nō existit. Et lib. ij. de o-
fi. Eo tēpore tante discordie secute sunt: vt ꝛ tyrāni existerēt ꝛ optimates exter-
narent. i. apparerēt prodirent Et alibi. Existit hoc loco questio subdifficilis. i. p-
dit: exurgit. Et alibi. Que vt scis extat oratio. i. superest nō perijt. Extare p-
cuntur inanimata q̄ nondū perierunt vt libri/picture ꝛc. que si periere dn̄r inte-
disse. Pli. xxxv. Siue extant siue intercidere. Lactā. lib. iiij. Si celestibus bn̄fic-
titerit ingratus. hic hꝫ vim substantiui. ꝛ significat: extiterit/apparuerit/ vel ma-
feste fuerit. Cic. v. de fini. Sine bonis corpis possit vita btā existere. i. exurgere p-
re inueniri. Ualla in Joannē. Extitit pene est qꝺ pdijt. differtq; a fuit: quia vt di-
mus: genitus fuit aut fact⁹ fuit. ita nō dicimus genitus extitit aut factus exti-
si hoc genere sermonis plerosq; nūc videamus vtentes. Hec Ualla. cui⁹ sunt q̄ h-

Res.
Ens.

subijciam ex logice li. j. ca. ij. Omne participiū vim obtinet relatiui ꝛ verbi: p-
transcēdēs vnicū est res. Nā in hoc cetera resoluūtur: vt vnū vna res/ens res q-
est. Nā suapte natura participiū est. oīsq; gn̄is qꝺ cū transit in nomē: est tm̄ ne-
trum. vt ens fm̄ Priscianū in vsu nō est. Imperiti pro hoc solent vti existēs qꝺ h-
verbum significet nescientes. hec Ualla. Cōposita a sum: vt absum: desum: sub-

Infinitiu⁹ loco nti.

tiua nō sunt. vt verbū ante se aliqd habet loco nominatiui. ita etiā post se: vt fu-
ri est peccare. Cicero ad Atticum. Magis isti seruiūt si obseruare seruire est. id e-
si obseruatio seruitus est. nam sapere ꝛ sapientia idem sunt. ita de similibus. Ua-
rius Maxi. de Polycrate. Uelle ac posse in equo positū erat. i. voluntas ꝛ potentia.
Seneca. cxvij. epistola. Inter sapientiam ꝛ sapere quid intersit nescio. Ideo Ualla
nihil distare dicit inter esse et essentiam. De quibus multa scribunt Neoterici

philosophi credentes hec longe distare.

¶ Cui rei esse cõuenit si maxime proprie loqui velimus? Soli deo. Nam Plato negat quicq̃ mortale esse: id vero demũ esse credit qḋ eternũ est neq̃ mutabile neq̃ corruptibile: qḋ dei ꝓpriũ est: nã angeli aliquando nõ fuerunt et possunt rursum nõ esse. Sic Bessarion dicit Parmenidem ꝛ Melissum dixisse tã tum vnũ esse. neq̃ id ethnici solum sentiunt: sed etiam Christiani. Beatus Augustinus. Solus deus vere est: cuius comparatione cetera non sunt. Diuus Hieronymus ad Damasum papã. vna est dei sola natura que vere est. id em̃ quod subsistit: nõ habet aliunde: sed suũ est. Cetera que creata sunt etiã si videntur esse: non sunt. Quia aliqñ nõ fuerunt: potest rursum nõ esse qḋ nõ fuit. deus solus (qui eternus est: hoc est qui exordiũ nõ habet) essentie nomen vere tenet. Idcirco ꝛ de Rubo ad Moysen loquit̃. Ego sum qui sum. Et rursum. Qui est: me misit. Erãt vtiq̃ tunc angeli/ celũ/ terra/ maria. Et quõ cõmune nomẽ essentie sibi vindicat deus. Hec et plura btũs Hieronym⁹. Ex dictis per logicã necessario colligit̃ nullã creaturã esse sine qḋ idẽ est vere esse hinc per sortem facile intuleris nullũ corpus esse: nullũ celum: nullũ lapidẽ: nõ demonẽ: nõ infernũ ꝛc. Et si quis improbare conetur. Celuz est corpus: celum igitur est: nihilo plus egerit q̃ȝ si contra Aristotelẽ sic instet. Albor est color: albor igitur est. nam vtrũq̃ iuxta est sophisticũ. Nolo hic de his plura. Tantũ hoc vnũ admonuero: abstinendũ esse eiusmodi assertionib⁹: nulla creatura est hic homo (demõstro Petrũ bimulũ) nunq̃ȝ a mortuis resurget ꝛc. nisi inter doctos: nam indocti vt heretica derident quecunq̃ id si nequirent defendere. abstinere igitur apud indoctos logice ꝛ phisice ne margaritas canibus.

¶ Quotuplicia verba habent vim verbi substãtiui? Triplicia. ¶ Primo passiua quorũ actiua regunt duos actõs pro eadẽ re acceptos: vel quasi acceptos: vt crederis diues: qꝛ dicim⁹: credo te diuitem: vbi subauditur esse. sic habeor doctus/ malus/ bonus. i. iudicor/ estimor. Sallusti⁹. Uirtus clara: eternaq̃ habetur. videor tibi sordidus. Uideris mihi bonus. Caue vnq̃ȝ dicas videtur ꝙ: qꝛ teste Ualla penitus barbare dicit̃: videtur mihi ꝙ malefacis. dic ergo videris mihi male facere: nec apparet ꝙ es fatuus: sed appares fatuus: qꝛ etiã habet vim verbi substãtiui: ornate dices vt videre videor: prout videtur mihi. ¶ Reputaris doctus nollem dicere: nec iste est magne reputationis: sed estimationis: aut fame: qꝛ reputare significat considerare/ cogitare/ recolere. Liui. lib. j. Qui sis nõ vnde natus sis reputa. i. diligenter consydera. Sallust. Quũ nõnullorũ sententias ipse mecum reputo: aliqñ capitur pro puto vel estimo: sed apud doctos rarenter. In sacris nimis sepe. Iustinus lib. xij. Quũ maxime vicisse reputes tunc tibi discrimen subeũdum sit. Orosius lib. iiij. Miserias aliorum felicitatem suã reputant. ¶ Secundo verba multa neutra veluti: eundi/ manendi/ viuendi ꝛc. veluti concedo domum: potus concedo. i. eo: vox elegans: parasitus venit ad cenã inuocatus. vade cantus. Incedo comitatus tribus famulis. Comitor commune est: vt comitor te: comitor a te. ¶ Quomodo differunt Incedo/ deambulo/ ꝛ eo? incedere est cũ fastu ꝛ magno apparatu ire. Seneca. Tenero ac molli passu gradũ suspendimus: nec ambulamus sed incedimus. Uirg. j. ene. Ast ego q̃ diuũ incedo regina iouisq̃ Et soror ꝛ cõiunx. idem. Et vera incessu patuit dea. Deambulare qḋ ꝛ spatiari dicitur: est voluptatis aut exercitij causa ambulare. Ire ad omnia cõmune est. Iaceo frigidus sub dio. i. extra domum sub aperto celo. sto resupin⁹. viuo inops. Sedeo tristis: curuus: erectus ꝛc. Petrarcha. I sospes: variosq̃ vie circũspice casus. Fio doctus: euado peritus. dic etiam euado in doctũ virũ. ¶ Tertio plurima alia verba actiua deponentia: quorũ nõ constat mihi certa regula: vt audiui hoc puer. Feci inuitus melius q̃ȝ inuite. Cicero in Catone maiore. Inuitus quidem feci. Uirg. in. vj. Inuitus regina tuo de littore cessi. i. recessi/ abij. dixi imprudens. i. sine premeditatione. Nudus egressus sum de vtero matris. nudus moriar. Tantũ ergo sacramentũ veneremur cernui. i. humiles inclinati quasi terram cernentes. vsus est hac vocula Uirgilius. ¶ Dicimus ne sedeo aial: sto alb⁹ ꝛc? Nõ. qꝛ ntũs seqñs debet exprimere modum verbi. vt quomodo sedes? rectus. i. recte. viuo letus. i. lete. ponũtur enim pene pro aduerbijs. nihil opus est resoluere verba in gerundia. sic sedeo tristis. id est sedendo sum tristis. Alij resoluũt in participiũ. vt habeor doctus. i. sum habitus doctus Quid facient in sospes ꝛc. Tu dic igitur hec satis clara esse: nec egere declaratione.

Uerbi substãtiui vim habentia.

Uideor.

Reputor.

*Apulei⁹ te id mecũ sepe reputarẽ. aliqñ etiã ꝓ ꝯputo accipit. Ulpia. itez sũpt⁹ litis tuto reputabit ꝛviatica si ex officio necesse habuit aliquo exire vel proficisci.

Comitor.

Incedo.

Deãbulo.

Eo.

Inuitus feci.

vctm verbum.

¶ Vocatiuũ verbũ quid est? quidam generale qđ per rei nomẽ presertim pprium aliqñ etiã cõmune determinatur. vt vocor Joannes. studiũ sapiẽtie que phia appellatur. ¶ Dixi quiddã nõ quoddã: ne duo adiectiua cõnecterent. Nam quiddã est substãtiuũ: quoddã adiectiuũ. Cice. est quiddã tertiũ. Ideo nõ dicimus bonũ latinũ: sed bene latinũ: aut bona latinitas. veluti Ouid. Uir bene greca: ditur Quã legis ab: apta Briseide littera venit. Uir bene barbarica greca notata manu. Juue. Quũ sit turpe magis nostris nescire latine: subaudi loqui. ita dices ille nescit latine: non latinũ ¶ Quot sunt verba vocatiua? Quinq. nuncupor/appellor vocor/dicor/nominor. Cuius generis sunt? passiui eorũ actiua sunt: voco/ nũcupo ꝛc. que regũt duos actõs qui significant pertinere ad eandẽ rem. vt voco te asinũ. Cur hec actiua nõ dicunt vocatiua? q: in proposito solũ scire volumus quot sunt vocatiua post se ntm̃ regentia. ¶ Argumentor. Quũ dico vocor Petrus: vocor nõ regit post se ablm̃ cũ prepositione a vel ab. ergo nõ est passiui generis. ¶ Respondeo. licet explicite non habeat ablm̃: tamen bene implicite: q: sensus est: vocor ab hominibus Petrus. Tñ nõ exprimemus illũ ablm̃: q: venustius intelligit. ¶ Argumẽtor. & in Euange. Uocatis me magister ꝛ dñe ꝛ bene dicitis: sum etenim. hic voco regit vctm̃: ergo male dictũ est actiua vocatiuorũ regere duos actõs. Rñdeo magister ꝛ dñe nõ sunt ibi vocatiui: sed accusatiui: q: capiunt ibi technice siue materialiter: ꝛ sensus est. vocatis me his noibus magister ꝛ dñe: tamẽ nõ imitabimur illum loquendi modum: quẽ extra sanctam scripturam: nusq opinor reperiri.

Uocatis me magister ꝛ domine.

¶ Que habẽt vocatiuoꝝ vim? Cognominor: agnominor: inscribor: salutor: ꝛc. vt cognominor Scipio. agnominor Aphricanus. saluto: poeta. baptizor Paulus. scribor heres. argnor insanus. hic liber inscribitur Syntaxis Despauterij. inscribor. i. qđ vulgo dicitur intitulor nõ apte (vt opinor) licet apud diuũ Hieronymũ aliqñ reperiatur. Jesus interpretatur saluator. Hora. in arte. Descriptas seruare vices operũq colores. Cur ego si nequeo ignoroq poeta salutor. presbyteri hodie salutãtur dñi. Uir discipulus salutatur magister. Quis vocaris: qui vocare: aut quo noie vocaris. nõ qualiter: aut quõ vocaris. sic q̃ inscribit libro Plaut. in amphi. Qui nunc vocare Sosia? Respondit Sosia. Nemo nisi quẽ iusseris. Teren. Qui vocare. Plautus. Qui vocat: pro quis. Sunt dialectici qui dicunt hic: vocor Petrus: ablm̃ esse Petrus. ꝛ ideo cõgrue dici vocor Petrum. Nõ negarim recte ablm̃ dici. nunq tamen licet dicere vocor Petrum: q: sic est nemo vnq nisi barbarus locutus: in grãmatica friuola est ratio sine authoritate.

Uocatiuorũ vim habentia.

¶ Quot modis latine poteris qui voceris exprimere? Septem. ¶ Primo. vocor/dicor/noior/appellor/nuncupor Petrus. Scdo. est mihi nomẽ Petrus. Cice. Clodius cui nomen est Phormio Plau. in menech. Mihi est menechmo nomen. ¶ Tertio. Est mihi nomen Petri. Plau. in amph. Nomẽ mercurij est mihi. ¶ Quarto. mihi est Petro nomẽ. hic modus est elegãtissimus. Plau. in mene. huic etiã Menechmo nomen est. Liui. Cui faustulo nomẽ fuisse ferũt. Et alibi. Scipioni cui Aphricano fuit cognomen. Uirg. ene. j. Cui nũc cognomen Julo. ¶ Quinto. habeo nomen Petrus. Ouid. j. meta. Lactea nomen habet. ¶ Sexto habeo nomẽ Petri. anthor est Serui. ¶ Septimo. habeo nomen Petrũ. anthor est Serui. in libro j. enei. Cui nunc cognomen Julo. dic etiam/ indo tibi nomen Joãnes nis: nt: nem. Plau. in aulula. Juuentus nomen indidit scorto mihi. in menech. Junctus nomen fecit peniculo mihi. Apud latinissimos memini legere impono tibi nomẽ: ne ineptum putes: quia vulgare est.

* Maro. Est lucus silaris circa illicibus q virentẽ. Plurimus alburnum volitãs cui nomẽ asilo. Romanus est oestrus graij vtere vocantes.

¶ Esse infinitum.

Esse pares optat casus: sed non male dices:

Huic licet esse probum: loquitur sic Quintilianus.

Esse.

¶ Esse copulat similes casus qui pro eadẽ re significat accipi explicite vel implicite. De ntõ. Petrus cupit esse doctus. De gtõ. misereor Joannis volentis esse docti cui deest ingeniũ. Talia de gtõ grãmatici fingunt exempla: at sic loqui nollem: q: apud anthores nihil tale inueni. De dtõ. licet mihi esse sacerdoti. De actõ. Audiui Joannem esse doctum. De vocatiuo nõ datur exemplũ. De abltõ. vtor familiariter Joanne cupiente esse canonico. Dant talia exempla grammatici. Apud anthores

nec ego nec Lancilotus aliquid inuenim⁹. ¶ Da authoritatē de nominatiuo. Ouid. de Ponto. Et quis in extremo positus iacet orbe tuorum. Me tñ excepto qui precor esse tuus. dicere potuisset (ait Valla) sed nō tam venuste quē precor esse tuum. qui modus loquendi e greco fluxit vbi est vsitatissimus. ¶ Da authoritatē de datiuo. Clau. Natura beatis Omnib⁹ esse dedit si quis cognouerit vti. Oui. viij. meta. Vobis immunibus huius esse mali dabitur. Quintil. lib. iiij. An illi accidat viro bono esse vel malo. Et lib. iiij. Procuratori tibi esse nō licuit. Marti. ad Carinū. Nobis nō licet esse tam disertis. ¶ Da authoritatē de accusatiuo. Teren. in Eunu. Apparet hunc seruum esse dñi pauperis. In his copulantur similes casus explicite.

Esse btis.

¶ Quare dixisti implicite? Qr aliqñ alter casuū subaudit̃. vt huic lz esse pbū: intelligit̃ actūs se: qr sensus est huic lz esse pbū. ita dicunt Nebrissen. et Manutius ⁊ plures quibus suffragor. ¶ In quot casibus hoc cōtingit? In duobus. Nominatiuo ⁊ actō. De ntō Terē. Hei mihi disce esse pater ab his qui vere sciūt. Intelligit̃ ntūs tu in disce. Idē. Que sese inhoneste optauit parare hic diuitias ꝙ in patria pauper viuere. sensus est. Que magis optauit hic inhoneste diuitias parare ꝙ ipsa optauit viuere pauper in patria. ⁊ ita ntūs sequit̃ ⁊ p̄cedit. hic nō est infinitiu⁹ esse sed viuere hz vim infinitiui esse. vt euadere credi haberi fieri ⁊c. Ald⁹ dat exemplū. Tibi placet euasisse diuiti vel diuitē ⁊c. tunc subaudit̃ actūs te. vt ait In catone vterq̄ nominatiuus exprimitur. Sperne repugnādo tibi tu cōtrarius esse. vt in Luca. lib. ix. Tutūq̄ putauit Jam bonus esse socer. Cui loquendi modo non est simile qđ subijciā. precipe illi esse amicus: placet mihi esse doctus ⁊c. qr ne implicite quidē est scđs ntūs ad eandē rem pertinēs: nec vnq̄ notare quiui vbi ita loquerent̃ docti lz Valla credat posse sic dici. cui refragant̃ Lācil. ⁊ Mancinel. q̄bus astipulor. Dic igit̃: pcipe illi esse familiari aut familiarē mihi: nō familiaris. Iterū Ouid. Sperēq̄ in molli nobilis esse thoro. prior ntūs ego subaudit̃. idē. xiij. meta. Sed eni qr retulit Aiax esse ionis pnepos. ⁊ li. j. de Pōto ad Marimū. hec vbi vinēdū est satis est si ꝯsequar aruo. Inter inhūanos esse poeta getas. hic a parū elegantibus p ntō actūs magis desideraret̃. ¶ Scđo actūs intelligit̃ p̄cedens qui facile ob dtm̄ expressum intelligit̃. vt lz tibi esse sacerdotē latine dr. nec esse copulat dissimiles casus: qr actūs te ꝓpter dtm̄ tibi facile itelligit̃. ⁊ est sensus: lz tibi te eē pbū sic tñ nunq̄ loq̄muntur qr p̄cedens actūs honesti⁹ intelligit̃ ꝙ exprimit̃. Est qui derideat hanc declarationē. At si sciret nō minus infinitiuū ꝟbi psonalis petere añ se actm̄: aut loco accusatiui aliq̄d ꝙ verbū infinitiui modi ntm̄: nūq̄ tā temerarie dānaret. hoc de infinitiuo intellige nisi imediate adhereat ꝟbo vel adiectiuo: aut ponat̃ p noie. vt volo legere. parat⁹ rñdere. scire tuū. aliqñ intelligit̃ facillime actūs a fronte rectus qr ĝnalis est. vt prestat esse pauperē ꝙ iniuste diuitē. sensus est prestat aliquē eē pauperē ⁊c. Vbicūq̄ aūt esse añ se expresse nullū casū hz nec subauditur ntūs: habebit post se actm̄. ⁊ añ intelliget̃ actūs ĝnalis aliquē qui semp vel nustius subaudit̃ ꝙ vnq̄ exprimit̃. Da authoritatē vbi ꝓpter dtm̄ actūs precedēs satis intelligit̃. Quintil. li. vij. An huic esse pcuratorē liceat. Et lib. iiij. Procuratorē tibi esse nō licuit. Hypmestra ad Linū. Quo mihi cōmino non lz esse piā. Teren. in heau. Expedit bonas esse vobis. Cesar li. vj. de bel. gal. Quib⁹ iam lz esse fortunatissimos. Luc. li. iij. Nūq̄ tibi magne per vmbras. Perq̄ meos manes gener non esse licebit. In sacris Esaie. vij. Nūqd vobis est parū molestos esse hoib⁹ qr molesti estis ⁊ deo meo? In euāg. Jo. Dedit eis ptātē filios dei fieri. Nebris. in oibus mihi suffragat̃. Optime ergo dicimus: lz mihi esse castū. At vbi datiui copulant̃: oro est multo pulcherrima. Philelph⁹. Prolixiori mihi esse nō licuit. Hora. in art. Mediocribus esse poetis. Nō dij nō hoies nō cōcessere colūne. idē in saty. Me primū illoꝝ dederim quib⁹ esse poetis excerpā numero. aliq̄ codices hñt in actō poetas. sic Cic. Quintil. ⁊ ceteri sepissime. Pseudo Curti⁹ dixit inepte. Placuit summopere a te fieri certior ⁊c. p me a te fieri certiorē. ¶ Vtrū esse semp regit vtrūq̄ casum quē copulat? nō. qr añ se solū actm̄ regit. ¶ Quō dicendū est videor mihi esse docto an doct⁹? Solū dicendū est videor mihi esse doct⁹. ⁊ ego sumit̃ pro casu p̄cedente: vt notauit Sulpiti⁹: qđ ptz ex simili. videris mihi doct⁹. interest Platonis esse boni inepte dr teste Lancilo. rō est. Diuersa significātia ꝟmonis: qr aliud est dicere in re Platonis boni: aliud vtile est Platoni esse bonū. Valla in illud Pauli ad hebreos. Nō ꝯfunditur de⁹ vocari de⁹ deoꝝ. dicit deus p deū interpretē posuisse more greco nō latino.

Huic lz eē probum.

*Lucan⁹ Tutūq̄ putauit Jam bonus esse socer la= chrymas ñ sponte cadentes:

Expedit bonas esse vobis.

dicitur em̄ ille erubescit vocari bonum nō bonus. recte autem cupit: aut timet vo
cari bonus. sed cur confunditur potius dicit ꝙ pudet. Hec Valla. que adieci quia
vocari cupit etiam similes casus vt esse.

¶ Appositio.

Apponens coniunge pari duo fixa:
Esto res eadem: declaratumq; preito.

¶ Si duo nomina substantiua ad eandē rem pertinentia: coniungantur sine con
iunctione: erunt eiusdē casus precedente declarato per appositionē. vt fratres ge
mini. hic duo sunt sustantiua fratres ꝛ gemini ꝓ eisdē rebus accepta sine ꝯiunctio
ne: ergo ponūtur in eodē casu: ꝛ declaratū scilicet fratres ꝑcedit. Da plura exēpla
Joannes homo magni ingenij. fluuius rhenus. vrbs Roma. arbor morus. mōs al
banus. mensis Augustus. ¶ Quo authore ꝓbas declaratū debere precedere? Au
thore Quintilia. lib. ix. dicente. Quedā ordine permutato fiunt superuacua: vt fra
tres gemini. Nā si ꝑcesserit gemini: fratres addere non est necesse. Hec Quintilia.
secundū cuius preceptionē male dicit̃. homo aial: castanea nux: roma vrbs: tyberis
fluuius ꝛc. ¶ Argumētor ꝯtra Quin. Dicit Cice. lib. ij. de diui. Procles ꝛ carlstenes
Lacedemoniorū reges gemini fratres fuerūt. hic gemini ꝑcedit. ergo Quintiliani
ꝑceptio est friuola. Dices forsitan more grāmaticorū hoc ē rarū ꝛ authoritati Ci
ronis cōcedendū nō imitandū. ¶ Sic insto: sepissime sic̃ia inuenimus in optimis
authorib⁹ vbi ꝑcedens nulla eget declaratio vt notissimū ꝛ centies añ in eodē au
thore habitū. Sueto. in Cesare. Ut em̄ geminis fratrib⁹ edes in foro ꝯstituta tan
castoris vocaretur ꝛc. ꝛ in Augu. Rheni fluminis. Et in Claudio. Nihil eque fa
re ad vipere morsum ꝙ taxi arboris succū. Pli. lib. xij. ca. xxi. Fructus magnitudi
auelane nucis. Ante in eodē lib. Amigdalā nucē. Cesar. j. de bello Gal. Gallos
Aquitanis garūna flumen. a Belgis matrona ꝛ sequana diuidit. ¶ Dices for
ipm hoc fecisse equiuocationis tollende causa ne quis crederet Garūnā esse mon
Audio sed nihil agis: q: equiuocatione sublata: num putauit Cesar lectorē tam
pnolentū vt illico q̇d sit Garūna negligeret? At qui statim vir post dimidiatā pa
nam subdidit. Initiū capit a flumine Rhodano: cōtineturq; Garūna flumine. Ja
lib. iij. de bello gal. Proximi rheno flumini sunt. nunq̇d verit⁹ est ne quis igno
rus esset q̇d sit rhenus nisi adiecisset flumini? Orosius lib. vij. Ripe rheni flumi
insederunt. Florus. In ripa rheni fluminis staret. An nomen ripa nō satis decla
raret quid rhenus esset etiā si fluuius esset vulgo ignotissimus. Justinus lib. iiij.
Etne mōtis per tot secula durat incendiū. Nunquid timuit ne q̇s ignoraret etnā
Nūquid lectorē expectabat tā obliuiosuz vt vbi didicisset q̇d etna sit: post tres ve
siculos rursum ignoraret? Nō puto verisimile. Atqui paulopost ait. Perpetui etne
mōtis ignes. Et mox. Etne mōtis ꝑpetuos ignes facit. Idē lib. xliij. In sinū gallic
ostio Rhodani amnis peruenere. Et statim post. Prope ostia Rhodani amnis. Flo
rus. Dolobella omnes deleuit ne quis extaret in ea gente qui incēsam a se Romā
vrbem gloriaretur. Nūquid timuit Florus ne quis Roma quid sit ignoraret? Et
li. ix. ca. vj. Uulgo ꝛ scriptū ꝛ creditū est folia olearū arborū brumali ꝛ solstitiali die
conuerti. Tit. Liui. li. j. ab vrbe. Prope Tyberim fluuiū. An credidit lectorē igno
turū quid sit Tyberis. Idē lib. iiij. Tyberi amne septus. alibi dixit ad Rhodanū
fluuiū. xliij. ꝛ lj. Sup eurotā flumen. ꝛ post tres versus: ad Eurotā amnē. liber esset
si omnia velim persequi. Nā vt Curti⁹ li. iiij. ait Nilo amne vectus est. ꝛ. v. Agmen
ꝓcessit ad caucasum montē ꝛc. vereor ne hec nimia sint. ¶ Respōdeo. Quintilianus
ostendit quid ars exigit: hanc aūt plerūq; cōfundit authoritas/ vt recte ait Seruius
ideo vt frequens authoritas repugnat grāmaticoꝝ arti. optime sequemur autho
ritatem: nec male (si placet) artem recte igitur dicimus flumen Rhenus ꝛ Rhenus
flumen ꝛc. nihil timentes nugationē dialecticorū terriculū. Ideo frustra digladian
tur grāmatici de Uirgiliano illo Castaneasq; nuces mea quas amaryllis amabat.
¶ Argumentor contra particulam ad eandē rem pertinētia recte dicitur in sacris
Uidimus filiū baculum senectutis nostre. Et accipe gladiū spiritus verbū dei. hic
substantiua pertinēt ad diuersa quia filius est homo: baculus est corpus inanima
tum. ¶ Respondeo. si dictiones hic caperentur in prima significatione: ꝑtinerēt ad
diuersa: modo autē baculus ꝛ gladius capiunt̃ per similitudinē pro rebus quas

Ars. Authoritas

Filius baculus.

* Substātiua in appositione ad eandez rē ꝑtinere debent dictioq; appositio: sic apponenti iūgit̃ quasi adiectiuuz qd alt q̇d in substātiuo determinat ꝛ exponit.

non videntur significare quia baculus capitur pro sustentaculo &c. & ita pertinent ad eandem rem. sic etiam hic Christus/ hagnus dei &c.

¶ Appositio quid est? Sine coniũctionis medio substantiuorũ ad eandẽ rem pertinentiũ in eodẽ casu positio. vt vrbs Roma. ¶ Cur dicis sine cõiunctionis medio. q: inepte dr/ Fluuius et rhenus: vrbs & Roma &c. ¶ Argumentor recte dicimus/ Maria & mater virgo sanctissima: & intercedit coniũctio quod est cõtra desinitionẽ. ¶ Rñdeo. illa cõiunctio nõ ponitur propterea inter que fit appositio: sed propter duo vni apposito connectenda. hic aũt Mar. Tullius Cice. nullo modo põt interponi coniũctio: bene aũt intercedit abltũs noie/ veluti. Uidit Jesus hominẽ sedentẽ in teloneo Mattheũ noie. ¶ Cur dicis duorum substãtiuorum. q: inter mere adiectiua nõ fit appositio. Ego em̃ puto ineptissime dici/ iste est coloratus albus &c. de quibus inepte digladianť Neoterici dialectici. Recte aũt dixeris. Doctus grãmaticus: expertus musicus nã grãmaticus: medicus &c. substãtiua sunt gentilia siue pria noia. vt Romani/ Itali/ Galli/ Sulmonẽses/ Insubres &c. pene sunt. pfecte substantiua: ideo inter eiusmodi apud Titũ Liuiũ & alios optimos authores sepe inuenies appositionẽ. vt Ager captus de gallis: boijs fuerat &c. Duo adiectiua sine cõiunctione nõ cõnecti ostẽdit Seruius in illud Uerg. ij. ene. Androgeo galeã clypeiq; insigne decorum induit: ait. insigne ornamẽtũ: & decorum adiectiuũ est ne sint duo epitheta qd apud latinos vitiosuz est. Fecit tñ Uerg. paucis versibus: vt Lenta quibus torno facilis superaddita vitis. sic legit Donatus. legit etiã in abltõ facili. Hec Seruius. epitheta sunt adiectiua: inepte ergo diceres. mulier pulchra nupsit mihi. ¶ Argumentor: Dicimus qñ scripsisti mihi duas elegãtes epistolas: & sunt tñ duo adiectiua sine coniunctione eleganter vni substantiuo data: ergo dictũ Seruij est falsum Uerg. Aurea mala decem misi: cras altera mittam.

¶ Rñdeo dictũ Seruij intelligiť de plene adiectiuis. iam nũeralia: pronoia & syncategoremata/ veluti ois nullus &c. non sunt plene adiectiua: q: alijs adiectiuis rite maritanť: veluti. Multi albi hoies/ quinq; fatue virgines &c. Cur dixisti ad eandem rem pertinentiũ? q: aliter locareť alterũ in gtõ. Cur dixisti in eodẽ casu. q: hoc in ol appositione est necessariũ. Argumẽtor. hic substãtiua ad eandẽ rem ptinẽt. Sicut locutus est ad patres nr̃os Abrahã & semini eius in secula. & tñ sunt diuersorũ casuum: q: pr̃es est acti casus: Abrahã & semini eius dti casus. Rñdeo. ibi nullo mõ est appositio. lz Sinthenius id credat: nec patres ordinatur cũ illis datiuis: q: sensus est teste Ualla. Sicut locutus est Abrahã & semini eius: apud patres nostros. & ita ad: pro apud capitur: similis est oratio. locutus sum ad populuz iudici & litigatori. sed vsitatius interpres ibi apud dixisset. Hoc ex Ualla in Lucam.

¶ Secũdo contra particulã in eodẽ casu. Dicit Uerg. ene. j. Hic tñ ille vrbẽ Patani sedesq; locauit Teucrorum. vbi duo substantiua ad eandẽ rem pertinẽtia ponunť in diuerso casu. Rñdeo lz posset Uergiliũ excusare metri necessitas q: Pataniũ dicere nõ potuit: tñ ipse & alij boni authores aliqñ ex industria grãmaticorum legẽ pretereũt teste Seruio. Nos ergo q: ars exigit dicimus & qd sepissime fit aliqñ tñ vbi posset esset appositio: authores alterũ ponunt in gtõ tanq; ad diuersa ptineãt. vt vrbs Patani pro vrbs Pataniũ. Palladius dixit oppido Cumarũ pro cumis sed hec q: ad modũ rara sunt nõ imitabimur: nisi tam pce in sili ope. Cice. lib. v. ad Atticũ. In oppido Antiochie apud Uergiliũ. Patani forsan aliquẽ significat a quo post Antenorẽ nomen Patani est datũ. et oppido Antiochie. i. subiecto Antiochie &c. Hiero. in Tobia. iuxta fluuiũ Tigris. In marco. in iordanis flumine. Qd aũt dicit Cic. pro Flacco. Arborẽ fici nũq; vidisset Et in euange. vidẽs arborẽ fici excusať: q: ficus etiã fructus est: vt si dicas arbor dulcissimi pomi. Potes ergo dicere. Arbor ficus arbor fici. & arbor ficulna & contra Uallã arbor ficulnea. Apul. vij. meta. Alligauit arbori ficulnee. Pli. xxviij. ca. xiij. Ramo ficulneo permixtũ. Dicimus silr arbor quercus vel arbor querna. Boeti. lib. j. de conso. phi. Quernas pergat ad arbores.

¶ Dicimus quoq; vrbs Roma & aliquãdo vrbs romana. Ti. Li. iiij. ab vrbe. Urbs Romana condita erat. Justi. siue Trogus vrbem Romanã dixit lib. xliij. libentius dixero cũ Salustio in Cati. Urbẽ Romã: sicuti ego accepi initio Troiani cõdidere item recte dicimus. mons Auẽtini. vt sit nomẽ regis ibi sepulti & mons Auentinus: vt iam nõ regis: sed montis nomẽ sit. ita sydus Saturni. vt Saturnus sit nomen dei aut regis: cui dicatũ est sydus. & sydus Saturnus: vt Saturnus sit nomen syderis

Appositio.

* Uerg. mille mee siculis errant in montibus agne. Luca. mille mee gralo volũnť in equore puppe.

Adiectiua non plena

Argumentuz primũ cõtra par. in eodẽ casu sicut locutus est ad patres nostros &c.

Urbem patani.

Ficulnea arbor.

Querna.

Urbs Romana.

in reliquis necesse est vbi ad eandē rem substātiua ptinent: ea in simili casu locari vt factū est mense Januario: nō Januarij. sic mensis februari⁹: nō februarij ꝛc. mensis Augustus: ꝛ si carmē exigat mensis Augusti: q2 ad Cesarē respicere lꝫ. Urbs gādauū nō gandaui. Arbor morus: nō mori ꝛc. De his multa preclara: per quā latine dicimus Ualla in Randēsem: vbi etiā ait ornatius dici. Uale ex vrbe mediolano ꝙ ex mediolano ꝛc. ¶ Ego ille: dicūt esse appositionē: nec multū refragor. ¶ Per quot casus fit appositio? Per omnes: vt arbor Sycomorus ri. ro. rem. rum. or. re ꝛc. Optimuꝫ fuerit pueros in horū declinatione exerceri. ¶ Possunt ne esse diuersorum generum? Etiam. vt flumen Rhodanus. vrbs Gandauum ꝛc.

* Hec ex Ualla in randēsē ꝗ vrbem romā vrbem placentiā: vt dicam⁹ ꝑcipit non vrbē rome vrbē placētie nisi forte (vt ipse subiungit) apud poetas. Uerg. vrbem Patani.

¶ Possunt ne substātiua esse diuersorū numerorū in appositione? Uix: q2 nō dicimus vrbes roma: sed vrbs roma. ¶ Quot modis substātiua in appositione pñt esse diuersorꝫ numerorꝫ? Duobus. Priore: vbi alterū alterius numero caret: vt vrbs Athene: pisces signū. lꝫ Ouid. Piscis in hac significātia dixit: q̄ꝫ duo sunt. Uerg. Formosū pastor Coridon ardebat alexim Delitias dñi: lꝫ delitiū dicat: q2 diuersum putat. ¶ Posteriore. vbi alterū est collectiuū. Ouid. Turba ruūt in me luxuriosa proci. sic ordina. Proci turba luxuriosa ruūt in me. Idem. Quid meruere boues aial sine fraude dolisq. hic aial collectiuū est: vt apud Iuue. quāta est gula que tibi totos ponit apros aial ꝑpter conuiuia natū. In sacris Ego suscitabo Caldeos gentem amaram. hic aūt. Sume arma pharetrā ꝛ arcū: non sunt diuersorum numerorū: quia copulatū equipollet vni plurali. ¶ Duo milia viri dicunt esse appositionem: quid dicendum sit declarabo in regimine genitiui.

Appositio diuersorꝫ numerorū

¶ Quot de causis fit appositio? Tribus teste Sulpitio. Primo causa restringēde gñalitatis. vt vrbs Gandauū. Arbor laurus. mensis iuni⁹ fluuius Rhenus ꝛc. ¶ Scdo cā remouende equocationis. vt leo signū ardet. Equocū est polysemū hoc est dictio diuersa significatione multa significās: vt canis lupus ꝛc. Plin. Lupū piscē nō vidit Italia. nisi addidisset piscē de quadrupede potuisset intelligi. ¶ Tertio fit appositio cā attribuēde ꝓprietatis. vt Plato homo doctissim⁹. sic superius plerūꝙ cū adiectiuo sequit. Uerg. Proximus ille pcas Romane gloria gentis.

Appositio tribus de causis.

¶ Quomodo appositio declarat? Per participiū ens: lꝫ parū sit in vsu teste Pris. vt diligo petrū hoiem iustū. i. petrū entē hoiem iustū. ideo hic nō est appositio. Uoco te Joānem. facio Petrū sacerdotē: q2 non intelligit ens. sic nec hic. dedit filiū preciū mūdi. vbi intelligit prepositio in: nō participiū ens posset subaudiri relatiuū: sed in ntis solū vt mons Etna ardet. i. mons qui est etna ardet. In obliquis id fieri nequit: nisi mutando. ideo melior est resolutio per participiū ens Nos tamen per ens non loquimur: q2 in vsu non est: ꝛ elegantius subauditur.

Ens: in appositione subaudit. i

¶ Utri substantiuorū simile erit adiectiuū in appositione? Plerūꝙ magis cōmuni: vt flumen Rhodanus est magnū. animal homo est rationale: sed vix ita loquūtur vnꝙ authores: q2 appositio sepius fit in nominibus fluuiorum montiū/oppidorꝫ/mensiū. In aialibus raro: nisi gr̄a ꝓprietatis demonstrande vt Socrates homo diuin⁹. Aliqñ min⁹ cōi etiā adiectiuū adheret. vt athene vrbs olim pulcherrima nunc viles habent. ¶ Dic vno ꝟbo vtri substantiuorꝫ adiectiuū adherebit? Non possum: q2 nunc magis cōmuni. nunc minus cōi adherebit. Id aūt quō fiat ex declaratione appositionis per participiū ens aut relatiuū ꝗ ꝗ qd: conspicietur. nam verbū ꝛ ei postpositū adiectiuū in declaratione ꝑcedenti conformabit. Micro. Tigrides horridū animal sitiētes sunt hūanū sanguinē: sic declarat. Tigrides entes horridū aial sunt sitientes. Mantua. Hec pater: ꝛ mortē mox implacabile monstrum hactenus obuinctā. Ordina. mortē entē implacabile monstrū mortē inquā hactenus obuinctā. Uerg. Ite mee quondā felix pecus ite capelle. O capelle quondā mee entes felix pecus ꝛc. Qd aūt Mantuan⁹ dixit. Dona dei carmē nitidū facūdia prestās Mittit ex astris a superisꝙ dat. inusitatū videbit: nisi zeugmatice ordines carmē nitidū mitti ex astris. ꝛ facūdia prestās mittit ex astris ꝗ sunt dona dei ꝛ q2 coniūgi hec nō possūt seruata latinitate: ideo nullo modo opinor ibi esse appositionē: sed aliā figuratā locutionē. vt apud Horatiū. Fluuius acer ambulat et capprius rauci. Inuenies contra grāmaticorū precepta vbi minus communi prepositio verbum conformatur magis communi. vt vulgus diceret. Athene oppiduꝫ

Adiectiuū cui i appositione cōformatur.

grecie quondā florentissimū sunt dirupte. At non ita loquitur Plinius.ij.nat.hist. Uulciniȷ oppidū Tuscorum oppulentissimū: totū concrematū est fulmine. Et lib. xxxi.ca.ij. Tungri ciuitas Gallie fontez habet insignē singularis numeri est habet

Appositio est figura.

¶ An appositio est figura? Etiam. Quare? Quia appositio est arte aliqua nouata dicendi forma. nouata atrito vulgi: ⁊ inueterato loquēdi modo remota. ⁊ ita elegās: lȝ aliter videat̄ Nebris. verbi grā. Uulgus imperitu sine appositione diceret/ Aristoteles: q̄ fuit homo doctissimus multū ꝓfuit mundo. At elegans vir per appositionē dicet: Aristoteles homo oigena doctrina preditus humano generi plurimū profuit. ¶ Qđ est vitiū in appositione: ⁊ q̄ rōnes excusātes? Nodum in scirpo queris: q̄ nihil vitiȷ est lȝ elegātie plurimū. ¶ Argumētor scđm Donatum. Figura est vitiū rōne excusatū. ergo in appositione est vitiū. ¶ Rn̄deo. Figura vt definit̄ a Donato capit̄ stricti⁹: ꝙ quū appositionē euocationē ⁊c. ꝯcedim⁹ esse figuras: q̄ solū definit figurā vt conueniat grāmatice ꝑmissiue: ideo cepim⁹ definitionē Quintiliani. Figura est arte aliqua nouata dicēdi forma: vt molez magalia quōdā. Dic molē q̄ fuit olim magalia: figura nō erit: q̄ nihil arte nouatū: nihil a primū se offerente rōne remotū. ¶ Argumētor. In appositione est vitiū qđ substātiuū fungit̄ officio adiectiui: vt arbor quercus ꝓ arbor querna. Rn̄deo: fungi alterius officio: nullū est vitiū. Quia tunc hic esset vitiū. A laudato laudari iucūdū est: vbi infinitiu⁹ fungit̄ officio nti. ¶ Argumētor rursum. In appositione est vitiū: q̄ duo substātiua ponūtur in eodē casu ⁊ videt̄ alterū debere in gtō poni: vt liber petri. ¶ Rn̄deo. deberet alterū poni in gtō: si ꝑtinerent ad diuersa. secus in eodē casu cum elegātia ponūtur. ¶ Argumētor. Nebrissensis: ⁊ Sulpiti⁹/ multiq; aliȷ: ponūt vitiū rōne excusatū in appositione/ euocatione ⁊c. ergo in appositione est vitium. ¶ Rn̄deo illi suā hn̄t opinionē: nos nr̄az. ⁊ pōt vtraq; defendi: ⁊ vitiū rōne excusatū non est vitiū: nos tn̄ malum⁹ dicere nullo modo esse vitiū. ¶ Quotuplex est figura Triplex. Dictionis/ locutionis/ ꝯstructionis/ Quid est figura dictionis? Que in dictione fit: vt syncopa: apocope: apheresis: epēthesis ⁊ sit̄es. Quid est figura locutionis? Que circa loquēdi aliquē modū nō circiter ꝯgruitatis rt̄am versat̄: vt sine Cerere ⁊ bacco friget ven⁹ est metonymia. q̄ inuētor ꝓ inuēto capit̄. Quid est figura cōstructionis? Que circa grāmaticas ꝯstructiones versat̄. vt appositio euocatio ⁊c. ¶ Quot sunt figure ꝯstructionis? Octo. que? Appositio/ euocatio/ ꝯceptio/ vel syllepsis/ ꝓlepsis/ zeugma/ antipthosis/ synthesis/ synecdoche. ¶ Quot harū elegātes sine vllo vitio? Quinq;. Que? Appositio/ euocatio/ cōceptio/ ꝓlepsis/ zeugma. De his nūq; more triuialiū: si quis querat sunt ne ꝯgrue. Arbor laurus. Ego petrus se deo ⁊c. dices nō simpl'r lȝ figurate q̄ tam sub grāmatica p̄ceptiua sunt ꝙ he ego lego. vir albus. Antiptosis ⁊ synthesis plerūq; vitiū hn̄t rōne excusatū. ⁊ sunt sub grāmatica permissiua. vt synecdoche de quibus oībus in sequentibus doceberis.

Figura triplex.

*Improprietatē in hac figura pleriq; ꝙ esse dicunt qđ cuȝ dicim⁹ ego Joānes lego ioānes qđ ars nomē est tertie ꝑsone sic cedent ꝓnomini ꝑme persone ꝙ *buȝ huic non ille reditur quaz improprietatē sic excusari dicūt qm̄ verbum sp dignior rn̄dere debet

¶ Euocatio.

Si ternam prime des: totum sit tibi prime.
Siq; secunde des ternam: totum esto secunde.
Pauper ego canto. Luca vir maximus audi.

¶ Qn̄ immediate prime vel scđe ꝑsone iungit̄ tertia: tota orō est prime vel scđe persone per euocationē ideo verbū erit prime vel scđe ꝑsone. vt ego pauper canto. Tu diues trepidas. ¶ Cur dicis immediate? Quia non pōt intercedere coniūctio. quia persone hic ad eandem rem pertinent. posset tamen adesse coniunctio. si due tertie persone connecterent̄ vni prime: aut scđe: vt ego pauper ⁊ indoctus nescio quomodo victū mihi ꝯparabo. ¶ Quid est euocatio? Continua tertie ꝑsone ad primaz vel secundā reductio elegans. vt ego Joānes sedeo. hic tertia persona Joānes reducitur ad primā personā ego. q̄ verbū est prime persone. Continua. i. sine coniunctione intercedente. ¶ Argumētor. Dicit Plaut⁹ in amphi. Neq; lacte lacti magis est simile. ꝙ ille ego similis est mei. hic prima persona ego reducitur ad tertiā q̄ *bū est tertie persone. ergo regula tua est falsa. ¶ Rn̄deo. regula debet intelligi qn̄ prima vel scđa ꝑsona declarat̄ per tertiaz ⁊ nō ꝯtra q̄ debet esse appositio q̄dā ⁊ declarari per ens: vt ego paup sedeo. i. ens ego paup. aut q̄ suȝ paup. ita vt prima vel secunda persona p̄cedat. qđ contra sit in Plauto vti ⁊ hic. Alter ego me summe amat

Enocatio est figura.

¶ An euocatio est figura? Etiã. Quia est arte aliqua nouata dicendi forma. ¶ Qd est vitiũ? nullũ. Argumẽtor: in euocatione verbũ p̃rie: vl' scd̃e p̃sone hz suppositũ tertie p̃sone ergo aliqd est vitiũ vt ego Joãnes sedeo. Sedeo est p̃sone p̃rie: et Joãnes tertie. ¶ Rñdeo. Joãnes nõ est suppositũ: sz hoc totũ: ego Joannes: taz ego Joãnes: ẽ p̃rie p̃sone p hãc r'am. Si tertia p̃sona iũgat p̃rie vl' scd̃e sine medio coniũctionis: tota or̃o erit p̃me vel scd̃e p̃sone: q2 tertia vt indignior ab alijs euocat. ¶ Scd̃a rñsio p̃ot esse hec. Joãnes in dicta or̃one nõ est tertie p̃sone: sz p̃me: q2 eandẽ significat rẽ quã: ego. ¶ Sed inst9. Ergo nõ est reductio tertie p̃sone ad p̃mã vl' scd̃az. Mẽdose colligis: q2 Joãnes p se: et añq̃ 2iungit p̃me vl' scd̃e p̃sone fuit tertie p̃sone: et in tertia p̃sona reducit ad p̃mã: vl' scd̃az personã: et p encationem fit p̃me vl' scd̃e p̃sone. ¶ Probaret dialectic9. Joãnes hic. Ego Joãnes scribo: esse p̃rime p̃sone: q2 solũ Joãnes est subiectũ: q2 syncategorema nõ est pars subiecti a quo propositio denoiatur (vt si dicã) quanta veluti ego homo disco. ergo Joãnes est p̃rime persone: q2 subiectum et copula semper sunt eiusdẽ persone.

Quatuor enocatiõi necessaria

¶ Quot sunt in euocatione necessaria? Quatuor. Que? Persona euocans/ Persona enocata: absentia coniunctionis: et verbũ persone euocanti conforme. Persona enocans est prima: vel secunda persona. vt egó/ nos/ tu/ vos. Persona enocata: est tertia persona. vt Joannes.

¶ Quot modis persona euocans: et euocata p̃nt esse diuersorũ numerorũ? Quatuor. Primo vbi idem de se p'lr loquit vt nos Carolus diuina gr̃a Francorũ rex mandam9 etc. ita loquunt xp̃iani apd alios nõ inueni. Bebeli9 censet or̃ones eiusmodi esse penit9 ineptas nec ego sic loq̃ vellẽ. ¶ Scd̃o vbi alterũ singulari nũero caret aut saltẽ heteroclitũ est vt ego delitie tue canto. ¶ Tertio in collectiuis. Oui. vij. met. pp'ls supamur ab vno. vterq̃ viro vbi p̃sona enocans nos subaudit q2 sensus ẽ nos pp'ls etc. Pli. in p̃fa. nat. hist. Magna pars studiorũ amenitates querim9. ordina. nos magna pars. Ver. Nos tua p̃genies celi qbus annuis arcẽ p̃dimur. ¶ Quarto in distributiuis vt apd Ouid. In magnis lesi reb9 vterq̃ sum9 persona euocans nos intelligit quia sensus est. nos vterq̃ sumus lesi. nisi malis sic ordinare. Nos sumus lesi: vterq̃ in magnis rebus: supple lesus est.

Enocatio explicita.

¶ Quotuplex est Euocatio? Duplex. Explicita et implicita. ¶ Quid est euocatio explicita? vbi p̃sona enocãs cũ euocata exprimit vt ego Appolonius scribo. Tu Petrus ludis. In sacris. Ecce ego Joãnes vidi alterũ angelũ. Ego deus tuus viuo. Titus Liui9. j. ab vrbe. Audi tu pp'ls Alban9. Potes etiã dicere sine figura. tu Appollini scribis. teste Prisciano vt p enocationẽ. Defende me tu vir optim9 vel sine figura. defẽde me tu vir optime. sic Tace tu hõ imperit9 vel tace tu hõ imperite. Ubi ntũs est p̃pter p̃nomen tu intelligit participiũ ens: teste Ualla sic Tace tu ens hõ imperitus. Tolle p̃nomen tu. Et male dixeris Tace homo imperitus quia dicẽdũ est. Tace homo imperite. sic docet Ualla. ¶ Quid est euocatio implicita? vbi p̃sona enocans subaudit vt pctores te rogam9 audi nos. hic in p̃sona euocata pctores subaudit p̃sona euocans nos. si'lr hic. Aue Cesar summus Impator. intelligit tu et participiũ ens: q2 sensus est teste Ualla. O Cesar tu ens summ9 Impator aue. Ea aũt subauditio licite fit vbi adest vctũs. vt q̃ tendis Enea extrem9 oim Troianorũ. sic ordina. O Enea tu ens extrem9 oim Troianorũ quo tendis. Possis sine enocatione dicere: sed nõ tam elegãter teste Ualla. Quo tẽdis Enea extreme oim Troianorũ: Aue Cesar sũme Impator. sic optime dixeris. Salue Antoni vir integerrimus vel integerrime. sic defendit illud. Dñe dñs nr̃ q̃ admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. hec ex lib. iij. elegã. Ualle. vbi ait dici male p p̃nomẽ cuz vnico ntõ. Qui facis tu seru9. nisi sic loquamur. Quid sedes inter dños seruus. Dicit preterea insuitate locutũ esse Pli. vij. nat. hist. ca. xxx. vbi ad Cice. ait. Salue prim9 oim parens patrie appellate. Nebrissensis dicit ntm̃ prim9 p vctõ prime poni. P̃ot etiã esse figuratũ: et ita ordinari. Salue o Cicero appellate patrie parens: primus subaudi qui es sic appellat9. Ita Lancilot9 excusat illud in sacris. Popule meus qui feci tibi. O popule qui es meus. vt apud Maronem. Nate mee vires mea magna potentia solus. Nate patris summi qui tela typhoea temnis. Ordo est. Nate qui solus es mee vires: et mea potẽtia: et q̃ sol9 temnis etc.

Defende me tu vir optimus

Enocatio implicita

Aue Cesar summus impator.

¶ Quot modis fit euocatio implicita? Duob⁹. Priore mõ per nomē substãtiuũ.: vt pctõres te rogam⁹ audi nos. Calliopius recensui. Intelligitur ego: ꝛ Calliopius est propriũ viri: sed per viri ꝓpriũ: sic raro in prosa loquimur. Da authoritatē istius modi. Silli⁹ lib. vij. Dictator capere arma veto. i. ego dictator veto. Teren. Calliopius recensui. i. ego Calliopi⁹. Ita appollonius de se recte dicit. Appollonius scribo. ¶ Argumentor. Priscianus dicit soloecismos esse: si q̄s dicat appolloni⁹ scribo. Appollonius scribis: ergo male dicis sic recte posse dici. ¶ Rñdeo. Priscian⁹ intelligit si quis de Appollonio loquatur: nec intelligat ego: aut tu. Tamen vt dicimus poetica magis est hec euocatio. Oui. Hãc tibi Priamis de mitto ledea salutem. i. ledea ego o Priamide mitto. Priamides. i. Paris filius Priami. Ledea. i. Helena filia lede. Idem. Penelope coniunx semper vlyssis ero. i. ego Penelope. Uerg. Corã quē queritis assum. Troius Eneas. i. ego Eneas Troius assum. ¶ Posteriore modo. Per adiectiuũ fere quodcunq;: vt Gaudeamus oēs in dño. i. nos oēs. multi vnũ corpus sumus. i. nos multi. laudes Christo redēpti voce modulemur supplici. i. nos redēpti modulemur. Uniuersi sumus te fortiores singuli vero debiliores. hñtes victũ ꝛ amictũ: his contenti sumus. Da authoritatem. Uirg. Nõ õia possumus omnes. Cice. omnes trahimur: ꝛ ducimur ad scientiã cupiditate glorie. Uirg. Et letũ cũcti celebrem⁹ honorē. Ouid. Si qua voles apte nube re/nube pari. Hora. Idē indignor. ¶ Sepe creditur Enocatio vbi nõ est: q: adiectiuũ a tergo v̄bi regit. vt nudus egressus sum. Hora. Ego primus iambos inueni ꝛc. Fit ne euocatio per relatiua qui/que/qđ: ꝛ per ipse? Nõ. q: dicũt doctissimi hec omnis esse persone vt ipse lego: ipse legis: ipse legit. ꝛ propter discretionē tamen dicimus: ego ipse lego. i. ego solus: aut ego ꝛ nõ alius ꝑ me: qđ inepte dicũt ego ꝑsonaliter Te diligo: qui bonas lr̃as amas. Quinti. li. ix. In vidi inest ip̄e. i. in v̄bo prime ꝑsone: prima ꝑsona subaudit. De relatiuoꝝ ꝑsonis in regula relatiui ꝛ añcedētis latius disceptant. Euocatio grece dr̄ eclesis. ¶ Da euocationē vbi prima persona euocat scđam? Nõ põt dari. Cur ita? Quia in euocatione ꝑsona euocata ꝛ euocans debēt ꝑtinere ad eandē rem: at p̄ma ꝛ scđa ꝑsona semꝑ ad diuersa pertinent.

* Euocatio implicita quotmodis fiat. Appollonius scribo.

* Euocatio an fiat per relatiua q̇/q̄/qđ. ipse ipsa ipsum.

* Qui et ipse oiũ sũt ꝑsonarũ.

¶ Conceptionum parasceue.

Que per et: aut socias iungo: dant rite valorem
Pluralem. Sic cum pro coniungente repostum.

¶ Copulatũ per cõiunctionē copulatiuã: ꝛ: atq; ꝛc. ꝛ per ꝑpõnē cũ pro ꝛ: valet dictionē pl'is numeri: vt tu ꝛ iste. i. vos. ego tuq;. i. nos. Petrus ꝛ Joãnes. i. illi. Jõ verbũ vel adiectiuũ aut relatiuũ erit pl'is nũeri. vt Joãnes ꝛ Petrus ludũt q̄s video. Uirgil. ꝛ Ouidius sunt docti. Bertha cũ Catharina sunt pulchre. Hoc posses dicere: ꝛ sepius quidã Bertha cũ Catharina est pulchra. vt Hora. Ppl'us mecũ desyderat/dicēs in arte. Tu q̇d ego ꝛ ppl's mecũ desyderat audi. ¶ Argumentor. in sacris dr̄ caro ꝛ sanguis nõ reuelauit tibi. vespere ꝛ mane dies vnus. hic copulatũ hꝫ verbũ singularis numeri. ergo regula tua est falsa. ¶ Rñdeo. regula dꝫ intelligi dũ copulata diuersa significãt nõ vnũ cõstituentia. Ideo dicendũ est/aĩa Socratis et materia eius: est Socrates. ita respõdēt quidã: nec habeo cur contradicã: q: ex veterib⁹ nec diuersa nec similia afferre nõ queo. Similiter excusant illud/ Legere ꝛ nõ intelligere: est negligere. Anima rationalis ꝛ corpus vnus est homo.

¶ Da authoritatē ꝑ cũ. Oui. Ilia cũ Lauso de numitore sati. idest ilia ꝛ laus⁹ sati. i. nati/de Numitore. Ilia fuit mater Romuli filia Numitoris soror Lausi. Apule. lib. iij. de equo suo loquens. Preclarus ille vector me⁹ cũ asino capita cõserũt: in meãq; pernicē illico cõsentiũt. Idē lib. x. postq̄ finitũ est illud Paridis Iudiciũ: Juno quidē cũ Minerua tristes ꝛ iratis similes scena redeunt: indignationē repulse gestib⁹ professe. Uirgi. ij. enei. Diuellimur inde Iphit⁹ ꝛ Pelias mecũ lꝫ posset excusari: vt sit zeugma: ꝛ sensus sit. nos diuellimur inde Iphit⁹ ꝛ Pelias diuellunt mecũ. Idē in. j. ene. Cana fides ꝛ vesta: Remo cũ fratre Quirin⁹ iura dabunt. i. remus ꝛ frater Quirin⁹ iura dabunt. nec iuuat q͂ p̄cedit Cana fides ꝛ vesta: q: Serui⁹ ait subaudi erit: vt sit per se sensus ꝑfectus Cana fides erit tũc: et vesta. i. religio erit tunc. ¶ Ex dictis patꝫ cum aliq̄n reddere valorē pluralē: lꝫ raro.

Cũ dat valorem pluralem.

Itaq; latine dixit Alexander. Tu mecū iuste debem⁹ iura tenere. vsitati⁹ tñ dr. Tu mecū debes iura tenere. ¶ Et ⁊ q; ⁊c. capiunt dupl'r. Prius cōiungūt dictiones: et sic de eis data est dicta regula. ⁊ intelligitur aliqñ per figurā asyntheton. Terē. Dū et a metus magister phibebāt. Tit. Li. j. ab vr. Palatinū Romul⁹/ Rem⁹ Auētinū ad inaugurandū tēpla capiūt. Flor⁹. Hoc Scipio de Annibalis/ Annibal de Scipionis exercitu pdicauerūt. Qñq; multiplicat. cōiunctio. ⁊ dr polysyntheton. vt et ego ⁊ Petrus ⁊ Paulus currim⁹. ¶ Posterius ꝯiungūt orones: sic Alexāder dixit. Tertius ⁊ sextus hz is. i. terti⁹ hz is: ⁊ sextus hz is. Aliqñ intelligit. Iuue. Nil thōbus: nil dāma sapit: hoc mō ꝯiunctio nō reddit valorē plrem: nec vnq; sic facit cōceptionē sed bñ zeugma. Quō differūt et/ ⁊ q;? Et ponit in medio veluti: ego ⁊ tu disputamus: nisi metri gra. Uirg. Thestylis ⁊ rapido fessis messorib⁹ estu ⁊c. i. ⁊ Thestylis. Idē enei. j. A tergo ⁊ longū per valles pascit agmen. i. ⁊ a tergo teste Donato: preponitur etiā vbi geminat. Cic. Sustulimus manus: ⁊ ego ⁊ Balbus. q; postponitur: vt ego tuq; sedemus. Quot modis q; pōt in medio poni? duob⁹. Priore qñ geminat: ⁊ fere in carmine. Ouid. Mulciberis capti Marisq; venusq; dolis. Inepte omitteretur bm q;. ideo male dixit Alexāder teste Ual. Dāt duo bos impos cōpos custosq; sacerdos: qr dicere debuit: custos sacerdosq;: aut custosq; sacerdosq;. Posteriore: q; ponitur in medio: qñ illico sequit ⁊: vel atq;. Uirg. Dixitq;: ⁊ plia voce diremit. hoc inuenit aliqñ etiā in prosa. Cor. Taci. Trāsire Rhenū tutorq; et classicus. Idē. Tutorēq; ⁊ classicū ad pulse lintres vexare. i. vexabant. Cōiunctio disiunctiua aliqñ copulatiue vim habet: ⁊ sic facit aliquādo valorē pluralē. In sacris. Uir siue mulier: quū fecerint votū. Si frater aut soror nudi fuerint. Inuenit id apud Ouidiū: sed precedēte negatione. Nō mihi venistis Semele Ledeve docēde. Nec neq; etiā reddunt valorē pluralem. Teren. in Ecyra. Qñ nec gnatus: nec hic mihi quicq; obtēperāt. Et alibi. hec Si neq; ego: neq; tu fecim⁹ nō siuit egestas Facere nos. Conceptionū parasceue. i. ad cōceptiones noscendas pparatio. Hinc apud iudeos dies veneris parasceue dr: qr pparant tūc ad sabbatū sibi necessaria. Ualor ōis putant inepte dici: sed Calepinus recte dici docet per Plinium.

¶ Conceptionis regula.

Personam atq; genus semper dabimus mage digno.
Prima quidem reliquis prestat. terneq; secunda.
Masculeum reliquis prestat. neutro muliebre.

* Prima psona ordine nature est dignior secūda ⁊ secunda tertia.

¶ Copulatū equipollēs vni plī est eius psone aut gñis cui⁹ est pars dignior p cōceptionē. Exēplū de psona. vt ego ⁊ tu: ego ⁊ ille est prime psone: qr ego est pars dignior. Nā pma psona cōcipit scdam ⁊ tertiā p rlam. Prima quidē reli. ⁊c. Ideo dicimus: ego ⁊ tu disputam⁹: verbū est plis nūeri: qr ego ⁊ tu equipollet vni pli. Item tu ⁊ Petrus luditis. qr scda ꝯcipit tertiā p rlam. Terneq; scda. Tertia aūt semp: vt indignior ꝯcipit nūq; ꝯcipit. Tu mecū gaudem⁹. aut sine figura: tu mecū gaudes ⁊c. Ipse ⁊ tu legim⁹: qr ipse est ōis psone: vt qui/ veluti. Lego librū q̄ ⁊ Petr⁹ studemus. Raro tñ inuenies eiusmodi locutionē. Exēplū de gñe: vt Petrus ⁊ Anna est plis nūeri per valorē masculini gñis: qr pars dignior Petr⁹ est masculini gñis. nā masculinū cōcipit femininū ⁊ neutrū ⁊ nō cōtra. ideo dicimus Petrus ⁊ anna sunt pij. Dñs ⁊ mācipia sunt pugnaces. Da regulā Masculeū reliquis prestat. femininū cōcipit neutrū: vt Leena ⁊ scortū sunt impudice. Da regulā. Neutro muliebre.

¶ Cōceptio qd est? mediata indignioris ad digni⁹ reductio. vt ego/ tuq; dam⁹ ⁊c. Quare dicis mediata: qr explicite vel implicite mediat ꝯiūctio vl ppositio. Quotuplex est ꝯceptio? Quadruplex: psonarū/ generū/ numerorū/ casuū.

Cōceptio.

Quid est cōceptio psonarū? ꝯceptio in q̄ psona a psona ꝯcipit. vt ego tuq; damus. Quotuplex est ꝯceptio psonarū? duplex. directa ⁊ indirecta. qd est ꝯceptio psonarū directa? Que fit sine cū. vt tu petrusq; luditis. Quid est ꝯceptio psonarū indirecta? que fit per cū: vt tu mecū gaudem⁹. Sulpitius aliter docet. nā directā cōceptionem vocat in qua diuersitas psonarū aut generū est: vt hic Annaq; sunt albi. Indirectā vbi nō est generū aut psonarū diuersitas. vt Petrus ⁊ Paulus ludūt: nobis magis placet hic nullā esse ꝯceptionē: qr inter tertias psonas vna nō est dignior altera. ergo nō ꝯcipiēs nec ꝯcepta psona hic dici pōt. Aldus opinioni nře in olb⁹ suffragatur.

Cōceptio personarū.

Cōceptio indirecta.

dans de indirecta ɔceptione hoc testimoniū. Hanc tecū genitor cūctis celebrabitis annis. ⁊ Divellimur inde Iphitis ⁊ Pelias mecū. Sctē Dionysi cum socijs tuis: ora pro nobis: sine figura apte dr. Sctē Dionysi cū socijs tuis orate ꝑ nobis: bn̄ dr si intelligat ntūs tu: teste Tiberga. sic tn̄ loqui nō auderē: qr idoneos ita loqui non comperio. Badius vult recte dici. Sacer Dionysi ⁊ socij tui orate: vt tui vcti casus sit vt fuit aliqñ teste Valla: ⁊ ego ⁊ quisqꝫ aliqñ/ Diomede veluti. O ego felix/ O qsqs voles inopiā. Utrū conceptio ꝑsonarū sit figura? etiā qr est arte aliqua nouata dicēdi forma. Qd est vitiū? que rōnes excusantes? Aquā e pumice postulas: qr nullū est vitiū sed ornat⁹ plurim⁹. Argumētor. Verbū p̄me vel scd̄e ꝑsone hʒ in ꝑsonarū cōceptione suppositū tertie ꝑsone ⁊c. vt ego ⁊ petr⁹ ludim⁹ hic p̄ma ꝑsona ludimus hʒ ante se tertiā ꝑsonā petrus. ergo est vitiū. similiter hic. ego tuqꝫ dam⁹: verbū prime persone hʒ ante se scd̄am personā tu. Rn̄deo. in cōceptione vna dictio nō est suppositū: sed totū copulatū qd est eiusdē ꝑsone cū verbo: ⁊ ita nihil est vitij.

Ego qsqꝫ aliqñ vcti casus sūt.

¶ Conceptio generū qd est? Conceptio in qua vnū genus concipit alterū. vt pater materqꝫ sūt boni. Ptolome⁹ ⁊ Cleopatra sūt reges. Notaui ita doctissimos loqui: sed neglexi inscribere. sic Petr⁹ ⁊ Berta sunt textores. Bos ⁊ iumentū sunt ad p̄sepe ligati. ita dixit Alexāder cū pl'ibus. Tardiuus diceret in neutro gn̄e ligata qr Ver. dicit. Atqꝫ deos atqꝫ astra vocat crudelia mater: sed parū efficaciter ꝓbat: qr hic optime est hypozeugma. Passer ⁊ aquila sunt albi: puto nō inepte dici licet sint epicena. Dicit ne recte calamus ⁊ papyrus sunt mali? vix bn̄ dicitur: qr in cōceptione generū cōiuncta per et vel cū debēt significare res aiatas. Aliter fere semꝑ adiectiuū deberet esse neutri gn̄is: vt calam⁹ ⁊ papyrus sunt mala ꝑ regulā indifferētie que paulo post ponet. Est ne ɔceptio generū figura? etiā: qr est arte aliqua nouata dicēdi forma. qd est vitiū: ⁊ que rōnes excusantes? nullū vitiū est sed magna elegātia. ¶ Argumētor. in ɔceptiōe generū adiectiuū discordat a substantiuo in gn̄e: ergo est vitiū: vt Petrus ⁊ Catharina sunt albi. adiectiuū albi est masculini gn̄is: ⁊ Catharina feminini. Rn̄deo. substātiuū est solū Catharina: sed hoc totū petrus ⁊ catharina: qd est mascu. ge. ⁊ sic nullū est vitiū. Quid est cōceptio casuū? Conceptio q̄ fit per cū: vt ego tecū ludimus. Quid est ɔceptio nūerorū? vbi plurale ɔcipit singulare. vt petrus ⁊ isti ludūt. sic dicūt plurimi: sʒ Aldus affirmat plurale debere precedere. vt Sunt nobis mitia poma Castanee molles: ⁊ pressi copia lactis: alioqui fieri zeugma: vt ait. Quot in quaqꝫ conceptione sunt necessaria? Quinqꝫ. que? dictio cōcipiens/ dictio concepta/ copula/ verbū vel adiectiuū/ cōcordantia cū dictione concipiente nō cōcepta. Dicitur ne latine/ Tu ⁊ ego currim⁹? qr teste Diome. ego est ꝑpositiui ordinis. ideo teste Nebris. vix tolerabile est illud. Pater tuus ⁊ ego dolētes querebamus te. Ego tn̄ aliquando latinissimos locutos ita fuisse comperi. Titus Liui. vij. quarte decadis. Pater ego fratresqꝫ mei.

Cōceptio generum.

* Conceptio generū an sit figura.

Cōceptio casuum.

Cōceptio nūerorū: Nebrissensis ait ordinē esse inuersū qui debuit esse Ego ⁊ pater tu⁹ dolentes q̄rebamus te.

¶ Regula indifferentie.

Sint tres absqꝫ anima: ponetur mobile neutrum.

¶ Quotiescūqꝫ substātiua rerum inaiatarū cuiuscūqꝫ gn̄is cōiungunt ad adiectiuū vel demōstratiuū vel relatiuū plr'e. ip̄m erit neutri ge. fere semꝑ. vt calceus ⁊ subucula sunt detrita. penna ⁊ atramentū sunt scribēti necessaria. mors ⁊ pestilletia sūt fugiēda. Quare dr r'la indifferētie? qr substātiua p̄nt sine differentia esse cuiuslibet gn̄is. ¶ Quare in r'la dixisti fere semꝑ. qr qñ res sunt inaiate: fit adhuc aliqñ conceptio generū sed rarissime. Luc. Mēsuraqꝫ iuris vis erat. hinc leges ⁊ plebiscita coacte. ita hn̄t oēs libri quos vidi. ⁊ sic Priscian⁹ legit ⁊ postea Sulpitius Aldus ⁊c. et ipse nō triuialis Tiberga vr̄ sir̄r locutus. Cic. in sopnio Scipionis. Cōcilia cetusqꝫ hoim iure sociati q̄ ciuitates appellant. Loqnt ita sine dubio Iustin⁹ siue Trog⁹ lib. ix. dicēs. Via in eo ⁊ ꝑfidia pari iure delectet. In sacris. Sol ⁊ luna obtenebrati sunt. Aliud est vbi sumunt q̄si res aiate: vt in Apoca. Infern⁹ ⁊ mors missi sūt in stagnū ignis. Propter dicta Sulpiti⁹ de ɔceptione generū dat hoc exēplū. Vestis ⁊ aurū sunt p̄ciose. qd multo elegātius ꝑ r'lam indifferētie diceret: vestis ⁊ aurū sunt p̄ciosa. ¶ Da authoritates pro regula indifferētie. Virg. in buc. Daphnidis arcum Fregisti ⁊ calamos: q̄ tu puerse menalca. Et cū vidisti puero donata dolebas. Cic. Eadē mēte ɔprehēdim⁹ colorē: soporē: odorē: sonū q̄ nūqꝫ anim⁹ cognosceret in iure. in ꝓmouēdis etas: maturitas: grauitas moꝝ ⁊ lrāꝝ sciētia sūt inqrēda. Cor. Tacitus. Violētiā ac libidines grata barbaris ynrpās. Sallu. in Iug. Ita ⁊ egritu-

do permixta sunt. Tit. Liui. v. ab vrbe. Labor voluptasqꝫ dissimillima natura: societate quadã inter se naturali sunt iuncta. Sal. in cat. Huic ab adulescẽtia bella intestina: cedes: rapine: discordia ciuilis: grata fuere. Idem. His genus: etas: eloquentia: ꝓpe equalia fuere. In Aristotele. Requies ⁊ iocus in vita necessaria esse videntur. In sacris. Uirga tua ⁊ baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. Sensus ⁊ cogitatio humani cordis in malũ prona sunt. Grando ⁊ ignis mixta pariter ferebantur. Sapientia ⁊ scientia data sunt tibi. Mors ⁊ vita apposita sunt tibi. Caro cõcupiscit aduersus spm̃: spũs aũt aduersus carnẽ. hec em̃ sibi inuicẽ aduersantur. Lunã ⁊ stellas quas tu fundasti. sic victus ⁊ amictus sunt hoi necessaria. he ⁊ similes orones sunt elegantissime: q꞉ copulatũ rerũ inaĩatarũ equipollet vni pl'i neutri gñis ⁊c. ¶ Quid si alterũ tm̃ significaret rem inanimatã? adhuc vt opinor locũ haberet regula indifferentie. vt Bertha ⁊ vestimentũ eius sunt vilia. Inuenies interdum id vbi vtrũqꝫ significat rem animatã. Solinus. Polypus ⁊ Cameleon glabra sunt.

¶ Conceptio generum implicita.

Implicitam vocites generum syllepsim: vterqꝫ
Est probus. At debent mas ⁊ femella notari.

Cõceptio generũ implicita.

✻ Conceptionis generũ partitio.

Cõceptio generum.

Syllepsis.

¶ Qñ de viro ⁊ femina loqmur nõ expressis cõcipiente ⁊ cõcepto: per masculinũ fieri debet ꝑ ꝯceptionẽ generũ implicitã: vt vterqꝫ est ꝓbus: de Petro eiusqꝫ vxore. vter horũ est femina: vter parentũ tuorũ est mortuus: hi sunt hoies. Quis fecit? aliqs fecit ⁊c. semper oportet loqui de viro ⁊ femina. secus nulla esset figura. ¶ Quotuplex est conceptio generũ? duplex. explicita ⁊ implicita. Quid est cõceptio generũ explicita? In qua gen⁹ cõceptũ ⁊ ꝯcipiens exprimuntur. vt Joannes eiusqꝫ vxor sunt pulchri. Et fit per oẽs casus. vt Petr⁹ ⁊ Anna sunt pulchri. Misereor Joãnis ⁊ Catharine pauperrimorũ. Faueo Joãni ⁊ Anne optimis. Diligo patrẽ matrẽqꝫ optimos. O pater materqꝫ optimi. Utor familiariter Petro eiusqꝫ vxore optimis. ¶ Quid est cõceptio generũ iplicita? In qua ꝑ masculinũ loqmur de viro ⁊ femina nõ expressis gñe cõcipiente ⁊ cõcepto. vt in Geñ. Erat vterqꝫ nudus. De Adã ⁊ Eua d꞉. sic null⁹ hõ cur rit testib⁹ Ualla/ Perotto/ Aldo. Da authoritates. Oui. de Marte ⁊ venere. Impliciti laqis nudus vterqꝫ iacẽt. Idẽ de Deucalione ⁊ Pyrrha. Ut templi tetigere gradus procũbũt vterqꝫ pronus humi. Uirg. de Cupidine ⁊ Uenere. Una dolo diuũ si femina victa duorũ est. Idẽ in Buco. Bisqꝫ die nũerãt ambo pecus: alter ⁊ hedos. alter eorũ. s. nouerca: teste Seruio. nec nos moueat (inquit) ꝙ illa sit femina/ Nã in subauditione ponunt ea q̃ nõ possumus dicere: ⁊ scim⁹ ꝙ quoties hec duo gñã iũ gunt ꝓponderat masculinũ feminino. Hec Ser. Ter. de Eu. ⁊ Ethiopissa. Heus iubete istos foras exire quos iussi ocyus. In sacris. Quicunqꝫ vult salu⁹ esse opus est vt teneat catholicã fidẽ ⁊c. ¶ Quot modis fit cõceptio generũ implicita? Quinqꝫ. et semꝑ d꞉ de viro ⁊ femina fieri locutio. Nã de viris solis nõ esset figura de solis feminis esset soloecism⁹. ¶ Primo ꝑ distributiuũ: vterqꝫ est ꝓbus: null⁹ horũ est grecus. ¶ Scdo per ꝑticulare: vt alter horũ loquitur. ¶ Tertio ꝑ demõstratiuũ: vt hi sũt xp̃iani. ¶ Quarto ꝑ quesitiuũ: vt qs horũ mentitur sexũ. ¶ Quinto ꝑ substãtiuũ: vt Latona peperit geminos. s. Appollinẽ ⁊ Dianã. Si de inanimatis loqmur: fiat ꝑ neutrũ gen⁹ q꞉ implicite est regula indr̃ie: veluti vtrũqꝫ est hoi vtile. s. aqua ⁊ ignis. Similiter vbi nõ de multis loquimur: sed multa vni conuenire significamus. Plaut⁹ in cistel. Utrũqꝫ hec ⁊ multiloqua ⁊ multibiba est anus. Et in pseudu. Dic vtrũ spectine an matrẽ, te resalutem pseudule. rñdet pseudulus Charino. Immo vtrũqꝫ. Sic vtrumqꝫ es ⁊ doctus ⁊ bonus. Syllepsis. i. conceptio.

¶ Prolepsis.

Prolepsis.

In parteis totum partitur rite prolepsis
Cum verbo positum. tacitam quandoqꝫ videbis.

¶ Propter totũ cũ verbo vel adiectiuo cõgrue cõstructũ in partibus ṽbũ vel adiectiuũ elegãter intelligitur ꝑ ꝓlepsim: vt noluerũt venire: s꞉ abierũt vn⁹ in villã suam alius ad negociationes suas. Hic ꝓpter totũ inuitati latine positũ cũ ṽbo abierũt in partib⁹: verbũ ornate intelligitur sic. vnus sup. abijt in villã suã ⁊c. Uerbũ vel adiectiuũ in ꝑtib⁹ turpiter exprimeretur. Itẽ vidi duos angelos vnũ ad caput alterũ ad pedes. hi metuũt. hic dñm ille magistrũ. Iterũ de adiectiuo. Petrus ⁊ Paul⁹ sunt admodũ periti: hic pile: ille alee. Uerbũ vel adiectiuũ totius aliqñ pulchre in fine

ponit̃. Justi. xliiij. Noia pueris alteri Remo/alteri Romulo fuere. Sal. in ca. Exercitus hostiũ duo: vnꝰ ab vrbe: alter a Gallia obstãt. putauit hoc dignũ notatu: lꝫ añ de hoc vt de multis alijs (q̃tũ scio) meminerit nemo. ¶ Quid est totuꝫ? dictio pl'is nũeri aut dictio collectiua: vt hoies/ Petrus ⁊ Paulus: q: per valorẽ est pl'is nñeri Turba. vt turba viuit: hic caste. ille luxuriose. alij in auaritia: alij in ꝓdigalitate ⁊c Exẽplũ de copulato. Uirg. Cõpulerãtq; greges Corydõ ⁊ Thyrsis in vnũ. Thyrsis oues: Corydõ distẽtas lacte capellas. Tacitã qñq; videbis. Prolepsis ẽ aliqñ implicita. Terẽ. Curemꝰ equã vterq; partẽ. hic totũ nos intelligit̃ in ṽbo curemꝰ ⁊ partes ꝯtinẽt̃ in distributiuo vterq; ⁊ sensus est nos curemꝰ vterq; sup. curet equa pte.

¶ Prolepsis qd est? Attributio ꝓprietatis toti diuiso in suas partes que totiꝰ ꝓprietatẽ vario mõ cõtinent. vt oẽs studẽt: hic sciẽtie: ille pecunie: alius veneri ⁊c. Totũ est oẽs: cui attribuit̃ ꝓprietas studemꝰ q̃ in partibꝰ hic ille alius vario nomẽ ꝯtinet̃. ⁊ in hac definitione Sulpitij. nomẽ attributio regit dtm̃ sui ṽbi. i. toti diuiso. ¶ Utrũ hic sit ꝓlepsis/ Aquilarꝫ altera volauit ab oriente: altera ab occidẽte? Nõ si ꝓprie loquamur: q: totũ nõ presumit̃ cũ ṽbo vel cũ adiectiuo qd vario mõ in partibus cõtineret̃. posset tñ aliquo mõ dici ꝓlepsis. i. p̃sumptio: q: totum ante partes presumit̃. Et Priscia. ꝓlepsim vocat. Sic Aldus ⁊c. gñaliter et minus ꝓprie nõ ꝓprie ⁊ stricte. Prolepsis d: a pro. i. pre vel ante: ⁊ lepsis acceptio hoc est preacceptio vel presumptio. Itaq; diuisiones logice nõ sunt ꝓprie ꝓlepses. vt Sonorum alius vox alius nõ vox. Quantitatis aliud continuũ aliud discretuꝫ. ¶ Cauendũ in ꝓlepsi ne in tm̃ pluralibus simus incauti. vt dedi ad te ternas lr̃as vnas pridie Calẽ. Janua. alteras in festo diui Stephani. tertias quarto Calẽ. Feb. Male diceres vnã alterã ⁊c. sed de hoc plura in regimine partitionis. Uarro tñ videtur aliter dixisse primo de Ana. Trine fuerunt athene: ab vna dicti Athenei: ab altera Atheniẽses: a tertia Athenopolyte ab vna subaudi earũ vrbium. nõ ab vna Athena. ¶ Quot necessaria sunt in omi ꝓlepsi? Quinq;. teste Sulpitio: totũ partes determinationes: ꝓprietates ⁊ ordo. Proprietas est verbũ vel abiectiuũ: hec minime sunt in diuisione vbi totum per regimen partitionis in genitiuo regit̃. ¶ Quotuplex est ꝓlepsis? Duplex. explicita ⁊ implicita. Quid est ꝓlepsis explicita? prolepsis in qua totũ ⁊ partes exprimũtur: vt duo hoies ascenderũt ⁊c. Quid est ꝓlepsis implicita? ꝓlepsis in qua totũ intelligit̃ vel partes in adiectiuo continent̃: vt alter alterius onera portate. totũ vos intelligit̃ in portate: ptes cõtinẽtur in alter. et est sensus: vos portate onera: alter alterius supple onus portet. Sallu. Cepere se q̃sq; magis magisq; extollere. Et in sacris. Uana locuti sunt vnusq̃sq; ad ꝓximũ suum. ¶ Quot modis fit ꝓlepsis implicita? Tribꝰ. Primo totũ solũ subaudit̃: vt discimꝰ tu grãmaticã: ego logicã. hic totũ nos intelligit̃ in discimꝰ. Scd̃o ptes solũ intelligunt̃ vt nos discimus vterq; grãmaticã ptes tu ⁊ ego intelligunt̃ per vterq;. Tertio. Totũ ⁊ ptes intelligũtur: vt laboramꝰ quisq; ꝓ se. alter alterius onera portate. ¶ Prolepsis est figura? Etiam. Quia est arte aliqua nouata dicendi forma. Quod est vitiũ in ꝓlepsi? q̃ rõnes excusantes? nihil vitij est: sed ornatꝰ plurimũ. ¶ Argumento: in ꝓlepsi verbũ vel adiectiuũ discordat a ntõ vel a substãtiuo: ergo est vitium. vt nos studemus: tu grammatice: ego logice. hic studemus discordat a tu et ego. ¶ Respondeo. non debet cũ illis concordare quia nõ est illorũ verbum. nõ em̃ verbum vel adiectiuũ totius est verbum vel adiectiuũ partium: sed propter verbum vel adiectiuum totius facile intelligitur verbum vel adiectiuum partiũ: vt nos studemus: ego scilicet studeo logice tu scꝫ studes grãmatice.

Prolepsis definitio.

Prolepsis duplex.

* Prolepsis aliud genus plerĩq; ponũt cum id qd posteriꝰ accidit añ tẽpus scribitur quale ẽ illd Uirg. Lauinaq; venit Litora. lauinuꝫ enim queãdmodũ Diomedes ⁊ Ser. dicũt nondũ erat q̃ tẽpore Eneas ad Italiam venit.

¶ Zeugma.

Unius est verbi ad diuersa reductio zeugma:
Aut adiectiui. Nihil hic nisi carmina desunt.
Iratus rex est: reginaq; non sine causa.

¶ Propter verbũ vel adiectiuũ congrue cũ aliquo casu aut substantiuo cõstructũ in altero verbum. vel adiectiuum facile subauditur per zeugma: vt quis fecit? ego. hic propter verbum fecit congrue constructum cũ quis facile subauditur feci in ego. ¶ Sum ita magnus vt soror mea hic propter adiectiuum magnus congrue constructũ cũ subaudito ego: facile intelligitur adiectiuũ magna in soror mea. Similiter in his orationibus. Tauri mei ⁊ altilia mea occisa sunt. Carus est panis ⁊

zeugmatis et conceptionis differentia.

* Nebriss. in hoc Hora. exemplo tu quid ego etc. nullam asserit esse figuram.

Eadem oratio zeugma et conceptio diuerso respectu esse potest.

zeugma duplex.

An. Uel. Aut.

vinū. Nō sunt loquele neq; sermones quorū nō audiant voces eorū. Hebr. el sūt et ego Hora. Tu quid ego et ppls mecū desiderat audi. Uerg. Hic illius arma hic curr⁹ fuit. ¶ Quō differt zeugma a cōceptione? In zeugmate vna proprietas diuersis tribuit̄ vni expresse: alteri subaudite. In cōceptiōe vna proprietas plurib⁹ tribuit̄ eq primo. Grāmatici aliqn̄ cōceptionē cōfundūt cū zeugmate: qz Nebrissen. dicit cōceptionē esse hic illius arma: hic currus fuit. manifeste zeugma est. nos has figuras semꝑ distinguimus. ¶ zeugma quid est? vnius proprietatis ad diuersa reductio. ad vnū quidē expresse ad alterū intellecte: vt carus est panis et vinū. Ego sicut fenū arui. Quid est proprietas? verbū vel adiectiuū. Aliqn̄ eadē oratio pōt esse conceptio et zeugma diuerso respectu vt apud Uirg. Sū nobis mitia poma Castanee molles et pressi copia lactis. Si totū copulatū sit suppositū verbi sunt: erit cōceptio nūerorū. Si vero ita ordines: mitia poma et castanee molles sunt nobis: et copia lactis pressi sup. est nobis. sic erit zeugma. ¶ Quotuplex est zeugma? duplex. locutionis et cōstructionis. ¶ zeugma locutionis est vbi proprietas expressa a subintellecta nullo mō differt. vt sedet Petr⁹ et Paulus. Lu. Nil rhōb⁹ nil dāna sapit. ¶ zeugma cōstructiōis est in quo proprietas expressa aliquo mō differt a subintellecta: vt carus est panis et vinū: hi pperāt et ego. Tu ludis et ille. zeugma dr iugatio iūctura vel adiunctio. ¶ Quot sunt necessaria in zeugmate? Quinq;. q̄? proprietas verbū vel adiectiuū: duo substātiua: cōiūgunt et cōcordātia proprietatis cū vno expresse: cū altero intellecte. Qualis cōiunctio dz in zeugmate esse: copulatiua: an disiūctiua? Quecūq; fere cōiunctio et multa aduerbia. ¶ Primo cōiunctio copulatiua: vt iratus rex est reginaq;. ¶ Scdo disiūctiua: vt solū tibi vel pater me⁹. Tu facias an ego parū refert. Marit⁹ est malus aut vxor. ¶ Quō differūt an vel aut. An q̄rit et dubitat. Uel et aut disiūgunt. i. alterū tm̄ fieri aut non fieri significāt: vt quot ibūt mecū: duo an tres? Nescio an Paulus viuat an nō: nō liceret hic ponere vel in qua re multi errāt apud Cic. ad fratrē vr̄ vel p an capi: sed puto mendū esse vitio librariorū hoim apprehendit: et in custodiā ephesi tradidit: sz in publicā vel in pistrinū: nō satis ex lr̄is ei⁹ intelligere potuim⁹. sic i declama. Quintil. Presente vel absente pr̄e. mēdū est p an. Circūferunt declamatiūcule an Fabij sint dubito. In his est vituosus quod Ualla dānat. et sinaūt p si nō. et Quo talione masculine quod placeret Ualle. Odientē participiū ab odio in raro vsu. arcitū supinū vel participiū ab arceo eq rarū etc. ¶ Tertio. Cōiūctio expletiua vt vapulabo parū: tu aūt vehementer. ¶ Quarto exceptiua: vt nullus studet nisi ego. ¶ Quinto p aduerbia multa: vt studes vbi ego. Scribis qn̄ ego. non ibis neq; ego. Tam ego te diligo: q̄ tu me. ambulas sicut ego etc. Fit zeugma per diuersa tpa. Dictiores sumus q̄ heri. Diu⁹ Paulus. Uidemus nunc per speculū in enigmate tunc autē facie ad faciem.

zeugma per oēs casus.

¶ Per quot casus fit zeugma? per oēs. exēplū de ntō: vt carus est panis et vinū. de gtō. Neq; pr̄is misereris neq; auxiliaris. de dtō. neq; tibi nocui neq; iuui. de actō. neq; te adorabo neq; supplicabo. de vctō. Salue Hippolyte non minus caste q̄ vlla virgo. De abltō. neq; amica carere: neq; sine dāno habere queo.

Tibi neq; nocui neq; iuui. Rl̄a Ualle elegans.

¶ Dicit̄ ne latine: tibi neq; nocui neq; iuui? Minime. cur ita? Quia rl̄a Ualle est verissima. Quoties post vnū adiectiuū: suppositū: aut obliquū verbis posueris nec neq; et tū aut vel partim: cōsimilēve particulā cū duob⁹ substātiuis verbis: aut regētib⁹ necesse erit ambo substātiua verba: aut regētia illi vni adiectiuo supposito aut obliquo: in debitis accidētibus cōformari etiā si aliud exprimat̄: secus incōgrua atq; inepte fuerit oratio. Jā hic. Tibi neq; nocui: neq; iuui: ponit̄ obliquus tibi an̄ neq; geminatū: et nō cōformat̄ vtriq; verbo: qz iuui tibi nunc nō dr̄. ergo est oratio incōgrua. Hāc rl̄am declarat Badi⁹ pulchre apud Senecām. Exēplū de adiectiuo vt incōgrue dixeris. Nulla est dicenda virgo corrupto vel corpe vel mēte. habes prestans et ingeniū et formā neq; est zeugma. dic ergo. Corrupto vel animo vel corpore. vel sic. vel corrupto corpore vel mente: aut corpore vel mente corrupta: et sic erit zeugma: vt habes prestans ingeniū vel formā. Cice. videt̄ semel aliter loqui. Sed Ualla reijcit vitiū in librarios. Exemplū de supposito. Tu neq; legis: neq; me legere permittis: hic incōgrue diceret. Tu neq; legis: neq; abs te legere pmitto: de obliquo. Tibi neq; offui neq; pfui: male vero sic. tibi neq; offui: neq; iuui. ¶ Trib⁹ modis vitatur hec incongruitas. ¶ Primo preponēdo particulā adiectiuo supposito aut obliquo: vt neq; tibi offui: neq; iuui. et est zeugma: neq; tu legis: neq; a te legere permitto. ¶ Scdo nō geminando particulā vt nulla est virgo corrupto corpore

vel mente: et est zeugma. ¶ Tertio seruãdo regulã. Aliqñ incongruitas parũ percipitur: sed nõ minus oratio est inepta/ veluti. Tu hec omnia partim ex literis meis dices: partim te nuncius docebit. dicendũ fuerat: partim ex nuncio.

¶ Quot sunt species zeugmatis? Tres. Que? Hypzeugma vel ptozeugma/ mesozeugma/ et hypozeugma vel hysterozeugma: latine zeugma a superiori: zeugma a medio: zeugma ab inferiori. ¶ Quid est ptozeugma? In quo verbũ vel adiectiuũ ponitur in principio. De verbo in euãg. Stabat Joãnes et ex discipulis eius duo. Erũt signa in sole et luna: et in terris pressura gẽtiũ. Uirg. Silet ois ager pecudes pictecꝫ volucres. ¶ De adiectiuo in sacris. Btũs vẽter qui te portauit: et ubera q̃ suxisti. Repletũ est gaudio os nostrũ: et lingua nostra exultatione. Assumpto Petro et duob⁹ filijs zebedei: Turbat⁹ est rex herodes et ois Hierosolyma cũ illo. zeugma est cõtra quosdã credẽtes hanc orõnẽ esse ineptã: qr Ualla dixit Hierosolyma non nisi pluraliter reperiri: qd falsum esse ostendi in heteroclitis/ et amplius ostendere possum. Pli. lib. vij. natu. histo. ca. xxxiiij. Amplectitur Babylonẽ/ idumeã/ Samariã/ Hierosolymã &c. Solinus. Judee caput fuit Hierosolyma sed excisa est. Similiter inuenies apud Cice. in orõne pro Flacco. Itacꝫ si me audies nũcꝫ Uallam adeo miraberis: vt quicqd ille vel nõ inueniri dicat vel se nõ inuenisse vel nõ latinũ vel nõ satis esse tersum: tu credas prorsus esse barbarũ: quin cõtra Fabianũ illud semp cogites. Sũmi sunt/ hoies tñ. vba Quintiliani vere aurea li. x. sunt hec. Necꝫ id statim legẽti psuasum sit oia q̃ oẽs authores dixerũt vticꝫ esse pfecta. Nã et labant aliqñ: et oneri cedũt: et indulgẽt ingenioꝝ suoꝝ voluptati. Nec semp intẽdũt animũ: nõnũcꝫ fatigant. Quũ Ciceroni dormitare interim Demosthenis orationes: verũ etiã Homerus ipse videat. Sũmi em sunt/ hoies tñ: acciditcꝫ ijs q̃ quicqd apud illos reperiunt dicendi legẽ putant: vt deteriora imitent. id em est facili⁹: ac se abunde sites putant si vitia magno consequant. Modesto tñ et circũspecto iudicio de tãtis viris pnunciandũ est: ne (qd plerisqꝫ accidit) damnẽt q̃ nõ intelligunt. Hec Fabi⁹ eloquẽtie lumen. cui cõcinit Horatianũ illud. Qñcꝫ bon⁹ dormitat Homerus. Admiramur maxime Uallã/ q̃ e barbaroꝝ manu latinitatẽ: vt Camillus olim Romã liberauit. et vt semel dicã per Uallã didicimus latine: aliqñ tñ vt hõ labore lassus defecit. ¶ Uñ dr: ptozeugma a protos primus et zeugma: qr proprietas primo loco ponit. Dicitur etiã hyperzeugma: ab hyper. i. super et zeugma.

Protozeugma.

Uicit pudorem libido/ timorẽ audacia/ rationem amentia.

Hierosolyma.

Sũmos authores aliquãdo decipi. et errare.

Ual. laus.

¶ Mesozeugma quid est? In quo verbũ vel adiectiuũ ponitur in medio. De verbo. Cor. Tacitus. Mediocris poetas nemo nouit bono pauci. idẽ. per zeugma locutionis. Uitia erũt donec hoies. in sacris. Qui confidũt in dño sicut mons syon. Ipse fecit nos et nõ ipsi nos. De adiectiuo in sacris. Si radix sancta et rami. Celi mouendi sunt et terra. Unde dicitur mesozeugma: a mesos. i. medius et zeugma: quia proprietas ponitur in medio.

Mesozeugma.

¶ Hypozeugma quid est? In quo verbũ vel adiectiuũ ponitur in fine. De vbo. Uirg. Nihil hic nisi carmina desunt. Teren. Id viso tu an illi insaniant. Ouid. Quid nisi secrete leserunt Phyllida sylue. Alexãder. Nõ i/ sed relique preeunt. In sacris. Ego sicut fenũ arui. Hora. Tu qd ego et pplus mecũ desyderat audi. De adiectiuo. Terẽ. Utinã aut hic surdus aut hec muta facta sit. Idẽ. vxor et liberi inuenti sunt. Cice. Seruate liberos fortunasꝫ vras. In sacris. Caro et frater noster est. loquebant de Joseph. Uñ dr hypozeugma: ab hypo. i. sub: qr proprietas subiungitur. i. postponitur. Dicitur etiã hysterozeugma ab hysteron. i. vltimum.

Hypozeugma.

¶ Cum quo debet cõcordare pprietas in zeugmate? Cũ ppinquiore: nisi fuerit aduerbiũ similitudinis aut cõparandi. Uirg. Hic illius arma hic currus fuit. docet ibi qd dicit Serui⁹. Uirg. Nec deus hunc mẽsa dea nec dignata cubili est. In sacris. Necꝫ sydus radio: necꝫ mater filio fit corrupta. Ual. max. lib. j. ca. vlti. De voce et motu deorũ immortaliũ hũanis oculis: auribusꝫ pcepto. ita hñt emendati codices: nõ de motu et voce. author Aldus. q̃re dixisti. nisi fuerit aduerbiũ similitudinis: aut cõparãdi: qr sic pprietas cõcordat cũ remotiori aut principaliori. vt ego sicut fenũ arui. Mõtes sicut cera fluxerunt. Aia nra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. Ego recti⁹ q̃ tu scribo: hoc tu ita prudẽter vt ego fecisses. hoc ẽt fit:

per nisi. Teren. Talē filiū nulla nisi tu pareret. Verg. causa metri aliter fecit dicens. Nihil hic nisi carmina desunt. Et Ouid. Quid nisi secrete leserūt Phyllida syluae. Valla dicit in psa: dixisset deest ꝛc. ¶ Est ne zeugma figura? etiā. qꝛ est arte aliqua innouata dicēdi forma. ¶ Qd est vitiū? Que rōnes excusantes? nihil vitij est: sed magis tum elegantie. Argumentor. In zeugmate verbū discordat a ntō: vt ego sicut fenū arui. fenū est tertie psone: arui vero prime. Et adiectiuū discordat a substantiuo: vt carus est panis ꝛ vinū: carus est masculini generis: vinū autē neutri: ergo est vitium. ¶ Respōdeo in zeugmate nulla est discordātia: qꝛ verbū vel adiectiuū cōcordat cū illo cui adheret in declaratione. vt arui cū ego. carus panis: illius aūt a quo videtur discordare nō est verbū vel adiectiuum: sed illud propter expressum facile subauditur. vt ego arui: sicut fenū: supple aruit. carus est panis ꝛ vinū. subaudi carum: et ita nihil vitij est in zeugmate.

¶ Antiptosis.

Antiptosis erit: pro casu ponito casum.

¶ Antiptosis est casus p casu positio sub aliqua pprietate. Pōponi⁹ apud Nonium. Quot letitias insperatas modo mihi irrepsere in sinū p letitie insperate. In scđo Joānis. Spero me futurū ad vos: ꝛ os ad os loqui: pro ore ad os. vbi parū latine est teste Valla. Spero me futurū ad vos. Qui ait in Lucā. Fecit redemptionē plebis sue. gtīn pro dtō poni. Plau. in milite. Qui n ille annorū viuunt. gtūs pro actō teste Nonio. sed pōt excusari: vt mille nummū. Idē in trucu. Alienis rebus curas pro alienas res: teste Nonio. Cice. teste eodem. Moderari vxori: pro vxorē. Neuius res vis hanc priuari pulchras. i. rebus pulchris. Plau. in pseudu. vino, modo cupide. i. vini. Virg. ij. Geor. Illa ferax oleo. i. olei. Vñ dr. Antiptosis ab anti. i. pro: ꝛ ptosis. i. casus. pducit autē o. Est ne hic antiptosis. Petrū ludit pro Petrus? nō. sed soloecismus: qꝛ antiptosis debet hrē authoritatē pro rōne excusante. ¶ Per quot casus fit antiptosis? per oēs. de ntō. Liuius apud Priscia. Qñ duo cōsules eius anni alter morbo: alter ferro perisset: suffectū consulē negabāt comitia habere posse. p duoꝝ consulū. Sallust. Multi qui de castris pcesserāt: amicū alij: pars hospitem aut cognatū reperiebant: pro multorū. Cuius humilitatē dñs respiciens vbo concepit ꝛ peperit. i. dño respiciente. De gtō in sacris. Multa vidit oculus: mens ꝛ fortiora horū: pro his. De dtō. Sisenna historia. iij. Saltui ac velocitati certare: pro saltu ꝛ velocitate: teste Nonio. De actō. Pōpo. Quot letitias insperatas modo irrepsere mihi in sinū. i. letitie. apud Cic. in orōne de accusatore instituendo. Si quis iudices forte miratur me ad accusandū descenderim: me pro ego teste Asconio. vt notauit Crucius me⁹: sed nō est ita: qꝛ me nō ponit pro ego: sed regit a fronte ab infinitiuo descendere: qꝛ sic dr. Si qs vestrū iudices aut eorū qui adsunt forte. mirat me qui tot annos in causis iudicijsq; publicis ita sum versatus: vt defenderim multos: leserim neminē: subito nūc mutata volūtate ad accusandū descendere. De vctō. Persius. Censorēve tuū vel q trabeate salutas: p trabeatus: teste Priscia. De abltō. Plau. in cas. hz gladiū: sed duos qbus altero te occisurū ait: altero villicū. quib⁹. i. quorum. Virg. x. ene. Cōcurrūt heret pede pes des dēsusq; viro vir. p pedi. In eo forte rapti celsi coniuncta crepidine saxi. Expositis stabat scalis: ꝛ pōte parato. p dtō crepidini teste Ser. ¶ Sūt ne nobis eiusmodi orōnes licite? Nō/ nisi in similib⁹ operibus eque parce. ¶ Est tñ antiptosis quedā adeo ab oratoribus vsurpata: vt oib⁹ liceat et elegans habeat: veluti id genus: pro eius gñis. omne genus: p ois gñis. Gellius lib. xviij. Aristotelis libri sunt omne genus elegātie referti. Audiant hoc Aristotelis simie cōtemptrices elegātie. ff. de fun. insti. l. quesitū. Lecticarios ꝛ ceteros id genus seruos. Dices etiā bene eius gñis. Pli. ix. ca. xxviij. Mollia sunt loligo: sepia polypus: ꝛ cetera eius gñis. Quot illic hominū litigāt: p hoies apud Terē. teste Prisciano. Nos recte vtimur: qꝛ ptitiōis regimē est. Terē. Ex Andro cōmigrauit huic vicinie. i. in hāc vicinīā. Idē. Quid mei faciā. i. de me. Quod alibi dixit. Quid illo faciemus: pro illi. nolim imitari. pendeo animi. p aio optime dicimus: ꝛ elegāter cū Teren. in edel. loquemur. Id ne estis authores mihi: pro eius rei. Et cū Cic. in. j. de oratore. Satis supq; hoibus id etatis p eius etatis. plura in sequentibus audies. Eleganter eñ dicimus teste Calepino. Quibus in extremis p in quoꝝ extremo.

Antiptosis fit per oēs casus. Ver. v. ene. Cressa genꝰ pholoe gemini cir cū hubera nati. ntūs ibi pro gtō ponit. i. generis Cretensis.

Ciceronis locus.

Id genus. Oē genus

¶ Synthesis.

Synthesis haud vocem: sed cernit significatum
Rem magis inspiciũt q̃ vocem sepe poete.

¶ Oratio aliq̃n cõgrua est sensu nõ voce per Synthesim: vt populus clamant. turba strauerũt: cõgrue dicimus per sensum: quia populus et turba significant simul multos: et ita per significationẽ sunt pluralis nũeri: sed tales orationes nõ sunt cõgrue s̃m vocem: q: populus et turba s̃m vocem sunt singularis nũeri. ¶ Utrũ omnes orationes per Synthesim sunt nobis licite? Nõ. nisi in poematis: et historijs: et tum quoq; cauendum estne quid nimis. Apud oratores et in epistolis: vnq̃ inuenies p̃sertim apud Ciceronẽ et Quinti. Pliniũq;. Ideo nõ imitabor Pseudocurtinz in epistolis dicentẽ. Romanus exercitus: cupiunt te videre. Idez. Sertoriũ Romanus exercitus constituerunt/ Gellius et Apuleius aliquando vtuntur synthesi: q: non oratores modo: sed omnigeni scriptores haberi voluere. Utuntur etiã aliquãdo synthesi in epistolis Neotericorũ quidam: Philelph9/ Lancilotus/ Polytian9/ etc. Ideo si parcissime fiat: nõ vituperauero. mallem tamen cum Cicerone sine synthesi epistolas conficere. Quod aũt nõ omnia oibus licent: docet Cicero in Thuscula. dicens. Actius poeta quũ dicit. Quũ suũ florem liberũ inuidit meũ: male latine dr: nos consuetudine prohibemur: poeta ius suũ tenuit. Et si beatus Gregorius dixerit (vt vult zenderus) mulier est vetus arma diaboli: nullo modo imitabimur.

¶ Synthesis quid est? Attributio proprietatis vni vel plurib9 copulatis: quod fit non gratia vocis. sed significati. vt pars infrustra secant: id est aliqui. Unde dicitur? A syn: id est con: et thesis positio: hoc est gratia significati compositio vel constructio.

Non q̃cq̃d summi dixere imitabimur.

¶ Synthesis in adiectiuo et substantiuo.

¶ Quot modis contingit Synthesis in adiectiuo et substantiuo? Quinq;. ¶ Primo ratione discernẽdi sexus. Auienus. Anser erat quondã speciosa germine feta. Plautus in sticho. Audiui sepe hoc vulgo dicier solere elephãtum grauidã perpetuos decẽ esse annos. Feta et grauida plerũq; substãtiue ponũtur. Uerg. Non insueta graueis tentabũt pabula fetas. Idẽ dicit feto pecori ergo et fetus anser dicere possum9. ¶ Scdo rõne subauditionis: et p̃neste sub ipsa subaudi vrbe. albula pota subaudi aqua. Terẽ. in plo. Eunu. Eas sed nõ negat p̃sonas trãstulisse in Eunuchũ suã. s. comediã: aut fabulã. de hoc plura in gñib9. ¶ Dixi in generib9 oppidorũ noia feminina esse: tñ authores aliq̃n terminationẽ respiciunt: vt illic etiã dixi. Liuius. iiij. tertie deca. Ut receptus Croto Brutioꝝ esset. sic Martius Narbo. etc. ¶ Tertio ratione collectiui. Gellius lib. j. cap̃. xxiij. Ad senatuz postridie matrũ familias caterua lachrymãtes atq; obsecrãtes orant. sic pars ꝓ aliq̃d apud historicos: et poetas frequẽtissime. Liui. j. ab vr. Maxima pars ab equitibus in flumen acti sunt. et lib. v. Pars per agros dilapsi: pars vrbes petunt finitimas sine vllo duce. Salust. in iug. Maxima pars vulnerati: aut occisi sunt. Cor. Tacitus. Magna pars sautij aut palãtes in montez vocetiũ perfugere: Uerg. Pars hoim validi turres et menia scandũt. Idem. pars mersi tenuere ratẽ. Liui. Magna pars in argũ dilati. Uerg. lib. vij. Pars arduus altis puluerulẽtus equis Fuerit. Papini. ij. theb. Tacitis huc gressib9 acti. Deueniũt peritura cohors. Uerg. Hic manus ob patriaz pugnãdo vulnera passi. In sacris. Turba hec que non nouit legem dñi maledicti sunt. Sedit omnis multitudo in area templi trementes ꝓpter hyemen presentem. ¶ Quarto ratione distributionis. Ouidius. Utraq; formose Paridi potuere videri Idem. In magnis lesi rebus vterq; sumus. Idem impliciti laqueis nudus vterq; Cor. Taci. Tum intim9 quisq; libertorũ vincti abretiq;. Idẽ. Eo suffragio turbidis simus quisq; delecti. ¶ Quinto q̃n abstracto gratia concreti adiectiuum iungitur. Terenti. in eunu. Scelus postq; ludificatus est. i. summe scelestus: ad rem respexit teste Donato. ¶ Addũt pleriq; sextũ modũ ad exprimendã perpetuã rei naturam: vt triste lupus stabulis. sed vt ante docuimus: non adiectiuũ et substantiuũ sunt: sed duo substantiua. Triste: id est tristis res etc. Uergil. Quale sopor fessis. i. qualis res teste Seruio. ¶ Addunt etiam septimũ propter participium vt est coluber factus mystica virga: pro facta. Et certe si vsq; inueniatur oratio in qua factus facta

*Ouidi9 Sulmoni hi patria est gelidis huberrim9 vndis Milia qui nouies distant abvrbe decem. Pars acti.

*Nebris. asserit quo nescimus fit synthesis solocisinũ esse nisi aliq̃ rõne excusatur.

factu3: inter duo nomina concedet cum sequenti erit oratio vix imitanda: vt virga Moysi est factus coluber. dicendū enim est facta non factus. Propter hoc quero.

Adiectiuū participiū

¶ Que est differētia inter adiectiuū nomen: et adiectiuū participiū? Differētia est hec. Adiectiuū nomē: et pronomen positū inter duo substātiua interposito verbo substātiuo concordabit cū sequēte: vt asinus est rude animal. Vinū est meus potus. Adiectiuū participiū a verbo substātiuo vetō: aut habēte vim eius positū inter duo substātiua concordabit cū precedēte. vt aqua est facta vinū. Joannes est habitus mancipiū: creditus femina. Cur dixisti a verbo substātiuo etc. quasi in ceteris hec differētia locū nō h3. vt asinus est cōtemptū aial: nō contēptus: liber est empta res: nō emptus. ¶ Que est regula de his participijs: factus/dicēdus/appellatus et similis nature alijs? Est hec. quotiescūqz participiū substātiui vocatiui vel vim eorū habētis ponit inter duo substātiua cōcordabit cū pcedēte. si vero vtrique postponat: conforme erit vtrilibet. Exemplū prioris partis: vt Petrus est factus mancipiū: creditus femina etc. Exemplū posterioris partis vbi cum precedenti concordat. Liuius. vj. quarte deca. Ludos megalesia appellatos. Apul. iiij. meta. Fortissimū sociū nostrū prorsus bestiā factū immittimus cauee modico prestinate precio: quā constāti vigore festinus irrepsit ipse. In eodē. Ego infelicis rapine preda: mancipiū effecta. Pli. iij. nat. hist. ca. v. Puteoli colonia dicearchia dicti. Justi. lib. i. de Semiramide. Sexū mentita: puer credita est. Ouid. Tunc procul absenti cura futurus eris. nō ausim dicere futura: qr nullū habeo testimoniū. In euange. Joan. Verbū caro factū est. Exemplū vbi concordat cu3 sequenti. Titus Liui. j. ab vrbe. Gens vniuersa Veneti appellati. et lib. ix. tertie decadis. Ludi fuerunt Megalesia appellata. Cice. de diui. scdo. Non ois error stultitia est dicenda. Idem alibi. Video amicitiā nostra3 inimicitias modo factas. Non male igitur Hiero. dixit in Joan. Vt aūt gustauit Architriclinus aquā vinū factu3. Sunt qui dicant veteres codices habere aqua in ablatino: et bonus sensus est vinum factum aqua.

¶ Synthesis relatiui et antecedentis.

¶ Quot modis fit Synthesis in relatiuo et ancedente? Quinqz. ¶ Primo ad discernendū sexū: vt si quis dicat Anser q̄ incubat ouis. ¶ Scdo rōne subauditionis. vt species est qd predicat: sc3 vniuersale. Rex est Carnoti: que est pulchra sc3 vrbs. ¶ Tertio rōne collectionis. Apulei. iiij. meta. Tunc vulgus ignobile quoqz inculta pauperies sine delectu ciborū tenuato ventri cogit sordentia supplementa et dapes gratuitas querere: passim adiacentes epulas accurrere. In sacris. Domus israel sperauit in dño: adiutor eorū et protector eorū est. Reges gentiū dominantur eorū. Multitudo hec magna conuertet in minimā gentē: qm eos dispergam. Congregabūtur ante eum omnes gentes: et separabit eos. ¶ Quarto rōne distributionis vel signi particularis: qd ad plures pertinet. Teren. Si quisquam est qui placere se studeat bonis q̄z plurimis: in his poeta nomen profitet suū. illud autem in Genesi. In die qua creauit deus hoiem ad imaginem et similitudinē suā fecit illum: masculū et feminā creauit eos. excusat: quia antecedēs masculū et feminam equipollet vni plurali: et cum dixisset: putaremus primū hominē fuisse hermafroditum. ¶ Quinto quando ad abstractum pro concreto fit relatio. Terentius. Vbi illi est scelus: qui me perdidit. scelus. i. plurimum scelestus.

Masculu3 et feminā creauit eos

¶ Synthesis nominatiui et verbi.

¶ Quot modis fit Synthesis in nominatiuo et verbo? Duobus. ¶ Priore: rōne collectionis. Sta. xj. Theb. En vtraqz gentis turba rogāt. Tacitus. Pars Armeniā eunt. Hora. Jactamus iampridē ois te Roma btm. i. nos oēs Romani Apul. in Flo. Ingēs hoīm frequētia cōuenere. i. hoies frequētes. Verg. Pars in frusta secāt. i. aliq. Idē. Pars pedibus plaudūt. Idē. Et iam Romana iuuētus quenunt. i. Romani iuuenes. In sacris. Ois israel plāgebat eu3. i. Israelite: vt ois israel incircūcisi sunt. Sepelierunt eu3 ois cognatio. i. cognati. Jubilate deo ois terra. i. terricole. Uniuersum germen iacob glorificate eu3. Synagoga potentiū quesierūt animā meā. Attendite populus meus legem meam. Domus israel benedicite domino. Audite legem meā plebs mea etc. ¶ Secundo modo: ratione distributionis et significationis: qd ad plures pertinet. Tacitus. Pedes vteraqz dexteras miscuere

pedes singulare est.Sil.xi.Pro se quisque alacres capite hoc dectus? Suet.Pro salute quisque pecunias cõtulere.Ovi.Artis et ingenue cultor uterque sumus.Philelphus in epist.Uterque silnimus.Polit.in epis.uterque rogamus.Ovi.Quo ruitis vestras quisque redite domos.Plau.Uterque deluduntur miris modis.Ovid.Partique dedere oscula quisque sue.Salu.in Iug.uterque insaniunt.Tacitus.Levissimus quisque Gallorũ et inopia audax dubie possessionis solum occupavere. Livi.i. ab urbe. Ubi spectacula sibi quisque facerẽt.Ennius.Pro se quisque viri summa nitunt opum vi. hoc potest defendi per prolepsim implicitã:ut plura hic posita.Livius.Pro se quisque alacres sternunt.Sepissime historici et poete hac Synthesi utuntur. Aliquando etiam sine sinthesi. Sil.lib.vii.Equor quisque suũ sequit stridente procella.Livi.in prefa.totius operis. Pro se quisque acriter intẽdat animũ.Idem.vii.ab urbe.Pro se quisque obvias sternit Curti.lib.viii. Pro se quisque certat evadere.sic et Cesar.Et alii sepe nunc hoc: nunc illo modo loquunt.Exemplũ de particulari rarius est.Teren.in adel. Aperite aliquis.acutũ ostium.Donatus.Uim plura lẽ habet aliquis quamvis singulariter dicat non est aliquis nisi de multis:Plautus in Menechmis.Aperite aliquis ostium.

Aperite aliquis.

¶ Adverbia et interiectiones.

En:ecce:hem primum quartumque aliquando requirunt
Heu petit et quintum:velut o hei vehque dativum.
Pro primum quartum quintumque notatur habere.

¶ Hec adverbia demõstrandi En/Ecce/Hem:petũt post se ntm̃ vel actm̃. De ntõ Ecce homo.Cice.Ecce tibi status noster.Teren.Ecce aũt alter nescio qd de amore loquit.Quinti.En improbitas.Hem Davus.De actõ.Plautus in milite.Opus nerit tibi advocato tristi iracũdo?ecce me.hoc de ecce rarũ est:presertim in psa teste Ualla.Terẽ.in andria.Hem astutias.Sene.En paridis hostẽ. hic en ut alibi sepissime cũ exprobratione quadã ponit.Uer.En quatuor aras/ecce duas tibi daphni di.

*Uerg.i. ene.En p amus: sunt hic etiã sua pmia laudi.

¶ Quot modis construunt Ecce/En/Hem? Tribus.Primo cũ ntõ: ut ecce hagnus dei.Uerg.En priamus etc.Scdo cum actõ. ut ecce me: an aras:hem astutias. Tertio sine casu:et tum ecce ponit fere ubi quid ex improviso fieri significamus. Ovid. iiii.meta.Uenit ecce recenti cede leena boum spumãtes oblita rictus.Uerg.in buc. En quo discordia cives perduxit miseros? En quis consevimus agros? Hem comicum est non oratoriũ.Ecce facit eccum eccam eccos eccas.i.ecce hic de quo agebamus.Ab en ellum ellam ellos ellas.i.en illic de quo agebamus.Adverbia sunt teste Ualla contra Priscia.qui dixit pronomina esse:et significare ecce eum.ecce vel en illum.qd Ualla ideo reprobat:quia Terentius eccum Parmenonẽ dicit:nec potest exponi/ecce eum Parmenonem: sed ecce hic. Posses respondere Ualle per regulam/Equivalens geminis.Et certe:sive hec adverbia sint sive pnomina in eis servatur ratio gñis et numeri:ut eccam de femina:eccuz de viro dicamus etc.Sunt qui putant eccum vetus esse pro ecce:ut donicũ pro donec. ut apud Terentium in adel.Eccũ Mitio progreditur foras.legitur etiã ecca. Teren. in eunu.Ecca fundi nostri calamitas.Donatus in andria.Eccũ quasi ecce eum veteres dixerunt. Ego Ualle concino.Apuleius sepe coniungit en ecce:ut ergo igitur.

Ecce.
En.
Hem.
Eccum.
Ellum.

¶ Heu petit et quintũ velut o. Iste interiectiones heu et o:petũt post se ntm̃/actm̃/aut vctm̃.De ntõ.Pli.Heu dementia:allatoris adventus semp est gratus.Terẽ.O festus dies hois.De actõ in Psal.Heu me:quia incolatus meus prolongatus est.ita habẽt emẽdati libri:teste Ualla.Terẽ.Heu me miserũ.Uer.O fortunatos nimiũ:bona si sua norint:agricolas.De vctõ.Sta.Heu socii:nulle ne manus nulla arma valebũt?Uerg.heu prisca fides:invictaque bello dextera.Cice.o magna vis veritatis.Uer.O fortunati quorum iam menia surgũt.Persi. O miser inque dies ultra miser:huccine rerũ Uenimus. Apud Luc.in.iii.O misere sortis:subaudit nos.

Heu.
O.

¶ Quot modis utimur heu? Tribus. Primo ut est dolentis interiectio cũ actõ fere pnominis:ut heu me miserũ.Secũdo ut est interiectio exprobrantis.Uergil.Heu stirpem invisam.Et nominativo.Idem.Heu pietas.heu prisca fides.Tertio est interiectio dolentis sine casu.Uergilius.Heu quam pingui macer

Heu.

est mihi taurus in aruo. Idem. Heu quid agat: et tunc fit aliquando dissyllabum alij geminant heuheu. alij legunt heheu. Idem. Heheu quid volui &c.

Heus. ¶ Quomodo differūt heu & heus? Heu est interiectio dolētis aut exprobrātis. Heus aliqñ est interiectio dolētis: sed nunq̄ regit casū. Verg. Heus etiā mensas cōsumimus inquit Iulus. Sepissime est aduerbiū vocātis aut reuocantis. vt heus bone vir: heus iuuenes monstrate viā. ¶ Cur latin⁹ interiectionē ab aduerbio separat qđ grecus nō facit? Rñdeo ꝑm Seruiū in illud ene. xij. Heu qđ agat. Omne aduerbiū (inquit) v̄bo coheret. vñ heu / & atat & simila: q: v̄bo coherere nō possunt: separatim fecerūt aliā partē orōnis interiectionē. s. quā sola latinitas possidet. Hec ille.

O. ¶ Quotuplex inuenit̄ o? Quintuplex: Primo o nomē vocalis. ¶ Scđo per similitudinē ꝑ fine: q: ω est vltima grecoꝝ lr̄a: vt alpha prima. In sacris. Ego sum alpha & ω. i. principiū & finis. ¶ Tertio aduerbiū vocādi. vt o Pāmphile salue. & sic vult vetm̄. ¶ Quarto est aduerbiū optādi sine casu plerūq. Verg. Adsis o placidusq veni. Persi⁹. O si sub rastro crepet argēti mihi seria dextro Hercule. Inuenies etiā o vtinā. ¶ Quinto est interiectio: vt o fortunati. o dies festos. o infelicē. ¶ Cuius significationis est interiectio o? Cuiuscūq vis: q: teste Valla omni affectui seruit. Nāq aut dolentis est. Cice. O me miserū. o te infelicē. Idem. O variā volucrēq fortunā. Aut admirādi. Iuue. O qualis facies & quali digna tabella. Aut indignādi. Cice. in Catilina. O tempora: o mores. Aut exultātis. Verg. O mihi sola mei super Astyanactis imago. ne ordines mihi cū o: quia dtm̄ nō regit contra quosdam inepte dicentes. O mihi dies in omnes. ¶ Quando o pulchre subauditur quū affectus est parū vehemēs. Teren. in eunu. Hominē perditū plerūq & illum sacrilegū. Cice. In Anto. Indignū facinus: & hoiem nequā. Pli. Iunior ad Octauium. Hoiem te patientē: vel potius durū ac pene crudelē: qui tam insignes libros tam diu teneas. In re magni caloris dicerem⁹. O me miserū. o te infelicē &c. Tenuioris caloris interiectione vtitur hui cū actō. hui tam graues rastros queso.

O varie captum:

O subauditum.

Hui.

Hei. ¶ Hei vehq datiuū. Due interiectiones hei & veh: regunt datiuū post se. Ci. Hei mihi nō possum hoc sine lachrymis commemorare. Verg. Hei mihi qualis erat. Ouid. Hei mihi q̄ nullis amor est amicabilis herbis. Plautus. Hei misero mihi. ¶ Hei cuius significationis? Dolentis: & ingemiscentis. ¶ De veh. Veh misero mihi. Martia. Carpere causidicus fert mea carmina: qui sit. Nescio si sero veh tibi causidice. In sacris. Veh duplici corde. hic duplici dtūs est. Qñq sine casu ponitur. In Esaia. Veh qui profūdo estis corde. Apud veteres cum actō legitur. Plautus in Asi. Veh te. ¶ Cuius significationis est veh? minātis / & malū imprecantis: atq execrantis. Quare habet diphthongon? Ut differat a coniūctione ve. l. vel. Cur aspirat̄? vt affectus mentis fortius exprimat̄: qđ in plerisq alijs fit. vt hei hui ah vah &c. ¶ Quot modis cōstruit̄ veh? Trib⁹. Primo cū dtō. vt veh tibi. Secundo vetuste cū actō: teste Capro. vt veh te. Tertio sine casu. Verg. Mantua veh misere nimiū vicina Cremone. Ve particula in compositione diminuit. vt vestibulū quasi parnū stabulū / vepec⁹ / veiouis / vegrādis / vescus. Aut negat siue p̄uat. vt vecors.

Veh.

Pro. ¶ Pro primū. Pro interiectio dolētis vel indignantis: & aliqñ admirantis construitur cum ntō / actō / & vctō. De nominatiuo: pro dolor: ꝑ pudor. De vocatiuo Plautus. Pro sancte Iuppiter quid video. De actō. Teren. Pro deum atq hominū fidem. Scribitur sine aspiratione a Mancinello / Calepino / Badio. Georgius Valla aspirauit proh vegetioris soni gratia.

¶ Regimen nominatiui et obiter aliorum implicitum.

Cuiusuis tacitam do casus sepe regentem.

Supprimit orator: que rusticus edit inepte

¶ Dictio regens tam nominatiui q̄ alioꝝ casuū. aliqñ etiā dictio recta eleganter subaudit̄. vt laus regi supno. Gloria tibi dñe. Dñs vobiscū. pax tibi. Gl̄ia in excelsis deo &c. In quib⁹ ntūs regit̄ a verbo substātiuo sic implicite posito. nulla mora imus intelligitur est: veluti turpe dictu scʒ est &c. Ouid. Turpe quidem dictu: sed si modo vera fatemur. Vulgus amicitias vtilitate ꝓbat. Silli⁹ tertio. Turpe duci

totã sopno cõsumere noctẽ. Sequentia sãcti euãgelij sm Joãnẽ. s. sunt mirabile dictu. mirabile visu: scz est. Homelia sancti Gregorij: scz est vel sequitur. Verg. Nunc fama minores Italiã dixisse: scz est. Cauẽdũ semp ne qd obscuritatis pariat subauditio. Exẽplũ de gtõ. Cor. Tacit⁹ Mox petita a dijs placula: additiqꝫ sybille. subaudi libri sunt. idẽ. Monere diuti⁹ nanqꝫ tpis hui⁹: ꝛ impletũ est oẽ cõsiliũ. Neqꝫ tpis huius subaudi est. de dtõ. Tacit⁹. ad ea cerealis ciuili ꝛ classico nihil subandit͂ rñdit. De actõ Terẽ. Miserã me. vereor ne illud graui⁹ Phedria tulerit. subaudi. o me miserã ꝛc. De vctõ. Virg. Tityre coge pec⁹: subaudit͂ o. De abltõ. Quid mea rustice ne locaris an nitide: subaudi interest. Exemplũ vbi dictio recta subaudit͂. Vocor Joannes: subaudit͂ dictio recta ego: q̃ turpiter exprimeret͂. Cice. ij. Philippica. Qđ in tabulis q̃ sunt ad Opis patebat: subaudit͂: tẽplũ. ita Joãnes habitat ad diui Petri. qđ rustici aiũt apđ ecclesiã sãcti Petri. Cice. xiiij. ad atti. Rapinas scribis ad opis fieri. Tit. Liui. iiij. ab vrbe cõdita. lintheis libris ad mone te inuẽtis. s. tẽplũ.

Subaudiendi modi.

Quot modis gꝫ q̃ꝫ venuste subaudit͂? Difficile eẽt oẽs enumerare: tñ precipui sunt septem. Prim⁹ fit per quo. Hora. quo mihi fortunã si nõ cõceditur vti. i. ad quid vultis mihi esse bona fortune. ita legit Valla licet aliqui codices habeant Quo mihi fortuna est. Cicero. ad filiũ. martis vero signũ quo mihi pacis authori. Quintilian⁹. Quo per fidem diuitias ceco. Idẽ. Quo nunc tantum frumenti? quo classem cõmeatu grauem? Secundus fit per vnde. Hora. Unde mihi lapidem? quorsum est opus? Unde sagittas? sup. acquirã: vt te cedaz? Iuuena. Uñ tibi frontẽ liberalemqꝫ parentis? Quum facias peiora senex sup. esse puta vel credis sic vñ huic diuitias. Quinti. Uñ hũc illi animũ. Et alibi. vñ tm̃ viriũ ceco vt in vno statiz ictu mors tota peragat͂. Et alibi. Uñ miserie tũc vñ sopnus: scz erat vel est. In sacris. Uñ mihi hoc: vt mr̃ dñi veniat ad me? s datũ est. Terti⁹ modus fit p esse: subaudito dictis aut dictum. Quinti. Eloquentiã esse q̃ pene eripiat scelestos subaudi dicũt. Cic. Caput esse ad bñ viuendũ securitatẽ. s. dicũt. Quartus modus fit vbi subaudit͂ rñdeo. aut sit͂e ꝙ aũt scribis de illo negocyo ego nescio qđ cõsiliũ capiã rusticus diceret rñdeo ꝙ ego nescio. Quinti. Si ꝯfessionẽ culpe mee exigitis: ego fui pater durus: rusticus diceret: cõfiteor ꝙ ego fui pater durus. Quintus mod⁹: vbi subaudimus ita loqmur: vel hoc dico. Cice. In obseqo (qm̃ Terentiano ꝟbo libẽter vtimur) assentio abſit: ꝟitas retineat͂: subaudi ita loqmur: qm̃ Terẽtiano ꝟbo libenter vtimur. Idẽ. Satiari delectatione non possum vt mee senectutis requiẽ oblectationẽqꝫ noscatis. Sub intellige hoc dico vt noscatis. Sext⁹ mod⁹ est vbi gñale verbum facio facis subaudit͂. aliqñ etiã dixit Plini. iunior. Studes an piscaris: an venaris: aut simul oia: sup. facis. Quinti. Nil aliud q̃ꝫ renuet sup. faciet. Et iterũ. Et acceptis literis meis iuuenis fili⁹ nihil aliud q̃ꝫ cũ matre fleuisset nihil aliud sup. fecisset. Martia. Nil aliud bulbis q̃ꝫ satur esse potes. i. nil aliud facere. Uñ Ennius preclare anaxagoras: fortiter Scipio Aphricanus: prudẽter Fabius sup. fecit aut dixit. Dij melius. sup. faciant aut velint aut fecerint. Ouí. Dij melius / Dij nẽpe suas habere sorores. Dij meliora. Luc. verbũ expressit. Dij meliora velint. Quintili. Tu melius vxor. que facturũ retinebas: supple fecisti. Hos. sex modos ex Ualla deprompsi: quibus. si vellẽ duodecim nõ minus eleganteis adijcerẽ: sed cõtentus ero vnico ad oẽs gñali. Septimus modus est. Quotiescũqꝫ subauditio obscuritatẽ nõ parit: ornate multa subticemus. vt Tum Uenus. s. dixit. Quid rei tibi cũ illo subaudi est. Nõ dubiũ quin vxorẽ nolit filius. ridiculũ: nuge: trice: apine: fabule. Sed qđ opus plura. Et alia id gen⁹ multa. de his alias. Nunc ad reliqua. Pulchra quidẽ sed nihil ad nostram hanc. quid de me. Quid mea. Cui Jesus Preclarũ dictum Ciceronis qui ꝛ Tullius modo pro dũmodo. Oui. Cnosia fecisses in opera sapienter amasset. i. si fecisses Plini. Dedisses huic aio par corpus. si dedisses. Hora. in arte. Quintilio si qđ recitares corrige sodes. Hoc aiebat ꝛ hoc meli⁹ te posse negares. i. si negares. Iuuena. Greculus esuriens in celũ iusseris ibit. i. si iusseris. Teren. in Eunucho. Id amabo adiuta me. i. ob id. Cicero ad Atticum. Sed hec ꝑpediem cogitam. supple agemus. Arpinũ volebamus. s. proficisci. Arpinũ quũ eum conuenero cogito. s. proficisci. Utinaz corã tecũ olim q̃ꝫ per epłas supple loqui aut rem cõmentari liceat. Pylie ꝛ Attice salutẽ. Uale: sup. dicas. Libri quidẽ ita exierunt (nisi forte me cõis philãtia decepit) vt in tali gñe: ne apud grecos quidez simile quicq̃ꝫ sup.

Subauditio nil obscuritatis pariet. Horat. ij. ser. Uẽtũ erat ad vestam terẽ. ad Dianę venerit alibi ad dextram. Li. li. j. ab vr. ad murtie inqt dare sedes latinis subaudi ad edẽ veneris q̃ murcia dicta est.

Subaudiendi modi septem.

* Rñdeo verbũ freqũt͂ supplet͂ ꝛ sit͂r ꝯfiteor: qđ aũt scribis de illo negocio ego nescio qđ ꝯsiliũ capiam vt ego iã ante renuerã supple rñdeo de his valla.

Si subauditum.

reperiat. Potuerũt vel biduũ vel triduũ vel vt videbit., nihil eñ interest vt videbi tur. s. vtile Castriti⁹ Romã cupit: scz ire., hui tã diu de nugis. s. scribo. Brutus apd me fuit: cui quidẽ valde placebat me aliquid ad Cesarẽ scribere. Quum essez in cõ manũ: scz iturne. Post tuũ discessum binas a Balbo: nihil noui. s. accepi. Ego iam destinarã Hydruntẽ quidẽ. s. pficisci. Orosius. Gete illi q̃ nunc gotthi. s. dñr. pse do Curti. in epist. Scis aduersus senatũ perpetrationẽ tuã: dignũ affici atroci sup plicio ꝛ merito capitali: subaudi scis te dignũ affici ꝛc. vir magna doctrina subau dit est vt erat teste Gellio. Quod quidã authores sunt. subaudi asserere ausi: restat mihi exponẽda vita quã hic egit in magistratu res digna auditu; in primis. subau di est. reliquũ est vt exponã vitã qua fuit in magistratu rez dignã auditu in p̃mis Juno apud Uer. enei. j. Mene incepto desistere, victã mene. s. opz/decet/aut verũ est. Plini. Junior Hoiem ne Romanũ tam grece loqui? Cicero ad Terentiam vxo. Me miserum in tantas calamitates mea culpa incidisse. ¶ Audiui te affuisse vt ce teros in prelio. sup. vt ceteros audiui. Audiui te affuisse in prelio vt ceteri. s. fuerũt Iratis conuenit aposiopisis. i. reticentia. Phedria Teren. Ego ne illam: que me que illum: que non. ego ne illam: scz vlciscar: que me scz exclusit: que illum intromi sit ꝛc. Neptunus Uergilianus. quos ego:, sed prestat motos cõponere fluct⁹. quos ego. s. accerime puniã. Aliqñ pudoris gratia aut ꝓpter alicuius presentiã quippiã subticem⁹. Ter. in Eunu. Ego illũ Eunuchũ si opus siet vel sobrius. Uer. Noui im ꝛ qui te transuersa tuẽtibus hircis. Ntũs aliqñ penitus absoluit rectore. Psalmo graphus. Disciplina tua ipsa me docebit: ꝛ quod imitari nolim. Cuius humilitatẽ dominus respiciens virgo concepit. i. domino respiciente.

Aposiopisis iratis congruit. * Absoluitur iterdũ ntũs a rectore. * Propũsi ꝓprio iũgatur sub intelligit appellatiuũ. Maro eneid. j. Uni⁹ ob noxam et furias aiacis oilei. vbi serui⁹ notat ex figura grecadictũ eẽ q̃ vtimur circa pr̃es ꝛ maritos tm̃ vt aiacis oilei intelligim⁹ filiũ hectoris andromache intelligitur vxor. Hec figura latinis patet Nã ense bi⁹ pãphili dict⁹ est subaudi amicus. Et Teren. in and. Hui⁹ Byrrhiã subandi seruum.

¶ Regula genitiui
Regula prima.

Si duo continue iungantur fixa: nec vna
Sit res: in patrio recte casu dabis vnum.

ca referta est oi natura vinorũ:sed vino ois nature.Mar.lib.xv.Hos nisi de flaua lo-
culos implere moneta.Non decet argẽtũ vilia ligna ferãt.Cice.j.de ora.De nugis
referti libri.Cõpleo te met⁹ vel metu.Cice.vj.in Uerg. Cõplet⁹ iã mercatorũ carcer
esset.Plau.in amphi.Erroris ambo ego illos ꝛ clemẽtie cõplebo.Gel.Uentus a late
re seuiẽs nauẽ vndis cõpleuerat. ¶Abũdo tritici vel tritico:gtũs tñ apud veteres
reperit.Lucil.saty.vj.Quarũ ꝛ abundem⁹rerũ ꝛ quarũ indigeam⁹.Terẽ.in Phor.
Amore abũdas antipho.Dic etiã hec res abũdat.Uerg.iiij.ge. Rursus abundabat
fluidus liquor.Augu.ij.cõfes.Id furat⁹ sum qđ mihi abũdat. Eodẽ modo dicimus
affluis amore ꝛ affluit tibi amor.Plau.in pseu.Atq3 adeo vt frumẽto affluã.Oui.j.
de reme.Affluit incautis desidiosus amor.¶Crucio cias.punio/plecto/et valde mo
lesto.cõposita hz duo.Discrutio ꝛ Excrucio q̃ gtñ vel abltñ hr̃e inueniũtur. Plau.
in aulu.Discrutior animi qr ab domo abeũdũ est mihi.dicim⁹ etiã teste Diomede
sed raro discrutior animum.Teren.in phor.Me excruciat animi.Plau.in muli. Ne
illam animi excrucies.¶Pendeo animi ꝛ animo.i dubito . Cice.viij.ad atti. Pen-
deo animi.sepissime sic loquitur Cice.quem intrepidus imitare.Idem in thusc.Ali
quod malũ metuit:exanimatus pẽdet animi.Plau.in Mercato.Nimis diu animi
pendeo.i.dubius:ꝛ sollicitus sum vel anxius.¶Letor hac re rarissime letor huius
rei.Uerg.in.vj.Apud superos furto letatus inani.Idem.xj.Nec veterum memini le-
torve malorũ.hic grecanice letor gtñ habet teste Seruio. Non imitabor nisi parcis-
sime in magno opere.¶Ango me animi ꝛ aio.Teren.in heau. Animiq3 sese ange-
bat.Plau.in epidi.Absurde facis q̃ angas te animi.dic etiã hec res angit animum
meum.Teren.in phor.Cura hec angeret animũ.Gellius li.j.Ea res animũ eius an
xit.Rarum est preteritũ.¶Desipio mentis ꝛ mente.Plau in epidi.Desipiebã men
tis quum illas scriptas mittebã tibi.¶Abstineo ire ꝛ ira.Terẽ.Risus abstine.Ho-
ra.lib.iij.car.Mox vbi lusit. satis:abstineto dixit irarũ calideq3 rixe.Ouid.Est ꝟtus
placidis abstinuisse bonis.Quotuplicẽ cõstructionẽ habet abstineo?Quadruplicẽ.
¶Primo regit gtñ.Teren.Abstineo risus.¶Scđo abltñ sine prepõne : vt abstine
ira:ꝛ aliqñ cum abltõ accusatiuũ habet.Dio.Abstineo te cybo.Plau.in ruden.Po-
tin vt me abstineas manum.Liuius lib.viij.Romano bello fortuna Alexandrũ ma
gnum abstinuit. Sine accusatiuo . Iustinus lib.j.Contenti victoria:imperio absti-
nebant.¶Tertio regit ablatiuum intercessu prepositionis a vel ab vel de. Lucan⁹
lib.iiij.A trepido vix abstinet ira magistro.et additur aliqñ accusatiuus. Plautus
in amphi.Qui possum huic fortis a me vt abstineat manum. Quandoq3 hic abla-
tiuus intelligitur.Teren.Non manũ abstines mastigia . Liui. viij . Bellum ab in-
noxio populo abstineat . Plaut.in mustel . Abstineo iam sermonem de istis rebus.
¶Quarto regit datiuum pro ablatiuo.Plau.in trucu.Abstine isti hanc tu manũ.i.
ab isto.Abstinemus ab alijs nulli iniuriam inferentes. cõtinemus a voluptatibus
Epittetus phũs.Patere et abstine . ¶Potior pro teneo et,quasi in potestate habeo
ita fere gtñ hz:teste Calepino.adijcit vnicum exemplũ e Sallustio.Cum fatum foret
vrbis potiri.Secũdo significat obtineo ꝛ in potestatem vendico.sic ablatiuum sepi-
us habet:vt Cesar tãdem potitus est Gallia. Tertio significat frui cum ablatiuo:et
quãdoq3 cum accusatiuo:vt voluptatibus potior. Teren.in adel.Patria potit com
moda.¶Quot modis construitur potior?Tribus.¶Primo cum genitiuo. Cicero.
Rerum potiri volunt.hic aliqui subaudiunt imperio:ꝛ est ornata locutio potior re-
rum.Cice.iij.de rep.Noster aũt pp̃ls socijs defendendis terrarum omniũ iam poti
tus est.Sallust.in iug.Priusq̃ legatos cõueniret Atherbalis potiretur. In eodem.
Si eius oppidi potitus foret. In eo.Romani signorũ ꝛ armorum potiti sunt.Plau.
in amphi.Ut salui potiremur domi aliqui libri in actõ domum habẽt.Curtius lib.
iij.Asie potiturum. In eodem. Cuius potitus.Et libr.iiij. Potitus pelusi. Et in.v.
Si regionis potiri contigisset.Plau.in epidice.Eductam perdidi:hostium est poti-
ta.i.ab hostibus capta.Cice.j.episto.Fa.Illius regni potiri.Sillius.xv.Uotiq3 po-
titus.Plau.in cap.Meus rex est potitus hostium.sic idem sepius.Liui.xliij.huius
potitus loci consul.Gellius sexto capi.xvij.Xerxes Athenarum potitus.¶Secun-

Compleo.

Abundo.

* Uergil. in buccol. quã diues niuei pecoris q̃ lactꝫ abundans

Affluo.

Discrucio.

Excrucio

Pendeo.

Letor.

Ango.

Desipio

Abstineo.

Potior.

* Potior. ꝑ fi uer ali qñ accipit. Cice.Qđ si is volupta tib⁹ bona etas fruit. libẽti⁹ pri mũ puulis fruit reb⁹ deinde ijs qbus sene ctus etiam si non abũ de potitur non omnino caret.

dō regitablt̄m. Uerg. ene. j. Egressi optata troes potiūtur arena. Oui. xiij. met. Tot: q tuis armis nos te potiremur Achille. Tertio vetuste regit actm̄. Terent. Hic potitur gaudia. Gel. xij. c. j. Mortem per vim potita est. ¶ Alo te; cybo: vetustissimi cū gtō vtebātur: vt apud Cic. quidā veterū dicit. Hunc custodē mesti cruciat⁹ alo. i. mesto cruciatu: vt multi dicūt. iam nō imitabimur. notauit hoc Lancilotus. ¶ Indoleo hac re: ꝛ aliqn̄ huius rei. Oui. ij. met. Successorūq; Minerue indoluit. ¶ Recreo me animi vel aio. Apul. ij. de asino. Recreabat animi. ¶ Gero ꝑ actō gtm̄ hꝫ apud Uarronē. Ut pontiū gesserint. notat id marcellus: nollem imitari. Regno pploꝝ. Seruius ita locutū putat Hora. in. iij. car. Et que pauper aque Daunus agrestiū regnauit pploꝝ: Quidā codices hn̄t regnator pploꝝ: ideo nollē iam 𝔳bo regno aliquē casum dare. Olim dicebāt regno pplm. i. rego. hinc regnator. i. rector. Plau. Meus pr regnator deoꝝ. Nunc regno absolutū est: ꝑ regnū possideo. Cice. In libera ciuitate nemo dꝫ regnare. ¶ Fallor animi vel aio. Plau. in epidi. Nec satis exaudiebā: nec sermonis fallebat tn̄. ¶ Desino cum gtō apud Horatiū solū reperio: idq; semel lib. ij. car. Ode. ix. Desine molliū tandem querelarū. i. desine molliter conqueri. ¶ Participo te auro: vel auri. Plau. Paternū seruū sui participat cōsiliū. Nā ille nō potuit quin aliquē familiarē suo sermone participauerit. Apul. i x. met. Dn̄m meū comis hospes opiparo prandio pticipat. Participo penā. i. in pena fio particeps. Cic. Qui alteri exitiū parat. hunc scire oportet sibi paratā pestē vt participet parē. Dic etiam participo tibi hanc rem. i. tribuo. Hier. Tunc erit eius fruct⁹ quū ei Christus celorū regna participauerit. ¶ Scateo hac re: ꝛ aliqn̄ scateo hu⁹ rei. i. ebullio: affluo: ꝛ plenus sum. Gel. lib. j. c. xv. Uideas quosdā scatere verbis. In eodem lib. ca. xvij. Irarum et molestiaꝝ muliebriū per diē perq; noctē scatebat. Dat patriū aut quartū fastidio sed mage quartū. ¶ Fastidio hanc rem per actm̄ nūc dicimus: olim etiā fastidio huius rei. Verg. Inuenies alium si te hic fastidit Alexis. Plau. in aulu. Abijt nec me certiorē fecit fastidit mei. Lucil. vj. sat. Tristes difficiles sumus: fastidimus bonorum sic plures antiquoꝝ: teste Nonio. Male ergo Ualla putauit nusq; cum gtō reperiri. Male Raudēsis de actō tacuit. Lucretius dixit. Nec me animi fallit. pro nec ignoro. sed de hoc verbo pauloante plura dixi.

¶ Regula decima.

Dic satago rerum. patrium aut dantem misereri.
Sed mage vult patrium. Dominor dat rite datiuum.
In sacris etiam patrium: velut auxiliari.
Grammatice leges plerumq; ecclesia spreuit.
Tu viuendo bonos: scribendo sequare peritos.

¶ Satago regit gtm̄ rerū. misereor vult gtm̄ vel dtm̄: sed melius gtm̄. dominor ꝛ auxilior dtm̄ regūt apud oēs ecclesiasticos. qui cum gtō etiam cōstruūt. Ceterū si recte viuere velim⁹ sctōs imitabimur etiā indoctissimos. si venuste cupiam⁹ scribere aut loqui: lingue latine doctos imitari studebimus: lꝫ Nerone peiores. vt satago rerum mearū. i. anxius: ꝛ sollicitus res meas curo. miserere mei deus. In sacris. Non misereaRis oibus qui operātur iniqtatē. Lancilotus dicit satagit tantū in tertia persona esse in vsu. ꝛ significat anxiū: ꝛ sollicitū esse ꝛ satis habere qđ quis agat. Terēt. in heau. Nam hic clinia: ꝛ si is quoq; rerū suarū satagit: attamē hꝫ bn̄ ꝛ pudice eductam: ignaram artis meretricie. Sepe sine casu ponit in euang. Martha satagebat circa frequens ministeriū. i. diligens: ꝛ sollicita erat. Cesar in commenta. Qui satagentibus celeriter occurrant. Etiam significat niti. vt conditori nos placare satagentibus. Gelli. Satisago dicit. vt lib. xviij. Plorantibus oibus nostris: atq; in sentina satisagentibus. ¶ Misereor tui. Uerg. Nil nostri miserere: mori me deniq; cogis. Plaut. Neminis misereri certum: qꝛ mei miseret nemo. antique dixit miseret. ꝑ miseretur aut nemo pro neminē. et gtūs neminis rarus est. Cice. pro Celio. Neminis nomen detulisset. Misereor datiuū raro habet apud doctissimos. In sacris nimis sepe: quia synonymū verbum dtm̄ habet apud grecos. Cice. ij. thuscu. Perge aude nate: illachryma: patris pestibus miserere: gentes nostras flebunt miserias. Seneca de vita

Alo.
Indoleo.
Recreo.
Gero.
Regno.
Fallor.
Desino.
Participo
Scateo.
Fastidio.
Satago.

* Satago plerūq; absolutuꝫ reperitur.

Misereor.

* Uergil. Miserere animi non digna ferētis. Miseret pro miseret. Pacu. Ut acce pisti me cū isto verbo miseretur me tui.

beata. Nunc promereor: illi credo: huic succurro: huic misereor: illū instruo. Esdre. iiij. Miserere illis qui cōuersionē faciūt. ¶ Quod verbū cōprehendit sub misereor? illi synonymum miseresco. Sta.j.theb. Et generis miseresce tui. Uerg. Miserescite regis. Boet.iiij.de cōso. Dilige iure bonos: & miseresce malis. hic dtm̄ hz. Uergi.ij. enei. His lachrymis vitam damus: & miserescimus vltro. Hic explicite nullum casum habet: vt neqꝫ apud Silli.ij. Miserescere nescius hostis q: ntūs est hostis. Misereor aliqñ actm̄ regit: nisi mendosi sint libri. Gel.vij.c.v. Fratris reliquias ferens electa cōploret misereatur interitū eius. noli imitari: q: videtur mihi mendum/ misereatur pro miseretur: a misereor. quēadmodū apud Curtiū culpa librariorū miseratus pro misertus legitur. Cur.li.v. Ille nō fortune solum eorꝫ: sed etiā penitentie miseratus: terna milia denariū singulis dari iussit. Calepinus dixit miseresco etiā regere actm̄ propter illud Apuleianū. Cōmodū oēs miserescimus. sed fallimur: q: cōmodū aduerbiū est pro iam. Idem. Commodū limen euaserat. Cic.xiij.ad Atticū Cōmodū ad te miseraꝫ Demeā: quū heros ad nos venit. ¶ Quomodo differūt misereor & miseror? Misereor: est scđe cōiugationis regens gtm̄: & qñqꝫ dtm̄. significatqꝫ ex alicuius miseria corde anxiū esse: & miserū subleuare. Ueteres dicebant misereo. Enni⁹ in Hecub. Miserere man⁹: date ferrū: vt me aīa priuē. Miseror aris. prime cōiugationis semꝑ regēs actm̄. est aliena icōmoda ex mīa cōqueri: lamētari: defle re deplorare. Sta.xj.the. Plāgūt sue dāna coloni. Et tñ oppssos miseranť in equore: nantas. Suet.in clau. Miserat⁹ est cōditionē suā cui nihil tuti vsqꝫ esse: ac diu publico abstinuit.i.defleuit. Cesar.j.cō. Cū familiarib⁹ suis cōe malū miserebanť. Et ij.de bel.ciui. Suā mortem miserebanť.i.lamētabanť. Iusti.xj. Innoxij senis filijqꝫ casum miserātes. Uerg.iiij.ene. Nū lachrymis victus dedit: aut miseratus amantē est. Ueteres misero as.dixere. Acti. Miserarent mala. Auxilior miseris: dñor victo. In sacris. cū gtō legiť. Hiero.in Esa. In die salutis auxiliat⁹ sū tui. Idē in Ecclīastico. Et dñat⁹ est bestiaꝫ. nos hāc cōstructionē non imitabimur. lz ꝟba synonyma apđ grecos regāt gtm̄: ꝓ quo dtūs ponēdus erat: q: nec ꝟbo ꝟbū curabit reddere fidus interpres. ¶ Quotuplicem cōstructionē hz dñor? Quadruplicē. Primo regit dtm̄. Uerg. Uictis dñabiť argis. Scđo actm̄ cū prepōne. in. Oui.j.met. Sāctius his aial mentisqꝫ capacius alte Deerat adhuc: & qđ dñari in cetera posset. Cic. Felix senect⁹ si vsqꝫ ad vltimū spm̄ dñabiť in suos. Tertio regit ablatiuū intercessu prepōnis in. Sallu. Fortuna in oī re dñať. Ser.Sulp. Cice. Casus & natura in bonis dominanť. Uer.ij.ene. Incēsa Danai dñanť in vrbe. Quarto regit gtm̄: qđ nō est imitandū: vt quis dominatur tui in dij dñe. Principes gentiū dñanť eoꝝ &c. Dñor aliquādo passiue capitur. Cice.j.offi. O dom⁹ antiqua ꝙ d ispari domino dominaris.

*Pli. patrē adit: rogat vt sui misereať.

Cōmoduꝫ Misereor. Miseror.

Auxilior Dominor

miseresco.

Regula vndecima.

Accuso: damno: moneo: contraria: laudo:
Criminis aut pene vel laudis habento secundum:
Aut sextum. sed Ualla dedit tantummodo sexto.
Altero & ambobus neutro vel vtro: vel vtroqꝫ.

¶ Uerba accusandi/ dānādi/ monēdi/ laudādi & his cōtraria. vt excusandi/ absoluēdi/ vituperādi/ regūt gtm̄ vel ablm̄ criminis pene admoniti: laudis: vituperij. vt accuso te furti vel furto. incuso te negligētie vel tia. arguo te mendacij vel cio. amoneo te debiti vel to. laudo te virtutis vel ꝟtute. absoluo te iniuriaꝝ vel iniurijs &c. Oia pene gtm̄ freqēti⁹ hñt ꝙ ablm̄: dēptis qnqꝫ abltis. altero ambob⁹ &c. q: per gtm̄ hic loq nō lz teste Ualla. vt vtro accusat⁹ es furti an homicidij? nō vtri⁹. neutro accusatus suꝫ: nō neutrius. cuius causa, non alia est ꝙ authorū assiduus vsus. Nam qua ratione in altero posset intelligi vitio: ita in alterius intelligeretur genitiuus vitij. Philelphus. Se vitij damnat qui sese laudibus effert.

Accusādi verba Damnādi verba. * Dāno. Uer. nōdū illi flauū pserpina vertice crimē Abstulerat stygiqꝫ caput damnauerat orco.

¶ Da accusandi verba. Accuso: incuso: ago: postulo: arcesso: īsimulo: arguo: noto: alligo: astringo: corripio: reprehendo: criminor: & siqua sunt silia. ¶ Da his cōtraria. Excuso purgo &c. Da dānandi. Dāno: cōdēno. multo: admulto: punio: plecto: cōuinco: redarguo &c. Da his cōtraria. Absoluo: libero &c. ¶ Da mo-

Laudādi.
Accuso.

nendi. Moneo: admoneo: cōmoneo: ꝯmemoro: cōmonefacio: cōsulo ⁊c. ¶ Da laudā di. Laudo. miror: ꝓbo: cōmendo ⁊c. ¶ Accuso quotuplicē ꝯstructionē hꝫ? Quadruplicem. Primo regit actm̄ cū gtō. Tullius ꝓ Sylla. Qui alterū ꝯiurationis accuset Secūdo actm̄ cū abltō sine prepōne. vt accuso te furto. in passiuis actūs omittitur Emilius probꝰ. Accusatꝰ hoc crimine. Tertio abltm̄ cū prepositione de. vt accuso te de furto. Gel. lib. xvij. ca. iij. Qua Timarchum de pudicitia grauiter insigniterꝗ accusaret. Dicimus etiā accuso te iudici: vel apud iudicē: vel corā iudice. Qui alia accusandi ꝟba similiter cōstruxerit: nō errabit vt ego opinor. Elegantius dices accuso te capitis ꝙ̄ capite. Emiliꝰ probus de pausania. Accusatus capitis absoluitur

Incuso.

Quarto accuso regit actm̄ criminis. vt accuso furtū tuū. Cice. j de orat. Nā ꝙ inertiam: accusas adulescentiā. ¶ Quō differūt accuso ⁊ incuso? Accusare est ostēdere

* Vergi. Quē non incusaui amēs hoim ve deūve. dij Aeneas maiores sunt

quēpiā peccasse: ⁊ ꝓprie apud iudicē: Incusare est alterū reꝑhendere plerūꝗ cum querela ꝙ ab alio iniuria sis affectus. An vera est differentia aliquoꝝ dicentiū. Accuso minorē: incuso maiorē? Nō. qꝛ recte dicimus. Imperator incusat milites. Seiuus accusauit dn̄m ꝓditionis. Cesar. j. de bel. gal. Cesar vehemēter cēturiones incusauit. Tacit. de Claudio. Cuum mō incusaret flagitia vxoris. Maior certe vxore est maritus. Ver. Talibus incusat matrem. Cor. Taci. Intemperiē celi incusantes. ¶ Regit ne incuso aliqñ casum huiꝰ regule contra Nebrissensem? ita: sed rarenter. Plaut. in trucu. Qui alterum incusat ꝓbri: ipm̄ se intueri oportet. ¶ Ago te furti. i.

Ago
Postulo.
Arcesso.

accuso. ago repetundarum. i. accuso te de rebꝰ principi: aut ppl'o: prouincieve ereptis: vt repetanť. Ago te repetūdis: aut de repetūdis idem significat. Gtō pl'i. repetūdarū: abltō repetundis: ceteris caret. ⁊ diciť a repetendū: vt faciundū pro faciendum. ¶ Postulo te furti. i. accuso. Sueto. in Cesare Dolabellā repetundarum postulauit. Idē in Augusto. Qui postulabať iniuriaꝝ. ¶ Arcesso is. i. accuso: vt arcesso te capitis idest accuso te de re capitali. Cicero ad Heren. Arcessitur. Capto maiestatis. i. accusať de pctō in maiestate principis: vel senatus. Cice. ij. offi. Ne quē vnꝗ̄ innocentē iudicio capitꝭ arcessas. Diciť ab arceo. Nā qui accusat: a maleficijs arcet. Alij volūt ab actio c in t versa. Sallusti. in iugur. Quos pecunie capte arcesse-

Insimulo

bant. ¶ Insimulo te auaritie. i. accuso: crimen ingero. Terenti. si herū insimulabis auaritie male audies. Plaut. in amphi. Neꝗ me perpetiar probari falso insimula-

Arguo.
*Plaut. i amphitri. Atꝗ insimulabit eā ꝓbri.

tam criminis. Ouid. Utinā temeraria dicar Criminibus falsis insimulasse virum. ¶ Arguo te furti: melius ꝙ̄ furto. i. accuso ⁊ reprehendo. Cicero. ij. ad Heren. Si quē ꝙ̄ furti arguat. In genesi. Certe mēdacij: nos arguere nō poterit. Plaut. in amphi. Et eccū video: qui miserā arguit stupri. Dic etiam arguo te in mendacio. Solinus in aliquo peccato argutus: ac reuictꝰ morte multať. Dic tertio. Arguo pctm̄ tuum. Liuius. j. ab vrbe. Nec ea culpa quā arguo oim̄ albanoꝝ est. Dic itez arguit te ser-

Noto.

mo tuus. i. ostendit. Lactā. lib. iij. Tui ergo te liber arguūt. Verg. Degeneres animos timor arguit. arguo ꝓ argumentor rusticū est: licet Lancilotus vtatur. Noto

Alligo.
Astringo.

te falsitatis vel falsitate. Gelli. lib. iiij. Notabatur impolitie. i. incurie. Cicero. Beni ciues nulla ignominia notati. ¶ Alligo me furti. i. obnoxium facio quasi ad crimine ligo. Terē. Hic furti se alligat. i. e verbis suis ostendit se furatum esse. Plaut. in penu. Ita eum furto alligat. Eundē sensum habet astringo. Plaut in penul. Furti se astringit. i. obligat: ⁊ obnoxiū facit. Corripio ⁊ reprehendo te negligentie. Idem

Ꝑhēdo.
Criminor.

dicunt grāmatici de castigo: criminor: carpo: calūnior. i falsum crimen intēdo non occurrunt mihi de omnibus testimonia. Plau. in bacchi. Quem mendacij ꝑhendit manifesto. Hieronymus. Qui alterum mēdacij criminaris: desine ipse mentiri. Dic etiam. Criminabor te magisto vel apud magistrū. Teren. Hanc metui ne cri-

Damno.

minaretur tibi. ¶ Excuso vel purgo expurgoꝗ furti vel furto. Damno te furti: vel capitis: vel furto aut capite. Ouid. Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido. Cicero. j. thuscul. Capite damnatos morte multauit. Hinc indemnis sine damno. ¶ Quot modis cōstruitur damno? Quatuor. Primo genitiuū regit. vt Quante pecunie te senatus dānauit. Tante summe dānauit: quante postulasti. Liuius. xlvij. Nequaꝗ̄ tantū relictum est: quante summe damnatus fuerat. Horat. Damnatus longi. Sisyphus laboris. Secundo regit ablatiuū cum accusatiuo. vt Damno te capite. Tertio ablatiuū cum prepositione de. Cicero. j. ad Herent. Lex vetat eum qui de pecunijs repetundis damnatus sit: in concione orationē habere. Quarto accusatiuū sine alio casu: ⁊ significat culpo. Hiero. Quid igiť: dānamꝰ ne veteres? Cice. in thuscu. Rerū naturā: ꝙ̄ errorē dānare maluimus. Cōdēno. i. iudico vel dāno.

dem habet constructionẽ cũ damno. vt Condemno te sceleris vel scelere. Ci. Sceleris condemnat generũ suũ. Idem. Si iniquus es in me iudex cõdemnabo eodẽ te crimine. ¶ Multo as. i. punio condemno. Multo te magne pecunie: vel multo te magna pecunia: hoc verbũ cum ablt͠o sepius reperitur. Curti. lib. ij. Insulas presidijs occupat pecunia multat. Vergil. Multatã tristi morte Camillã. Verg. q͠ si perdiderim patria multabor. i. priuabor: pro eodẽ dicitur deponentaliter multor aris. Suet. in aug. Neq͠ aut crebrius aut perfidiosius rebellãtes grauiori vnq͠ multatus est pena: q͠ vt captiuos sub lege venũdaret. Multa est solutionis pena. Aes multatitiũ est pecunia: qua qs multat. multo. i. lacero. mutilo verbero. Teren. in Adel. Ipsum dñm atq͠ oẽm familiã multauit vsq͠ ad mortem. Hiero. construit cũ duobus actis. Multauit gentẽ argenti talenta centũ: et auri talentũ vnũ. ¶ Punio et plecto te falsitatis et falsitate. Augu. de ciui. dei. Si omne pctm̃ nunc manifesta plecteret pena: nihil vltimo iudicio reseruare putaret. ¶ Conuinco te furti aut furto. Cice. Maleficiorum multorum conuictã. ¶ Absoluo te capitis: furti aut capite furto &c. Cicero ad Herenniũ. Cecilius iudex absoluit iniuriarũ illũ qui Luciũ actium poetã in scena noiatim leserat. ¶ Libero te voti: et sepius libero te voto. Liuius. v. ab vrbe. Uoti liberaretur. ¶ Ad accusationẽ vel damnationẽ ptinent etiã defero: teneo: interrogo: cado: increpito: periclitor: pecco perdo. ¶ Defero te furti: aut furto. i. accuso. Cor. Tacitus. Maiestatis delatus est. delator est occult⁹ accusator. ¶ Teneo te mendacij vel mendacio. Plau. in Truculẽ. Mendacij te teneo. Cor. Taci. Repetundarum tenerentur. ¶ Interrogo te furti. Tacitus. Capitonem repetundarum interrogant. Idem. Qui repetundarũ criminibus sub Claudio et Nerone ceciderant. ¶ Increpo vel increpito te negligentie. Sillius. viij. Ergo alacer Fabiumq͠ more increpitare professus. Ad vulgum in patres: et ouantia verba ferebat. ¶ Periclitor capitis Apul. viij. Hic ego me potissimum capitis periclitatũ memini. ¶ Pecco parricidij. Quinti. vj. decla. In vtroq͠ parricidij peccas. ¶ Perdo te capitis. Plaut⁹. in milite. Quem ego capitis perdam. ¶ Moneo et amoneo: et commoneo quotuplicem constructionẽ habent? Quadruplicẽ. ¶ Primo pro memorẽ facio regunt gtm̃: vt moneo te debiti. Sallu. in iugur. Sed qm̃ tanti viri tp͠s admonuit. Quint. Grãmaticos sui officij commonemus. Plini. in epist. Rei admoneor. Ouid. j. trist. Ocya delectent admoneantq͠ mei. Tibull. Admonuit dñe destituitq͠ venus. Liuius. v. Aduerse res admonuerũt religionum. Sallu. in Cati. Admonebat alium egestatis: alium cupiditatis sue. ¶ Secundo ablt͠m sine prepositione vt admoneo te debito: teste Mancinello. ¶ Tertio ablt͠m cũ prepositione de. Tul. iiij. epi. Putaui ea de re te esse admonendum. ¶ Quarto pro hortor duos actõs. Terẽ. Ridiculum est te istud me admonere Clitipho. Commemoro pro admoneo cũ gtõ apud solũ Boetiũ inueni de consolatione lib. iij. Me horum iam secũdo commemoras. Idem noue cum dtõ posuit damno nisi mendosus sit codex in. j. de conso. Morti proscriptioniq͠ dãnamur. Cõsulo te boni dixit Macrobi⁹. Laudo te virtutis: aut virtute. miror te iustitie aut iustitia commendo te pietatis aut pietate. Probo honestatis aut honestate. Hieron. Laudauit dñs villicũ iniquitatis. Iustinian⁹ Insti. de leg. ag. suc. Laudamus pastores sue humanitatis. Sil. lib. j. Felix heu nemorum: et vite laudandus opace. Idem libr. iiij. Laudabat leti iuuenẽ. Idem libr. v. Laudãde laborum quisquis es haud alia decuit te occumbere dextra. ¶ Miror. Vergi. xj. Fama ingens ingentior armis. Uir troiane quibus celo te laudibus equem. Iustitie ne prius mirer. belli ne laborum. Iustitie ne prius mirer. sup. te. vt eñ recte dicimus laudo te iustitie. pro laudo iustitiam tuam ita etiam venuste cum Vergilio dixeris. Miror te iustitie. Seruius putat figuram esse grecam. Calepinus vult miror aliquando datiuũ habere: sed nullum affert exemplum. ¶ Ad hanc regulam pertinet do penas vt dat penas maioris aque: et satisdo. Cicero in verrem. Satisdet damni infecti.

Ueteres hoc verbũ multo pro augeo et voti cõpotem reddo vsurparũt Nonius et vobis qdẽ grãs ago cum votis me multatis meis. Mlto mul tatitius es Plecto. Cõuinco Absoluo. Libero. Defero. Teneo. interrogo. Cado. Increpito Periclitor Pecco. Perdo. Moneo. admoneo Cõmoneo *Teren. in andria habeo pro illa re qd illum moneam probe. Commemoro. Laudo Miror. Satisdo.

¶ Regula duodecima.

Uerba volunt sexto precium ponas sine fixo.
In patrio pluris: tanti: quanti at pro minoris:
Cum fixo: in sexto: raro quartum valeo vult.
Uilius et melius: peius vel carius emi.

Valla negat recte dici per nomina posse.

*Vergi. vj. eneid. Exanimusq; auro corpꝰ vendebat Achilles.
*Mart. Dic quotꝰ ⁊ quãti emas cenare nec vnũ Addideris verbũ cena parata tibi est.
*Teren. quid agas nisi te vt redimas. quam minimo queas minimo: et si nequeas paulo at quãti queas quanti precij

¶Omne verbũ cuius actus aliquo precio cõstat: põt regere post se nomen p̃cij vel valoris in abltõ exceptis quatuor sine substãtiuis in gtõ semp ponẽdis tanti quãti cum natis tãtilibet: tantidẽ quãtiuis ⁊c. ⁊ pluris: atq; minoris: q̃ cũ substãtiuis in abltõ ponunt̃. vt cetera: vt emi abs te equũ decẽ aureis doceo discipulũ paruo: aut villi. i. qđ barbari dicũt bono foro. Triticũ venditur magno aut multo. Quãti mercatꝰ es hũc librũ. nõ quãto nec ꝓ quãto: qꝛ abltõ precij nunq̃ addit̃ ꝓpositio ꝓ. Ideo dices quãti prensus es: aut quãto precio: nõ pro quãto. sicubi aliter inuenit mendũ est: vt in decima decla. Quint. Si ad nos admonuisses: quintuplo vẽdidisses sine prepositione emẽdatiores libri hñt. vbi aliqui male legunt ꝓ quintuplo. Et in Aristo. politicis mendose legitur: vendit ꝓ pecunia. ꝓ vendit pecunia. dicito igitur quanti cupis cenare? quanti habitas? quanti portat nuncius epl̃am? quanti huc auectus est? quanti licitaris librum? quanti estimas triticũ ⁊c. non ꝓ quanto. nec quanto nisi addas precio. Nam falsus est versiculus. Quanti vel quanto res ꝯstat querere debes ⁊c. bene tñ dixeris quantũ dare vis pro libro: qꝛ hic pro nõ additur precio. Terenti. in Eunu. Minas viginti ꝓ ambobus dedi. i. viginti minis ambos emi. Pluris opinione librum emi. Quanticunq; ꝯparaueris dignus es. Emi Cicerenem. vj. libellis quas parisienses vulgo appellant: et ego tantidẽ. hoc per abltũ dicere non possumꝰ: qꝛ tantidẽ abltõ caret. ¶Argumentor. In hac oratione. Quanti emisti? Tribꝰ solidis: interrogatiuũ a respõsiuo discordat in casu: et hic ꝑ coniũctionez copulata sunt diuersoꝝ casuũ. Emi librũ duobus aureis: ⁊ modico pluris. ergo sunt orationes inepte: qꝛ peccant contra regulã Consimiles optant casus ⁊c. ¶Respõdeo. non peccant contra dictã rl̃am: qꝛ intelligitur regula nisi dictio necessaria regat diuersos casus. ideo additur: si nõ regimẽ variet̃. ¶Genitiui tanti quanti: pluris: minoris sunt nomina substãtiua hic teste Lanciloto. nec intelligitur precij quia male dicit̃: quanti precij emisti? Inuenio tamẽ sepe talem orationem ille est magni precij. Terẽ. Videt̃ esse quantiuis precij. Plautus in epidico. Fateor me esse minimi precij. Liuius libro. viij. de secundo bello punico. Octo milia hoim esse maioris precij. Plau. Mortuus pluris precij est q̃ ego. Salustiꝰ in iugu. Existimare facta an dicta pluris sint precij. Terent. in ecyra. Meam herus esse operam deputat parui precij. Cice. in para. Areas quasdã magni precij estimant subaudi infinitiuũ esse. Ideo nunq̃ dixero. Quãti precij emisti. vendidi pluris precij ⁊c. recte aũt dicimꝰ oleuz pluris precij ꝑ primã rl̃am genitiui. Varro in re rustica. Plus reddãt musti ⁊ olei ⁊ pluris precij subaudi mustũ ⁊ oleuz. Ne cum Lanciloto dicas pluris precij regis verbo reddãt. ¶Emi totidẽ nõ dices: vt sit genitiuꝰ contra Sinthenium: sed bene emi librum totidem aureis. i. tam multis ⁊c. In quibusdam solum aduerbialiter licet teste Valla. vt emo vilius ⁊ melius. i. quod barbari dicunt pro meliore foro. Latini emo minoris. Emo peius aut carius. i. pluris.

Mercor
Mereor.
Paro.

¶Da verba huius regule? Emo: cõparo: mercor: vẽdo: venũdo distraho/veneo/loco/cõduco/taxo/liceo/liceor/addico/metior/feneror/paciscor/mutuor/sto/consto/suz/valeo/redimo/edifico/impleo/calceo/doceo/ago ⁊c. Quãti emisti librũ. i. quanto precio. hic exponens ⁊ expositũ nõ possũt esse eiusdẽ casus. Vergil. Magno mercentur atride. i. emant. Hinc mercatus. Plinius. Delos insula grecoruz mercatu celebrata est. Plaut. in mustel. Num nimio tibi empte videntur Horat. Quanti empte? paruo. Quanti ergo octussibus: heu. Ver. Exanimumq; auro corpus vẽdebat Achilles. Paraui librũ vili. Tanti emi quãti voluisti: subauditur pulchre vendere: rusticus diceret. Tanti emi quantũ voluisti. scȝ habere. Cice. lib. iij. offi. Emit homo cupidus tanti quanti Pythius voluit. Plau. Emo tanti quanti poscit. Gellius libro. j. Tres reliquos mercat̃ nihilo minore precio. ¶Comparo ꝓ emo latinissimi dicũt: licet beatus Hieronymus derideat Rufinuz tanquã parum latine locutum ꝙ comparatũ codicem ꝓ emptuz dixerit. Sueto. in Cesare. Undiq; familia comparata. Cato de re Rustica. Predium quum comparare cogitabit sic in animo habeto Idem. Reliqua que comparanda sunt siquid desit: in annum vti cõparentur que supersint veneant. Sueto. in caligu. Carius pecudes compararentur. Liui. ij. Annone in primis habita cura: ⁊ ad frumentũ cõparandũ missi. alij in Volscos: alij in Cumas. Nemo itaq; est qui in curia non aliqñ labatur. Ter. Quãti est sapere. i. valet. Romulꝰ Non est mihi copia tanti. Ut seruꝰ fieri vẽtris amore velim

Plaut.in trinu. Pluris est oculatus testis vnus: quam auriti decem. Sueto in Vespasia no. Interrogauit quanti calceasset. Varro in.j. de re rustica. Edificantur magno: implent magno. Quanti edificasti hanc domum. Teren. Quid agas: nisi vt te redimas captum: quam queas minimo: etsi nequeas paulo at quanti queas. hic necessario copulentur diuersi casus. Redimo.i.libero: quasi iterum emo. Liui.lib.ij.decadis tertie. Hic miles magis placuit quum precio minore redimendi captiuos copia fieret. hic quum aduerbium est per prepositionem barbare. Emi hunc equum cum multa pecunia. Cice. Non vendo pluris quam alij: fortasse etiam minoris. ¶ Quanti indicas hunc porcum.i.quod vulgus dicit: quanti vis habere pro porco. Plaut. In Persa. Sciam quanti indicet. Plini.xxviij.ca.xiij. Emi lyenem vituli quanti indicatus sit: iubent magi: nulla precij contagione. Taxo.i.precio estimo. Plini.xviij. Illos qui frugiferas tanti taxauerant. Pli.xxxv. Docuit neminem minoris talento. Iuue. Chrisogonus quanti deceat vel Pollio quanti. Idem. Atque ideo pluris: quam cossus/Paulus agebat.sic. Quanti locasti: aut conduxisti domum. Quanti constat.et pro eodem. Quanti constat tibi hic liber.i. quanti emisti aut acquisiuisti &c. Iuuena. Tanti vna venefica constat. Idem. Quanticunque domus constet. Seneca. Paruo fames constat: magno fastidium. Liui⁹.xxiij. Multo sanguine ac vulneribus ea penis victoria stetit. Quinti. Quanti steterint? Vergi.x. Haud illi stabunt eneia paruo hospitia. In euange. duo passeres asse veneunt.i.venduntur. hinc abeo venum.i.venale. Apul.viij.meta. Eum rogauit vnus e nostris haberet ne venum lacte.i.lac. Sub iudicio venum.i.expono vt vendatur. Apulei.ix.meta. Altera die productum me rursum voce preconis venum subiecerunt. Liceor.i.precium defero vendenti: et proprie in auctione. Persius. Et centum grecos curto centusse licetur. Plautus in stycho. Locos ridiculos vendo: age: licemini. Licitor. Idem. in Cur. Licitamini hostium capita. a liceor est licitus. a licitor licitatus: prius Calepinus nusquam legit. Ego vero sepe in Cicerone: vt actione quarta in Verrem. Vtrum est equius eum qui manu quesierit: an eum qui digito licitus sit possidere. Plaut.in menech. licebunt pro licebuntur dixit. Liceo proprie est neutrum passiuum et significat estimor et verus est plebius versiculus. Non licet asse mihi qui me non asse licetur.l3. Tardiuus derideat. Marti. Paruo cum precio diu liceret: id est estimaretur. ¶ Valeo huc pertinet vt quanti valet hec vacca? decem florenis: vt nunc loquuntur: digestis ad legem aquiliam. Quanti valeret. Ibidem. Quasi minimo valeret hereditas. digestis ad legem iuliam. Quanto pluris hereditas valeret. Plin.xxxiij.ca.iij. Ita vt scrupulum valeret vt sestertijs vicenis. In genesi. Terram quam postulas quadringentis siclis valet. aliquando hoc verbum regit precium in accusatiuo. Quinti.ix. Idem significent atque idem valeant. Cice.j.ad Heren. Plus valet sanctio promissione. Var. primo de lingua latina. Denarij quod denos eris valebant: quinarij quod quinos.

Calceo. Edifico. Impleo. Redimo. Indico. Taxo. Doceo. Ago. Constat. Stat. Venum habeo. Liceor. Licitor. Licitus. Liceo. Valeo.

¶ Regula.xiij.

¶ De verbis plures genitiuos regentibus.

Estimo: curo: puto: facio: cum consulo: duco:
Pendo: habeo: refert: est: inter et est bene iungo.
Ante dabunt dictos patrios cum plurimi et equi:
Et parui nihili nauci flocci que boni que:
Magni: infiniti: maioris: maximi: et assis:
Et minimi multi. Quedam bene ponito sexto.

¶ Verba estimandi. vt estimo/existimo/curo/puto. facio/consulo/duco/pendo/et habeo. preter genitiuos tanti/quanti/pluris/minoris: regunt etiam genitiuos plurimi/equi/parui/nihili/nauci/flocci/boni &c. quibus additur pili/et forsan plures pro quibusdam possunt habere ablatiuum vt parui te estimo. et significant omnia hec verba estimare. Terenti⁹ Quid de me fiat parui curas. Ego hanc rem nihil duco. semper te plurimi feci. Cice.iij. epist. Demonstrauit meque te plurimi fieri. Apul.j.met. Istud quidem quod polliceris

* Plaut. Deos quidem quod marie equum est metuere: eos minimi facit.

equi boniq; facio. Idē. lib. vj. Optimi cōsule. i. estima/indica. Quint. cōsul a consulendo. i. indicando vñ est: rogat vt boni cōsulas. Oui. in. vj de ponto. Tu tñ hec q̄so cōsule missa boni. i. indica ⁊ in bonā partē accipe: nugas nr̄as boni ꝯsule q̄so flocci nō facio aut pendo aut curo ⁊c. parui estimo: floccifacio. i. penit⁹ nihil estimo. Flocci sunt lanarū particule diuise a velleribus inutiliter euolātes. Flocculi parui flocci. Plau. in rudē. Minacias ego istas flocci non facio tuas. hic flocci separat̃ a facio ideo magnifacio floccipendo nihili curo ⁊c. oṙones melius dñr q̄ verba cōposite figure. Plau. in curg. Respicio vos nihili meā gratiā facere. dicimus etiā lucrifacio pro lucror: sumptifacio pro expendo. Plaut. Si nūc me suspēdā meā operā luserim ⁊ p̄ter operā restim sūptifecerim. nauci est putamē nucis: minimi certe precij ergo naucifacio. i. contemno nihil estimo. ¶ Magni refert vel interest postea patebit. Ouid. Pluris opes nūc sunt q̄ prisci tpis annis. Hora. Fiet eritq; tu⁹ nūmoꝝ millibus octo. Uerg. Nō assis faciūt. Catul. Oēs vnius estimem⁹ assis. Assifacio. i. parui estimo cōpositū verbū est recte etiā dixeris estimo te asse vt estimo magni vel magno. i. taxo: ab es ⁊ time es. i. preciū quasi ere taxo: teste Ualla. Boet. in ꝓlogo topicoꝝ. Paruo estimare videret̃. Hiero. in Leuitico dixit. Tāto estimabit̃. mallē tanti dicere. Uale. lib. v. Magno vbiq; precio virt⁹ estimat̃. Sene. Data magno estimas: accepta paruo. Cicer. in aca. Alia pluris esse estimanda: alia minoris. ab estimo fit existimo. i. indico ⁊ plus est q̄ estimo. prius em̄ estimam⁹. i. ꝯsideram⁹ q̄ existimamus. i. indicamus. ⁊ habet eandē cōstructionē quā estimo. Suet. Nec tulerat tam moleste tā magno existimari honorē cene sue. Cice. in thuscu. Gloriosa sapiētia nō magno estimanda est. in his abltm̄ hꝫ. De gtō. Colu. magni em̄ existimabat. Noli grāmaticam parui putare. Cice. j. epi. Fa. A me minimi putabant̃. Catulus ad Furiū. Noli spernere nec putare parui. Idē dixit ad coloniā. Nec pili facit. Cice. ꝓ placio. Honores magni non putemus. Ibidē malueris desiderare id qḋ minoris putaris. Idē pro murena. Quanti putas esse ad famā hoim. Plautus dicit in cap. Terū cū facint: pro nihili pendūt. Boe. iij. de conso. Quanti tu estimabis si bonum ipsum quid si agnoueris. Infiniti inq̄. Cicero in. v. phil. Pluris habetur. Idem sepe dicit pro nihilo habeo: pro nihilo duco. i. nihili estimo. sic pro nihilo est. Silli⁹. ij. Certo equidem nec pro nihilo est mihi federa rumpi. Nō dicam tamen habeo hunc librū pro nihilo nisi significent me eum contemnere alioqui dicendum esset. habeo librū aut liber datus est mihi ⁊c.

Flocci. Sumptifacio. Nauci. Assifacio. Estimo. Existimo. Puto. Infiniti. Pronihilo

¶ Regula. xiiij.

Pauca recordandi patrium quantumve requirunt:
Ut memini memoror. sic obliuiscor habetur.

Memini.

¶ Pauca verba recordandi vt recordor: memini: memoror: reminiscor: ⁊ hoc verbū obliuiscor regūt gtm̄. vel actm̄. de gtō vt recordor pueritie. memini nuptiaꝝ sororis memoror bñficioꝝ a te mihi nuꝑ collatoꝝ. reminiscor historie. obliuiscor carminis Da exēpla de actō: recordor pueritiā. memini lectionē hesternā. memoror nomina mea. reminiscor acta mea. obliuiscor historiā. ¶ Da anthoritatē de gtō. Plaut⁹. in capti. Factā vt huius diei lociq; meiq; semꝑ meminerit q̄ mihi in cursu obliterit. melius dr̄ memento mei q̄ me. Hora. Ut valet: vt meminit nostri. Teren. Eius reminiscor. Est aūt reminisci rē obliuiōi traditā ad memoriā reuocare. Uerg. Obliitusve sui est ithacus. Caper. Oblit⁹ ne sis nostri. non aūt oblit⁹ ne sis nos. Oblitus ab obliuo mediaꝫ corripit et oblita dei meretrix atq; oblita sorde. Memoror Ualla negat apud classicos cū gtō reperiri nisi forte apud aliquē vetustissimū ideo non ꝓbat illud/memorari testamēti sui sancti. At ego inueni memoror cū genitiuo apud eloquentie latine parentem Ciceronem actione quarta in Catilinam. sui obliuius: alij memoretur. i. alius. vt alibi. Nulli consilij pro nullius dixit. Itaq; hñ dixit diu⁹ Augustinus. Memoraberis dñi dei tuiq: ipse dat tibi fortitudinē. sic hinc cōpositum commemoror. Hiero. in ecclesia. In die tribulationis commemorabitur tui. ¶ Recolo ꝓ recordor: cum gtō apud diuū Gregoriū tm̄ reperio. Quū prioris vite recolo quasi post tergū oculis ductis suspiro. reliqui quos imitaberis cū actō ponūt pro reputo: repeto: meditor ⁊ mente tracto. Diomedes. Superest vt singula recolendo memorie mendentur ne frustra cū tēpore euanescāt. Vñ dixit Cicer. Proprium est stultitie aliorum vitia cernere: obliuisci suorū. hinc obliuia orum. i. obliuio

Reminiscor. Oblitus. Memoror Recolo. Obliuia.

Hora.in ser. Iucunde oblinia vite. Silli.xiij. Nec edunt oblinia laude. Sta.v. theb. Infandis venere oblinia cure. sic Oui. & ceteri. Ne dicas cu Tardino esse balbicu

¶ Da authoritatē de actō. Uerg. Nūeros memini si verba tenerē. Cic. Oia q̄ curāt senes meminerūt. Salomon. Memorare nouissima tua & ineternū nō peccabis. Cic. Bella a se gesta triūphosq; recordent. Dic etiā recordor de hac re & memini de hac re. Cice. p Plācio. De illis recordor: & dicit quasi rursus in cor re voco vel iterū rem cordi do. Cice. p L. Flacco. de vi: de manu: de armis: de copijs memineritis. i. recordemini. Uerg. Dulces reminiscit argos. Idem.ij. ene. quisquis es amissos. hinc iam obliuiscere graios. Sta.xij. Ueteres reminiscit actus. i. acta aut gesta.

Recordor de hac re.

¶ Memini qn̄ actō non iungitur: Quum significat mentionem facio. Quem tunc casum petit: Gtm̄ vel abltm̄ cum prepositione de. Suet. in Cesa. Meminerūt huius ꝯiurationis. Quin. Neq; oino memini hui⁹ rei poeta ipē. Idē. De quibus multi meminerūt. ¶ Memini cuius tpis: infinitiuo iungitur. Tam preteriti q̄ presentis quicquid dicant Agretius/Raudensis/Ualla. vt Memini audire a patre vel audiuisse a patre. ¶ Da authoritatem de presenti. Teren. in andria. Ego illam vidi virginem forma bona memini me videre. Cic. actione.v. in Uerrem. Hoc meminit dicere. Uerg. De celo tactas memini predicere quercus. Cice.j. de legibus. Iuri studere te memini. Gel.xj.ca.vlti. Memini lege me in libro Aristonis. Plinius.ij. episto. Ita certe ex Quintiliano preceptore meo audire memini. Ergo male negat Ualla presenti iungi verbum memini. Da authoritatem de ptō. Uerg. in Georgi. Namq; sub ebalie memini me turribus altis: Corycium vidisse senem. Excusat hoc Agretius: q: videre propter metrum dicere non potuit. Et nugatur. Agretius. Persius. Nec inbicipiti sopniasse parnaso memini. Sta. theba.ij. Neq; ipsum memini (necdum apta doloribus etas) flesse tn̄ gemitusq; meos equasse parentes. Potuissēt saluo metro dicere sopniare: flere: equare: nec poete soli ita loquūtur. Gelli⁹.xiij. capitulo.xxviij. Memini quadrigariū dixisse: Cicero pro Balbo. Meminimus post rostra incisum & inscriptū fuisse. Et pro Sextio. Meminissem patrē huius vitam exhausisse. Ibidem Meminerā Marium senile corpus paludibus occultasse. Et acti.iij. in. Cat. Fuisse meministis. Et acti.iij. in Uerrē. Memini me non sumpsisse quē accusarē: sed recepisse quem defenderē. Idem in.iiij. Acad. Memini Anthiochū sententia destitisse. Et in.j. de legibus. Memini summos fuisse in ciuitate nostra viros. Ualeat ergo Agreti⁹ cu ratiuncula sua memini sermo totus est preteriti: ergo preteritū non admittit &c. Pli.j epi. Memini quidē iam quedā adnotasse: sic idem sepius. Fabi.li.xij. Memini narrasse mihi secundū. ¶ Quō dicendum est: memoria teneo: an memoriter teneo: Utroq; modo: sed elegantius memoria teneo. Cice. Memoria teneo. Plini. ad Romanū. Tu facillime iudicabis qui tam memoriter tenes oēs & cōferre cum hac dum hanc solam legis possis. Hiero. in deute. Memoriter teneant & ore decantent. Quid significat memoriter: qd̄ indocti dicunt de extra: mentetenus aut cordetenus: vt scio memoriter: non cordetenus. Quid significat cordetenus: vsq; ad cor. vt vulneratus sum cordetenus mente ten⁹ vsq; ad mentē. oreten⁹ vsq; ad os. vt sto in aquis oreten⁹: non aūt disco oreten⁹. Item ꝓnūtio memoriter non memoria. At repeto: et ꝯplector memoria: & memoriter: author Ualla. Item memini memoria. vel memoriter. Plau. in capt. Hem istud si potes memoriter meminisse inest spes nobis in hac astutia. Idem. Facile memoria memini.

Actus: Memini.

Memini. videre aut vidisse.

Memini cum ptō,

Memoria et memoriter.

*plerique culpā in librarium reyciunt: Memini. Memoria et memoriter.

¶ Memoror quotuplex reperitur: Duplex: memoror deponēs id est recordor & memoror passiuū a memoro. ¶ Quomodo differunt memoro & memoror: Memoror deponens. i. recordor regit gtm̄ vel actm̄: vt memoror mortis vel mortem. memoro. i. ad memoriam reduco: narro: expono: recito solū actm̄ regit nunq̄ genitiuum. Uerg. Musa mihi causas memora. Sic memora nobis fabulam. non est hoc memoratu dignum. Egregium facinus & memorabile. Commemoro et rememoro Idem. Cice. in Catone. Quid quoq; die dixerim: audiuerim: egerim: commemoro vesperi. Exprobrat qui beneficiū cui fecit commemorat. Terentius. Nam ista commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficij.

Memoror Memoro, * Plaut⁹ memorare nolo hominū mendicabula.

¶ In mentē venit hesterne cene: dicit ne latine: Etiā & elegāter q̄dem. ¶ Argumētor ibi verbū ꝑsonale venit hꝫ ante se gtm̄ ꝓ ntō: ergo est oro incongrua nō secus q̄ si quis dicat hoīs ambulat. ¶ Rn̄deo gtus non regit a venit: s; ntō venuste subaudito memoria: & sens⁹ est in mentē venit memoria aut recor-

In mentē venit,

In mentē venit de illa re

datio hesterne cene sꝫ venustius ntūs subaudit vt ptꝫ ex doctissimoꝝ vsu. Ci. actio. iij. in Uerrē. Uobis totius triēnij veniat in mētē. i. diligenter ꝯsiderate. ⁊ recogitate totū trienniū. Idem in. v. de fi. Uenit Platonis in mentē. Idem ꝑ Sylla. Quū matronaꝝ ⁊ virginū veniebat in mentē. Idem pro Quintio Non minus sepe ei venit in mentē ptātis ꝙ equitatis tue. Sepissime ita ⁊ rarissime aliter loquitur Cicero. Teren. Quū eius aduenti mihi venit in mentem. vetuste aduenti ꝓ huius aduentus dixit. Cic. Quū eius temporis mihi in mentē venit. Hier. Quū huius diei mihi in mentē venit quo ante summū iudicē: statuar non solū ꝯmoueor: verūetiam toto corpore perhorresco. Male dicit zenderus sic nobis nō esse loquendū. ¶ Bene dicimus in mentē venit de illa re. Plau. in mustel. vt lepide atꝙ astute in mentē venit de speculo nec male dixeris: venit mihi in mentē verbū tuū. Cice. lib. xiiij. ad Attic. Multa veniūt in mentē in vtrāꝙ partem. Idem in Uerrē. Uenit tibi in mentē nūꝙ. P. R. dignitas. Liui. v. ab vrbe. Quotiescunꝙ patria in mentē venerat.

Subit mihi vel me.

* Subeo interdū ꝓ ingredior accipitur. Uergi. hec inqt limia victor. Alcides subijt iterdū ꝓ extollor vt sepe apud Plin.

¶ Quō differūt in mentē venit ⁊ subit: vbicūꝙ ponitur in mentem venit: pōt poni subit: ⁊ nō ꝯtra: nam subit ad miserationem pertinet: nō in mētem venit. author Ualla. Quint. Nobis vero natura aduersus exanimes ingenuit nō solum miseratione(que cogitationi nr̄e subijt) sꝫ etiā religionē hic nō decuit in mentem venit: aut (qd̄ idem est) occurrit: succurrit. Uerg. Subijt chari genitoris imago subijt deserta Creusa. vbi nequaꝙ decuisset in mentē venit de charo genitore: ⁊ de Creusa deserta. ¶ Quem casum regit subit? Dtm̄ vel actm̄. Quint. Cogitationi nostre subijt. Nunꝙ subibūt mihi tuoꝝ beneficioꝝ obliuia. Curti. lib. iij. Sera penitentia subijt regem. Tit. Liui. in. vj. quarte. deca. Cogitatio subit animuꝫ. Curtius in. v. Subijt regem verecundia. In eo. Subijt animū memoria. Et libro. vj. horum cogitatio subibat exercituꝫ. Sepissime ita loquitur: ⁊ tu ita recte loqueris. Plini. v. episto. Me recordantē cogitatio subit: sic apud Ciceronē inuenies. Aliquando cum infinitiuo ponuntur In mentē venit ⁊ subit. Cicero. In menteꝫ tibi nō venit causam publicam sustinere. i. non cogitas. Pli. xxxv. Subit antiquitatem mirari.

¶ Regula decimaquinta.

Refert inter et est: est signans commoditatem:
Officiumve petis quosuis patrios: nisi septem.
Refert inter et est nostraꝙ meaꝙ referto.
Cum reliquis. Capiet cuia vel cuius vtrumꝙ.
Est nostrum vestrumꝙ meumꝙ tuumꝙ suumꝙ.

* Cice. ꝓ Plā. Non soluꝫ quid cuiꝙ debeam: sed qd̄ cuiusꝙ interest.

¶ Hec tria verba/refert/interest ⁊ est: ad alicuius rei ꝯmoditatem vel vtilitatē: vel officiū pertinētia regunt quosuis gtōs preter septē primitiue speciei mei/tui/sui/nostri/vestri/nostrū ⁊ vestrū. ꝓ quibus refert ⁊ interest regūt ablatiuos: mea: tua: sua: nostra: vestra. quibus iungitur cuia. Est vero capit ntōs meū/tuū/suū/nr̄m: vestrū. Da exempla vt hec verba regūt gtm̄. vxoris refert quid reruꝫ gerat maritus nosse. boni scholastici interest diligēter studere. boni preceptoris est breuē esse. Da authoritatem. Tulli. Interest oim recte agere. i. oim officiū est vel ad oēs pertinet: testibus Mancinello ⁊ Nebrissen. licet Lancilotꝰ derideat hanc per verbū pertinet declaratione. Aut interest. i. vtile est. Liui. Si nihil interest regis. peto vt dum dico vinculis liberer. Cice. Cuius ꝯsilijs magni referebat te interesse. Idem. Iudicis est in causa semꝑ verum sequi. Idem adulescentis est maiores natu vereri. Idem. barbaroꝝ est in diem viuere sic moris iuris officij ⁊c. ad morem ⁊c. ꝑtinet nobis moris est. i. nos solemus. Martia. Moris erat quondā festis seruare diebus. Quint. in institu. Sicut plerisꝙ moris est. i. sicut pleriꝙ solent. dic etiam mos est mihi. ꝓ ego soleo. Tacitus. Mos est regibus quoties in societatem coeunt applicare dextras. ¶ Da exempla de refert: ⁊ interest cum mea/tua/sua/nostra/cuia. vt cuia interest fures suspēdere? an carnificis? vel cuius interest. Tua interest ꝯcionari: mea refert auscultare. Da authoritatē. Teren. in ecyra. Tua quod nihil refert ꝑcunctari desinas. Cicero. Id quod tua nihil referebat. Boet. ij. de conso. Si natura pulchra sunt quid id tua refert? Cicer. ad Curionē. Aut nostra aut ipsoꝝ interest. hic coniunctio habet diuersos casus: nec est contra regulam. Cōsimiles optant casus. qꝫ variatque

regimē sic in respōsiuo & interrogatiuo. Cuius interest? mea. Aut cuia interest? Petri. Cicero pro mure. Ea cedes potissimū crimini datur ei cuia interfuit: non ei cuia nihil interfuit. Ad cuia interest? Badius credit nō inepte respōderi per possessiuū Uergiliana .i. Uergilius. Da exēpla de est cū meum tuū &c. vt meū est te si quid pecces: punire. Tuum est parenti parere. non lateat hoiem suum esse deo auscultare. Haud nostrum est gule operam dare: vestrū est o tyrunculi tpis rationem habere ¶ Da authoritatē. Tul. pro L. Corne. Neq3 em̄ meum est contra authoritatem senatus dicere. Idē ad Marcellū. Tuum est consulere temporibus & incolumitati et vite & fortunis tuis. Teren. in heaut. Nostrū est intellige. Plau. in penu. Eia haud vestrū est iracūdos esse. In sacris. Nō est vestrū nosse momēta & tempora: que deus posuit in potestate sua. Et sedere ad dextram vel ad sinistrā non est meū dare vobis. Uerg. Nō nostrū inter vos tantas componere lites. Ualla videtur voluisse dicendū esse mea est: tua est: p meū est: tuū est &c. sed nulla affert testimonia: nec em̄ ita loquendum est. ¶ Que figura est hic: inter & est? Tmesis interpositio particule causa metri. Horati⁹. Quo me cunq3 rapit tempestas deferor hospes. Tmesis est dictio dissyllaba contra ineptos dicentes temesis. nec est figura vitiosa si debite fiat. Inuenitur ne in prosa? ita aliquando. Cesar. ij. de bello gallico. Sex q3 centos obsides poposcit. Gel. libr. xx. ca. vlti. In quas res cunq3 inciderant. Tmesis est locutionis figura cōtra nullam congruitatis regulam peccans.

Tmesis.

¶ Refert & interest habent ne aliquādo gtm̄ non significantem rem cuius interest? Etiam. vt magni mea interest? Qui sunt illi gti? Tāti/quanti/magni/parui. In reliquis sepius hn̄t vel noia vel aduerbia multū plus plurimum magis minus parū paululū maxime minime pauxillulū nihil alıqd qd siquid & siqua sunt si\~ia: ita docet Ualla. Uale. maxi. Nihil interest an humi: an sublime putrescā. Cice. Permagni interest quo tpe hec epl'a tibi reddita sit. minimū interest. id est pauxillū. minime refert. i. nihil. Multū interest: vnde quis gaudeat. i. multum differt. Terent. Quid tua (malū) id refert. i. qd ad te id attinet: & malū est interiectio rn̄det aliter magni. Calepinus cepit interest pro obest minus bene vt ego opinor. Col. lib. viij. de canibus. Nō multū refert an villatici corpibus graues & parū veloces sint. Plaut. in ruden. Quomodo habeas id refert: iure an iniuria. Si quid mea minus interest: id te forte magis delectat. Teren. Mea nihil refert dum potiar modo. Horati⁹. Intererit multū Dauus ne loquatur Herusne. Iuuen. Plurimū enim intererit quibus artibus & quibus hunc tu moribus instituas.

* Cice. p lege manilia. Illud primū parui refert vbi (teste Ualla) dicere posse mus illud mea pui refert. M. Tullius p Sylla. vr̄a em̄ q̄ cum summa integritate & elegantia vixist; hoc maxime interest.

¶ Refert: interest: est: vt regunt genitiuos qualia verba sunt an personalia an impersonalia? vbi infinitiuū habent dicūtur impersonalia nō satis proprie quia infinitiuū habent loco nominatiui. Plinius in principio de mūdo loquens. Huius extra indagare nec interest hominum: nec capit humane coniectura mentis. Aliquando plane personalia sunt. Cicer. iij. ad Atticū. mea interesset loci natura. Quod tua nō interest desinere, percunctari. &c.

¶ Notandum est q pulchre dicimus. Interest ad laudez meam pro interest laudis mee. i. vtile vel magni ponderis est. Tul. lib. epi. v. ad Lucceium Equidem ad nostram laudem non multum video interesse: sed ad preparationem meam interest non te expectare dum ad locum venias. Idem pro plancio. quantū interesse vis ad rationem petendam. ¶ Item. ad hanc rem est. i. pertinet. Terenti. in phormio. Omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem est.

Interest ad hāc rez Ad hāc rē est.

¶ Interest vnde cōponitur? Distingo. Nam qn̄ significat vtile esse vel ad rez pertinere: cōponitur ab in re est: & vocalitatis gratia pro re dicitur ter vt virginis inter est pudice loqui. i. in re virginis est. sic regit quēcunq3 gtm̄ preter mei/tui/sui/nostri/vestri/nr̄m/vr̄m. pro quib⁹ habet mea: tua &c. Et quādoq3 ponitur sine casu pro vtile esse. Plinius. lib. ix. Seri etiā radices illatas fimo interest. ¶ Scdo interest cōponit̄ ab inter & est: & cōiugatur intersum interes interest &c. & significat presentem esse: regitq3 dtm̄. Ualerius Maximus. Quo facilius laboribus et periculis interesset. Cicero. xj. epi. Fa. ad Brutum. Qui nostro sermoni interfuit. Secundo pro hoc significato regit mediante prepositione in ablatiuum. Cicer. x. epistola. Fab. ad Planc. Si quid erit in quo interesse necesse sit: nunquam deero. ¶ Tertio accusatiuū mediāte in. Cic. in Rhe. Si quo die Rome ista cedes facta est

Interest vnde componitur.

ego Athenis eo die fui: interesse in cedem non potui. ¶ Quot modis capitur interest qñ cõponitꝛ ex inter ⁊ est? Quatuor. Primo pro presens est: vt intersum lectioni. Quem casum tunc vult: dtm̄ aut cum in accusatiuum vel ablatiuũ vt intersum cõcioni in concione: vel in cõcionẽ. ¶ Scdo pro in medio esse. Liui⁹ scdo de bel. punico. Id morari victoriam rati ꝙ interesset amnis. Colu. Arbores que intersunt ablaquebunꝛ. ¶ Tertio interest significat differre: iter doctũ ⁊ indoctũ multuꝫ interest. Quẽ tunc casum vult actm̄ cũ prepõne inter. Cice. Inter hoiem: ⁊ beluã hoc maxie interest. Aut sine inter actm̄. Seneca de vita btã. Nihil interest hos ⁊ illa. i. nihil est inter hos ⁊ illa: ⁊ nihil differũt hi ⁊ illa. Aut regit abltm̄ cum prepositione a vel ab. aut dtm̄ vt sapiens interest a stulto vel interest stulto. i. differt a stulto. Teren. Homo homini quid prestat: stulto intelliges quid interest. aut ponitꝛ sine casu post se. Teren. in adelphis. hoc pater: hoc dominus interest. ¶ Quarto capitur interest pro distat, vt hinc ad forum intersum viginti passus.

Refert.

¶ Refert vnde cõponitur? Distinguo. Nam si ad cõmoditatem et officiũ rei spectat: componitur ex abltõ re ⁊ verbo fero fers fert. ⁊ requirit quencunqꝫ gtm̄ ꝑter septẽ: ꝓ quib⁹ habet mea tua ⁊c. vt regine refert caste viuere. Tua refert diligẽter studere. nec longe hinc est qð Plini⁹ ait. Infinitũ refert lunaris ratio. i. valet in infinito. Plini. lib. xvj. Nec terre tm̄ natura circa has refert. i. vtile est. Verg. ij. Geor. Necꝫ em̄ nũero cõprehendere refert. i. vtile aut necesse est hoc modo rem producitꝛ semp in refert. Si aũt significet reporto: retraho: dico: ⁊ corripiatꝛ re: tunc cõponitur a ꝑpositione inseparabili re; ⁊ verbo fero. Verg. Pedẽqꝫ refert quasi tactus ab angui. i. retrahit. refer nobis aliquid noui. i. narra. refer arma domum id est reporta. referã tibi grãm. i. par reddã. Boetius. heccine p̄mia referimus tibi obsequẽtes. i. recipimus. de hoc verbo in regimine datiui ⁊ acti plura. ideo nũc supersedeo. Tam interest ꝙ̄ refert composita cum noie re significant aliqñ differre vt multũ interest aut refert. Iuuenal. Paruo discrimine refert quo gestu lepores aut quo gallina secetur. Plau. in muste. Pluma haud interest patronus an cliens p̄ior prior stet homini cui nulla est in pectore audacia.

refert mea non mei.

¶ Quare non dicim⁹ interest: refert: est: mei: tui: sui: nostri: vestri: nr̄m vr̄m? Qꝛ ita nũꝙ̄ latini locuti sunt: hec rõ pueris sufficientissima est. nã veterũ authoritas nobis ꝓ rõne est: ⁊ ad eã tãꝙ̄ ad anchorã ꝯfugim⁹. Cetex̄ qꝛ acutiores scholastici libenter argutas rõnes edisci̅t: ideo ꝓ ingeniosiorib⁹ q̄ro. Quare nõ dicimus interest: refert: est: mei: tui: sui: nostri: vr̄i: nr̄m: vr̄m? Rñdeo: qꝛ interest: ⁊ refert cõponunꝛ ex abltõ re. vt interest. i. in re est: refert ꝓ re fert. i. vtile est vel ad rem ꝑtinet. iã dicim⁹ in re mei tui ⁊c. ꝓ re mei tui ⁊c. Cur nõ? qꝛ res significat possessum aut abitũ: ergo ei iũgim⁹ gtõs passiue significantes: mei: tui: sui: nr̄i: vr̄i: per regulã Possessum spernit ⁊c. Cur nõ dicim⁹ interest: refert: nr̄m: vr̄m? qꝛ nr̄m: vr̄m ex vsu doctissimox̄ vix aliter ꝙ̄ ꝑtitiue ponũꝛ: vt aliqs nr̄m ⁊ cũ oim duox̄ ⁊c. vt interest oim nr̄m. hec est ratio Perotti: quã alij laudãt quib⁹ suffragor. Valla aliter dixit: in idẽ recidit: si bene cõsideres: qꝛ hec v̇ba refert interest dicũt officiũ ⁊ ꝯmoditatẽ: ideo requirunt gtm̄ actiue significantẽ. Cur ablm̄? qꝛ latinorũ ꝓprius est. Cur feminieũ? qꝛ suaui⁹ est. Verũ clarior ⁊ probabilior est ratio Perotti: ⁊ eã amplectendã censeo. Perott⁹ dicit refert. i. res fert: sed ita posceret ntõs mea tua ⁊c. Ideo melius dicit Badius refert quasi fert ꝓ re. i. vtilitate ⁊ cõmodo. Cur nõ dicim⁹ est mei tui ⁊c. hic certe non includitꝛ nomẽ res Quia in est subauditꝛ nomẽ neutri gñis munus vel officiũ. iam ꝑpter regulã Possessum spernit ⁊c. nõ dicimus officiũ mei: sed officiũ meũ: tuũ: suũ: ideo est vult in neutro genere meũ tuũ ⁊c. ¶ Dicimus ne apte ꝓ interest in re est? Etiã. vt in re tua est diligenter studere. i. tibi vtile est. Da authoritatẽ. Teren. in and. Si in re est vtriqꝫ fiant accersi iube. Plautus. Veniat nec ne nihil in re est mea. Potest ne hoc ꝑ actm̄ dici? Potest vt in rem meam est. Da authoritatẽ. Plau. in amphi. Nunciẽ que maxime in rem vestram cõmunẽ sient. Idem in Aulu. In rem hoc tuam est. Teren. in Ecyra. Dij deeqꝫ faxint: si in rem est Bacchidis. Sallu. in Catili. Multa cum singulis sepe egerat. tum in rem fore credens vniuersos appellare. Liuius. xxvij. Imperat que in rem sunt.

✱ Interest aliquãdo ꝯponitꝛ ab inter ꝑpõne. ⁊ est significat ꝙ cẽ in medio. Plini. Arbox̄ suc co manantiũ picẽ resinãqꝫ alie oriẽt oriente alie i europa ferũtur q̄ interest Asia vtrinqꝫ q̄sdã hꝫ hoc est q̄ inter vtrãqꝫ partez siue in medio est. In re vel. rem. est.

¶ An latine dicimus: interest: vel refert mea hois deo parere. Est tpũ Christiani Christũ imitari? Non. Cur? Qꝛ regula est Laurentij. Valle. P.

mitiua mei/tui/sui/nostri/vestri. ꝛ ꝓ his:possessiua/meꝰ/tuꝰ/suꝰ/ noster/ vester/
nullos admitūt gtōs nisi q̄ntuplices:sed vtendū est relatiuo:q̇/q̄/qđ.vt nō dicimꝰ:
miserere mei pctōꝛis:sꝫ miserere mei q̇ sum peccatoꝛ. nec legis libꝛū meū Despan-
terij:sed legis libꝛū meū qui sum Despanterius.Ideo male dixit Priscianus.Eges
mei Prisciani. lꝫ em̄ dicamus/ego Priscianꝰ:mihi Prisciano ꝛc.nō tn̄ mei Prisciani
vt mei sit ab ego.Cur hoc dicis vt mei sit ab ego:qꝛ si mei sit a meꝰ:tui a tuꝰ: ꝛc.be-
ne dices Prisciani mei:scꝫ amici sodalis:aut serui:aut filij ꝛc.Vergi.Si qua tui co-
rydonis hꝫ te cura venito.Terē.Cuiū puerū hic posuisti? vestri.Cuiꝰ vestri? Pam
phili.Itaqꝫ dices interest tua q̇ est doctꝰ: nō interest tua docti: lꝫ aliter sētiat Sul-
pitius:qꝛ dictū suū authoꝛitate veterū non pꝛobat. Doce veterum authoꝛitate lo-
quendū esse per relatiuū.Terē.in adel.Id mea minime refert qui sum natu maxi-
mus.Ouid.Nū mea verba legis qui suꝫ summotus ad istrū.Ne exponas cū indo-
ctis mea.i.mei possessoꝛis qꝛ possessoꝛis mei:vt mei sit ab ego male latine đꝛ in lib.
Job.Et vestigia pedū meoꝛuꝫ consyderasti qui quasi putredo consumendus sum.
In epl'a Pauli.Scripta sunt hec ad coꝛreptionē nostrā in quos fines seculoꝛū de-
uenerunt. rectius tn̄ dixisset nostri:qꝛ passiua significatio est.Teren.in Andr.Om-
nes laudare foꝛtunas meas qui haberē gnatū tali ingenio pꝛeditū.laudare.i.lau-
dabant.¶An hec est latina.Audi verba mea qui sum p̄ceptoꝛ tuus?Etiā. Quare?
quia relatiuū qui refert antecedens mea ꝓ pꝛimitiuo mis: qđ est masculini gn̄is.
¶Argumentoꝛ.Mea hic est pluralis numeri neutri gn̄is.ergo discoꝛdat a relatiuo
qui in genere ꝛ numero.¶Respondeo.Licet mea extrinsecus gratia rei possesse sit
neutri gn̄is:tamē gratia pꝛimitiui intrinsecus est oīs generis: iam fiebat relatio ꝓ
re possidēte alioqui diceremꝰ.Audi v̄ba mea q̄ bona sunt.ꝛ ita nulla fuit incōgrui-
tas.¶ Quotuplicē personā includūt possessiua meꝰ/tuus/suꝰ nr̄ vester? Duplicēꝫ.
Personā possessaꝫ:ꝛ intrinsecꝰ ꝑsonā possidētē q̄ significat̄ ꝑ mis/tis/sis/ sꝫ in vsu
nō sunt ꝛ nostrū:vr̄m q̄ partitionis regimen fere semꝑ sibi vendicāt.Gr̄a p̄mitiuoꝝ
fit ad deriuatiua sepe relatio ꝛ gtūs interdū addit̄. vt mea soliꝰ opera. nec vlla est
ineptia.¶Quid cause est cur nō dicamꝰ.Eges mei Prisciani ꝓ qui sum Priscianꝰ
Assiduus doctissimoꝝ vsus hoc dicentiū:illud respuentiū.Cur respuunt?Sic volo
sic iubeo sit pꝛo rōne volūtas.Cōijcio tn̄ id factū ambiguitatis tollēde gr̄a. nā mei
Prisciani si ab ego recte diceret̄ sepe dubiū esset an de me:an de meo loquerer ꝛc.
¶Argumentoꝛ.dicit Hiero. in epl'a Pauli ad Coꝛin. Salutatio manu mea Pauli
pꝛo qui sum Paulus.ergo sil'r lꝫ dicere interest mea Petri vel magr̄i ꝛc. ¶Rn̄deo
interpꝛes trāstulit sic de v̄bo ad verbū ex greco:in qua re nō est imitādus: vt neqꝫ
in multꝭ alijs:qꝛ greci nō habēt hāc elegātiā de mei:tui:sui ꝛc.quā latini.que res de
cepit interpꝛetē:nisi ex industria voluerit linguā latinā relinquere: qđ nō facies si
velis latine loqui:nec illud imitandū est. Tulit filiū meū de latere meo ancille tue
doꝛmiētis:qꝛ meus tuus ꝛc.recipiunt gtōs participioꝝ sine substātiuis dumtaxat.
Ideo illđ Boetij non est imitandū.Solant̄ mesti nūc mea fata senis.Boetiꝰ valde
doctus fuit:tn̄ a Valla aliq̄n iure carpit̄.¶Argumentoꝛ.dicit Teren. in heau.Ino
pis te nunc miserescat mei:ꝓ mei qui sum inops. Ergo similiter lꝫ dicere: miserere
mei pauperis:indocti peccatoꝛis ꝛc.¶Rn̄deo.hoc tam rarū est: vt nolim imitari.et
vnicū cōtra Vallā testimoniū nō debet Valle regulā abꝛogare. Nā Valla de eo qđ
frequentissime factitatum est loquitur cū nō debet obesse:si semel aliter factum sit
¶Quotuplices genitiui iungunt̄ genitiuis mei/tui/sui/nostri/ vestri:ꝛ p̄mitiuis
meus:tuus:suus:noster:vester? Quintuplices. ¶Pꝛimo genitiui numeroꝝ cardi-
naliū.vt nostra duoꝛū opera liberatus es.vestro quatuoꝛ auxilio euasi. Titus Li-
uius libꝛo.vij.ab vꝛbe.Noster duoꝛū euentus ostendat vtra gens bello sit melioꝛ.
¶Secundo genitiui vniuersalium ꝛ particulariū vt sunt cuiusqꝫ omniū: quibus
addantur paucoꝛum multoꝛum:veluti vester paucoꝛū laboꝛ me saluauit.Cicer.iij.
de oꝛato.Voluntati vestri omnium parui.hic recte dixisset vestrum:vt patet ex his
que dicta sunt in regula/Possessum spernit/ꝛc.Bꝛutus ad Ciceronē. Qui vr̄is pau
coꝛum respondeat laudibus: sic noster cuiusqꝫ animis ꝛc. ¶Tertio gti tres vnius
solius ipsius:ꝛ hoꝛū genitiui plurales.Cice. Dico mea vnius opera rempublicam
esse liberatam.Idem ad Atti.Solius em̄ meum peccatum coꝛrigi nō potest.Idem.
Ex tuo ipsius animo cōiecturā sepelis.Nō dixit mei vnius: mei soliꝰ:tui ipsius:qꝛ
male đꝛ mei opera vel pctm̄:tui animꝰ.Illud autē eiusdē.Eā aūt vnius tui: studio
me assequi posse confido,a libꝛarijs depꝛauatum est teste Valla:quia syncerι codi-

Mei:tui. sui:nr̄i:vr̄i ꝛ ꝓ his me us ꝛc. q̄s gtōs admittant.

* Vergi. alibi enee mihi cura mei.

Pronoīa possessiua duplicē includūt personam.

* Dicimꝰ etiaꝫ eges me Prisciano.

mea pauli

Meo ancille.

mea senis

mei iopis.

Qui genitiui iungātur mei tui ꝛc.ꝛ meus tuus ꝛc.

ces tuo a tuũ habent. lz sit videri posset Horatiano illi: nec studio nostri pecces. i. fauore: gra vel amore: vbi studiũ passiue significat. Sic dicimus habe mei solius curã non aũt meã. At ɔtra: mea solius cura custodit⁹ es. Tuam ipsius aiam ptransibit gladius doloris: ꝓpter hec ɔiunctio aliqñ necessario hz diuersos casus. Terẽ. Saluus sum meo presidio atq hospitis. ¶ Quarto gti participioꝝ. Ouid. i. amorũ Sepe rogabis. Ut mea defuncte molliter ossa cubent. Cic. ad Lentu. Quocũq tpe mihi ptãs pñtis tui fuerit. In sacris. Audi deus vocem meã loquentis. Et exaudi vocẽ meã clamãtis ad te. Ouid. in heroidib⁹. Et flesti: ꝛ nr̃os vidisti flentis ocellos In ꝓsa hoc non tolerareẽ teste Valla: qꝛ si liceret primitiuũ exprimere poneret numerus ꝑ nũero: sic vidisti ocellos nr̃m vel nr̃i flentis ꝑ flentiũ. ¶ Quinto gti gerũdioꝝ vel gerũdiuoꝝ. Oui. Copia placãde sit modo parua tui. hic tui a tu est feminini gñis. sic venio istuc mea soror tui vidende gratia. Nusq in huiusmodis addes gñitiuis substãtiua. qꝛ male diceres: audio ṽba tua docẽtis magistri ꝛc. Tul. in oratore Lucium Crassum quasi colligendi sui causa se in Thusculanũ contulisse.

¶ Regula. xvj.

Penitet et tedet: miseret: pudet: ꝛ piget optant
Accusatiuum patientem cum genitiuo.

Penitens
Peniturũ
Penitet
** Marc. Tullius. Id nunq̃ tam acerbe ferret. m. Celius vt eũ peniteat. nõ deformem esse natũ.*

¶ Hec quinq impsonalia actiue vocis: penitet/tedet/miseret/pudet/ piget: regũt actm̃ patientis rei cũ gtõ agentis. vt penitet me peccati. tedet te vite. miseret xp̃m pctõris. pudet te ꝓbri. piget illum laboris. Sub miseret compꝛhendiẽ miserescit. sub aliis ɔposita. vt pertedet: dispudet ꝛc. Da anthoritatem. Suet. in Vitel. Non multo post penitẽs facti. Põt ne hoc aliter dici? Etiaz. vt penitẽs de facto. Suet. in claudio. Penitens de matrimonio agripine. lz aliqui dicũt penitẽs nomen esse non participium. Actius apud Marcel. Quod si procedit neq te neq quẽq̃ arbitror peniturum tue laudis: quã vt serues: vide hoc ꝛ si ꝓuetustũ est tñ non dissuaserim vti. Terẽ. in Phorm̃. Oẽs nostrũ et nos penitet. Penitet nos quũ qd fecimus displicet. et volunt dici q̃si pena tedet. Capit pro gtõ sepe infinitiuũ preteriti tpis. vt penitet me fecisse hoiem. Scdo penitet capiẽ ꝑ paꝝ videri: ꝑ tedere ꝛ pudere. ꝛ sic capit interdũ pñtis tpis infinitiuũ. Verg. Nec te peniteat calamo triuisse labellũ. Ci. Penitet defendere. Fabi. penitet respicere plura testimonia. Cic. in Cato. Num igiẽ si centesimum vixisset annum senectutis eũ sue peniteret. i. tederet. Liui. li. i. Nec me eoꝝ suie esse penitet. i. pudet. Teren. in heau. Quãtũ hic opis fiat penitet. i. parũ videẽ. A penitet fit nomen penitẽdus. i. pudẽdus: ꝛ parui estimandus. Liui. i. ab vr. Sub haud penitendo magistro. Colu. itaq hic ager siue exerceẽ siue cessat: colono est penitendus: ac tanq̃ pestilẽs refugiend⁹. Impenitẽdus. i. magni estimãdus. Apul. Impenitẽde pauperiei. Penitendũ gerundiũ legiẽ. vt nõ est hui⁹ preceptoris penitẽdum. Salu. in iug. Nũ eoꝝ penitendũ sit. Gelli⁹ psonaliter dixit id penitet. olim certe personalia erãt in vsu peniteo: tedeo. misereo: pudeo: pigeo. In sacris legiẽ peniteo ꝛ deponẽs peniteor: vt in ecclesiastico. Fili sine ɔsilio nihil facias: ꝛ post factũ nõ penitebis. Et in acti. aplo. Penitemini igiẽ: ꝛ cõuertimini: vt deleanẽ pctã vestra.

Penitẽd⁹ nomen.
Penitẽdũ gerundiũ.

¶ Tedet in preterito: Teduit. Hiero. in ecclesiastico. Iccirco teduit me vite mee. Habet ne etiã ptesum est: vel fuit? nõ ꝓprie. nã ptesum est a ṽbo pertedet: lz Serui⁹ putauit esse sine ṽbo. Gel. libr. xv. capi. xx. Matrimonũ pertedebat. hoc in pterito hz perteduit: aut pertesum est vel fuit: qd etiam dꝛ esse pteritum verbi tedet: q̃ teduit est in raro vsu. Gell. libr. i. ca. ij. Has ille inanes cum flaret glorias: iãq omnes finem cuperent: ṽbisq eius fatigari pertednissent. i. valde teduissent. Verg. in. iiij. Si non pertesum thalami tedeq fuisset. potest dicere pertesum est me matrimonij. Corne. Nepos in vita Attici. Nusq̃ suscepti operis eum pertesum est. Vetustissimi per datiuum dixere pertesum est mihi. Gracchus in L. Metellum Usq adeo pertesum mihi esse. testis Diomedes.

Tedet
Teduit
Pertedet.

Pertesus

¶ Pertesus que pars orationis? distinguo: nã quandoq regit gtm̃: vt verbum pertedet: ꝛ sic est participiũ: vt; pertesus sum ignauie. Sepissime regit figurate actm̃: ꝛ sic nomem est: qꝛ nõ regit casum verbi sui. Suet. in Cesare. Et quasi ptesus ignauiam suam: q̃ nihil tum a se memorabile actum esset. Ambrosius libro Hexamet. Turtur vbi iugalis proprij fuerit amissione viduata perthesa thalamos et nomen

habere cõiugiũ eo q̃ primus amor fefellerit eam.hec turtur est femineum:q2 intelligitur auis. Docet sic de pertesus Aldus. ¶ Distedet.i.valde:ↄ varie tedet. Plaut⁹ in amphi. Cui me neq3 domi distedeat:hic domi regitur.

Distedet. Domi.

¶ Miseret in preterito: misertum est:vel fuit: miseruit vix inuenies. Plau. Aliorũ te miseret. Cui te nec miseret:nec pudet. Cicero. Miseret me infelicis familie. Terẽ.in hean.duos actõs dedit huic verbo dicens. Ita me dij ament: vt nũc Menedemi vicem miseret me. In eadẽ comedia. Sic me dij amabũt:vt tuarum misertũ est fortunarũ. Sub miseret cõprehendito miserescit. Terẽ. Te nũc in opis miserescat mei. Inuenitur sepe miseresco p̃sonale. Uerg. Miserescite regis.de hoc ante satis dixi. ¶ Miseretur passiue vocis impersonale etiam inuenitur. Cice. pro Ligario. Canete fratrum pro fratris salute precantiũ vos misereatur Crassus neq3 minus vestri:q̃ mei miserebitur.hic impersonale esse Calepinus asserit.

Miseret. Miserescit. Miseret.

¶ Pudet ↄ piget quomodo differunt? Pudet verecũdie est:pigere penitentie:pudere ad dedecus.pigere ad dolorẽ refertur. Teren.in adel. Fratris me quidem pudet:pigetq3. Ouid.ij.meta. Sors mea principijs fuit irrequieta: pigetq3 Actorũ sine fine mihi sine honore laborũ. Ordina. Piget me laborũ actorũ. mihi.i.a me sine fine: ↄ sine honore.ita,nõ habet piget dtm̃ cõtra Calepi. ↄ plures: vt neq3 pudet hic. Quis pudeat certare senes:quia quis dtũs a certare regitur pro cum quibus:contra quendã oppido doctum. Sallu. in Iug. Nam postea que fecerit incertum habeo pudeat an pigeat magis. Depudet valde pudet. suppudet parum pudet. Dispudet varie:ↄ multũ pudet. Terẽ in eunu. Ah scelesta ouẽ lupo cõmisisti.dispudet. Pudefacio:pudorẽ inijcio. Pudefio:verecundor. ¶ Regit ne aliq̃n pudet alium casum:q̃ gtm̃ vel actm̃? Etiam. Quem?abltm̃:sed rarissime imitabimur:quia semel tantũ apud Plautũ inueni in bacchidi. Neq3 me:neq3 te tuis intus puditum est factis que facis. Pudet in preterito habet puduit aut puditum est vel fuit. Sil.x.mens abijt puduitq3 fuge. Recte dicimus pudituru̅. Pli. xxxv.ca xv. Quum puderet viuos:tanq̃ puditurum esset extinctos. Pudendũ: pigendũ gerundia sunt:vnde noia pigendus.pudẽdus. Cice.in.j.de oratore. Nõ enim pudendo:sed non faciendo ↄc. Gel. Neq3 pudẽda dico:aut penitenda. Ouid. Adde fidem nulla parte pigẽdus erit. ¶ Piget in preterito? piguit aut pigitũ est vel fuit. Stat. lib.vij. Nec pigitũ paruosq3 lares humilesq3 subire. Licet ne nobis vti p̃sonaliter his verbis pudet ↄ piget?licet p̃fecto in tertia persona: in alijs raro. freq̃ẽtius tñ vtimur eis impersonaliter. Luc.lib.viij. Semper metuit quẽ seua pudebunt Supplicia. Teren.in adel. Hei mihi nõ te hec pudent. Plaut.in epidi. Pleriq3 homines quũ nihil refert pudẽt.vbi pudendũ est.ibi eos deserit pudor. Idẽ in cas. Ita nunc pudeo atq3 ita nunc paueo. Mar.lib.viij. Nulli thai negas:sed si te non pudet istõ hoc saltem pudeat thai negare nihil. Plaut⁹. in pseudulo. Id quod pudet facilius fertur:quam id quod piget. Teren.in phor. Quare obsecro ne plus minusve faxit quod nos postea pigeat. Cicero.pro Archia. Me autem quid pudeat:sed quid pro quare forsan capitur. Teren.in heau. Neq3 se id pigere.

Pudet. Piget.

* Dispudet. Apul. p̃ magia. Non vos tot calũniarũ tandẽ dispudet.

Puditum Puditurũ Pigẽdus.

* proper. Hostis ab inuita verba pigẽda lira.

Pudẽdus Pigitum.

* Gel. pigitũ est cũ ctos saltez esse penulatos.

Cepit illũ penitere.

¶ Utrũ melius dr/ Cepit illum penitere.an ille cepit penitere? Cepit illũ penitere. Cur?quia Ualla dixit hec verba melius cũ impersonalib⁹ cõstrui. vt ex doctissimorũ vsu facile ostendi posset. Quid si quis aliter loquat̃?nõ censebit̃ inept⁹. Iustin⁹. xj. Athenienses sicuti primi defecerunt: ita primi penitere ceperunt. Itẽ me incipit tedere vigilie: sic mihi desinit placere studere:ornatius dices: q̃ incipio tedere vigilie ↄc.hec autẽ v̓ba incipit:desinit:decet:solet: potest:cũ infinitiuis v̓borũ impersonaliũ:dicũtur impsonalia ex adiũcto: q̃b⁹ male addit̃ vult a quibusdã. alioq̃ doctissimis inter quos Sulpiti⁹ q2 nusq̃ reperiri puto tale q̃d:me vult tedere vite ↄc. ¶ Qd est verbũ impersonale passiue vocis regens gtm̃ cũ actõ.vt penitet. Ueret̃.i. pudet. Actius apud Noniũ. Ueretur te progenitoris. Cice.in.ij.de finibus. Primũ Aristipi cyrenaicorũq3 om̃i quos nõ est veritũ.in ea voluptate que maxima dulcedine sensũ moueret:summũ bonum ponere. ↄ si hoc verus est attamen repudiandũ minime censeo. Dicimus ne recte penitet me hãc rem?minime. ¶ Argumẽtor Georgius Ualla/ↄ Marinus becichemus dicũt latinã esse:ergo bene sic loquimur et probo vt ipsi ex Cic.in ij.rheto. Deinde vtrũ id facinus sit: quod penitere fuerit necesse,vbi Uictorin⁹ ait. Notanda est noua locutio. ¶ Respondeo. Ego opinor hic

Uult.

Ueretur.

penitere personaliter capi: vt pudet aliquando. Terentius. Non te hec pudent &c. sic ne facias quod pudere sit necesse: aut penitere. Hinc vt non concludimus recte dici pudet me hanc rem: sic neq3 dicimus penitet me hāc rem. vsitatius tamen dicimus ne quid faciamus cuius penitere sit necesse.

¶ Regula Decimaseptima

¶ De tenus: ac obiter de alijs prepositionibus.

Sepe tenus patrium numero preeunte carentem

Aut res signantem geminas vult Valla tenere.

Vult ad cum socijs quartum: velut absq3 latinum.

Sub super in subter casu iunguntur vtriq3

In vario sensu: facilis docet omnia prosa.

Tenus.

*Tenus ppō ppinquitatē significat: & qd dicimus vsq3 ad nā qd propinquū est q̄si tenere vr̄ id cui est ppinquū.

¶ Tenus prepositio petit gtm̄ plem res geminas significantē: aut numero singulari carentē: alioqui vult abltm̄: in pli etiā q̄nq3 gtm̄. Da exempla vbi res sunt gemine. vt sto in aquis auriū tenus. Sum armatus cruru͂ tenus. i. vsq3 ad aures vel crura. nā tenus significat vsq3 ad: aut nō vltra. Da authoritatē. Quinti. in. xij. Aurium tenus in vsum lingua precepit. Verg. in Geor. Et crurum tenus a mento palearia pendent. Idē. x. enei. Exterrēt freta cui laterum tenus hispida nanti. Frons hoiem prefert. Apul. in. xi. Humeris dependebat pone tergū talorum tenus preciosa chlamyda: sic pedum: manuū: brachiorum: narium: oculorum tenus &c. recte dices q: res sunt gemine: & licet grece videat̄ genitiu9 pro abltō poni testibus Diomede et Prisciano: tñ oībus licet p gtm̄ loqui & elegantior est oratio: vt ego opinor cū Lauren. Valla. ¶ Da exemplum de singulari carentibus: vt nuptiarū tenus: soror mea collusit pueris. Da authoritatē. Celius. Illi rumores de comitijs trāspadanorum cumarū tenus caluerūt. Da exemplū vbi tenus habet gtm̄ plem: nec res geminas significantē nec singulari carentē. vt olympus attollitur nubiū tenus. Temerari9 miles solus penetrauit hostiū tenus. Da authoritatem. Apul. in flori. lib. j. Quu3 se aquila nubiū tenus altissime sublimauit. Idē. ix. de asina. Costas ppetua castigatione ossium tenus renudati. Plini9. xxxiiij. ca. viij. Ipse tñ corporū tenus curiosus animi sensus non expressit. loquitur de quodā pictore aut statuarie dignus pfecto est. Plin. quē imitemur. Valla citat ad hanc rem Curtiū. Pauci hostiū tenus exacti penetrauere ad portū nactus erat: opinor mēdosum codicē. Nā in emēdatis nō legitur tenus: nec portū: sed porum pro rege Indie supato ab Alexandro. Itaq3 vera lectio est apud Curtiū lib. viij. Pauci tñ hostiū exacti penetrauere ad porū acerrime pugnā cientē. ¶ Da exēpla de tenus cū abltō pli. vt costis ten9: capillis ten9 &c. Da authoritatē. Ouid. v. met. Pectoribusq3 tenus molles erect9 in auras. Cor. Cel. lib. j. ca iij. huic abunde est loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquā calidā. ¶ Da exemplū de tenus cū abltō singulari. vt stolide vitā egisti senectute tenus. i. vsq3 ad senectutē. vulnerat9 sum corde ten9. Sto in aquis pube ten9. sic ethiopia tenus nilo ten9. Titulo tenus. i. vsq3 ad: vel nō vltra. nā & hoc aliq̄n significat. vt hic est eps titulo tenus. hic gessit cōsulatū titulo ten9. docti sunt sophiste titulo ten9. Es magister noīe ten9. Da authoritatē. Iuue. Crure ten9 medio tunicas succingere debet. Tacit9. Hic greca doctrina ore tenus exercit9: animū bonis artibus nō induerat sic legi: nescio an emendatius foret imbuerat: sic multi sunt ore tenus iusti. i. de iustitia pbe loquunt̄: ipsi iniusti. Apul. Pallio tenus phōs imitaret̄. i. non vltra palliū. Sic multi sunt cuculo tenus religiosi. Debet autē tenus postponi: li aliter fecit Orosius lib. j. dicens. Tenus scytico mari. Verg. Et lateri capulo tenus abdidit ensem. apud Diomedē quidā codices hn̄t memorie ten9 p memoriatenus.

Valle et Curtij locus.

tenus cū actō.

¶ Tenus reperitur ne cū alio casu: q̄ cū genitiuo vel ablatiuo? Etiam accusatiuo iungitur: sed rarissime. Flaccus in argo. Et Tanaimtenus immenso descendit ab euro. Florus de bello Tracico. Curio Datiā tenus venit. Apud Horatiū nonnulli legunt. Est quidam prodire tenus. sic tenus esset aduerbium. Alij legunt est quodam prodire tenus. si non datur vltra. i. laudabile prodire quodam tenus: vsq3 ad quidam: si non datur: id est conceditur vltra progredi. Seru9. Pube tenus ymbili

co tenus:ꝛ similia diuersis accẽtibus ꝓferant:q: orones sunt. Oni. Sũma pedum taloqꝫ tenus vestia fixit. sic hactenus vbi oro est:ſꝫ plerũqꝫ aduerbia sunt hacten⁹ quaten⁹/eaten⁹.ꝛ sic añ penultimã accuũt:ꝛ significãt hucusqꝫ iquãtũ intm. hactenus adeo aliqñ significat. Suet. in her. Hacten⁹ excanduit vt in alũ ijs q̃ descissent minaret. ¶ Quotuplex tenus inuenit? Duplex. Tenus ꝑpositio.ꝛ ten⁹ teni nomẽ i. extrema pars arcus: aut potius laque⁹. Plaut. in bacchi. Pendebit hodie ita pulchre intẽdit tenus. Tenus ꝑpositio vnde dr? A teneo: vel tendo (si grãmaticis credimus) q: significat vsqꝫ ad:ꝛ ita propinquitatem quandam et attentionem.

Hacten⁹ — Ten⁹ nomen.

¶ Vult ad cum socijs quartũ. Ad apud ꝛc. Que simul ponũtur

in Donato: regunt accusatiuum casum. vt ad patrem: apud villam ꝛc.

¶ Velut absqꝫ latinum. A: ab: abs: ꝛ que cũ his ponũtur in Donato:

regunt latinum quia ablatiuus est. vt a domo. ab homine ꝛc.

¶ Sub: super: in: subter. Quatuor sunt ꝑpositiones actm̃ vel ab

latinũ regentes: in/sub/sup/ꝛ subter: sed plerũqꝫ in diuerso sensu: vt sum in tẽplo: vado in forũ. Qñ actõ casui seruiũt Uide Donatũ. Clã ꝛ procul etiã cões reperiuntur: vt post probabo. põt ꝑceptor si videat ad aliã regulã accedere: ꝛ hanc longam glossaꝫ relinquere: ꝛ declarare paulatim: vt disputãdo eam scholastici discant.

¶ De prepositionibus generalia quedam.

Per appositionẽ prepositio. — Quib⁹ ad prepositione per cõpositionẽ qñ vtimur.

¶ Prepositio quot modis in oratiõe ponit? Duobus. Per appositionẽ ꝛ cõpositionẽ. ¶ Qñ per appositionẽ dr poni? Quũ casum regit: nec compositam dictionẽ efficit. ¶ Quot orõnis partibus per appositionẽ iungitur? Trib⁹ Nomini/pnomini/participio: vt ad magistrũ: per me: a legente. Reliqs partib⁹ sic nõ additur testib⁹ Donato ꝛ Seruio ideo nõ dicimus ab antea: inantea: in plurimum: a post: pro nunc: a primo: ab extra: ab intra: de foris: extunc exnũc. licet in sacris reperiant: de sero: de mane. nisi cũ adiectiuo: vt nomẽ esse significet. a summo mane: q: dicimus mane nouũ nec dicimus venio de illinc ꝛc. ¶ Prepositione ꝑ cõpositionẽ qñ vtimur? Quũ vnicã dictionẽ cõposite figure cũ altera dictione facit. vt adduco. ¶ Quot orõnis partibus per ꝯpositionẽ iungit prepositio? Septẽ. Nomini vt indoctus pnomini vt hacten⁹/eatenus. Vbo vt plego. aduerbio vt de repẽte desursũ: desubito: dehinc tpis non loci: exinde: decetero. apud Curtiũ ꝛ alios quosdam nõ ꝓtrite scientie viros. Amodo in Apuleio: quo raro vtar: hec ꝛ siqua alia reperiant vsurpanda sunt: nec ad hoꝝ exempla ipsi alia possumus fingere. Participio vt illesus: sed totũ sic nomẽ efficit. Cõiunctioni vt absqꝫ. Prepositioni vt desup circũ: secus: circũ circa: insup. ſꝫ totũ efficit aduerbiũ: nec alia fingere possumus: ſꝫ inuentis solũ vti. Apul. ij. met. Etiã nos circũsecus astantes. ¶ Licet ne oibus prepositionib⁹ per appositionẽ vti? Nõ. Quib⁹ nõ lꝫ sic vti? septẽ insepabilib⁹. di: dis. re: se: an: co: con. his per ꝯpositionẽ solũ vtimur: ideo insepabiles sunt. q: a ꝯpositione separari nõ pñt. vt diduco/distraho/reduco/seduco/amplector/coco/ꝯduco.

Prepõnes inseparabiles.

¶ Licet ne oibus ꝑpositionibus vti per ꝯpositionẽ? Minime. Quibus non? apud ꝛ penes: pone: secundũ: claꝫ ꝛ paucis alijs. Prepositio in compositione quot officia habet? Tria. quomodo? quia aut cõplet: vt perdoctus idest valde doctus. aut mutat. vt indoctus. i. non doctus. aut minuit. vt subtristis. i. parum tristis.

¶ Prepositioni quot accidũt? vnum principaliter quod est casus: ꝛ duo minus principaliter: figura: ꝛ ordo. Figura vt ab absqꝫ. Ordo: quia aliquando preponit. vt per forum: perdoctus. aliquando postponitur. vt pube tenus: tantisper.

¶ Quot casus prepositioni accidũt? Tres: gtiũs/accusatiuus/ablatiuus. vt auriũ tenus: licet nonnulli voluerint tunc esse aduerbiũ. vt ad patrem. a domo. Plau. cũ datiuo apud. huic dixit: sed tam rarum: ꝛ tam vetustum est hoc: vt nec annumerãduꝫ nec imitandũ opinemur. ¶ Quot figure ꝑpositioni sepe ꝯtingunt? Tres. Que Anastrophe: archaismos: ꝛ ꝓtheseos parallage. Anastrophe quid est? dictionum preposterus ordo. Uerg. Transtra per ꝛ remos. Idem. Italiam contra. Idem. Maria omnia circũ. Raro vtimur anastrophe in prosa ꝛ interpretatur inuersio. vel reuersio. Anastropho: id est reuertor. In prosa melius quicum/quibuscum dicimus ꝙ cum quo. Cicero. aliquando dixit quo de: pro de quo ꝛc.

Anastrophe.

Archaismos. Protheseos parallage.

¶ Archaismos qd est? In prepōne casus ꝑ casu positio. Ver. Lōgo post tēpore ve-
ni.i.post longū tps.sed in Vergil.post rectius aduerbiū ē: vt docebo sicut ꝑpe vbi
datiuū habet/veluti. Prope est dn̄s oibus timentibus eū. ¶ Protheseos parallage
quid est? Prepositionis pro prepositione positio. Vergil. Cui tantū de te licuit.i.in
te. sic super Priamo.i.de Priamo. Protheseos parallage.i. prepositionis mutatio
vel vicissitudo. Prothesis prepositio est parallage mutatio.

¶ Prepositiones accusatiui casus

¶ Prepositiones accusatiui casus quot sunt? xxx.scd̄z Dona-
tū quib⁹ Valla adijcit ꝓlus. ¶ Debet ne adiūgi retro? vt in marco. Vade retro me
Sathana.i.post. Minime. q: cū actō apud latinos nūq̄ reperies. In sacris autem
multa mendose leguntur vitio librariorū.vt foras ciuitatē pro extra ⁊c.sic retro p[ro]
post:ne ergo addas cū zendero prepōnibus. Pridie ⁊ postridie Nebriss. ⁊ plures p[re]-
positionib⁹ annumerant: quibus non hereo:q: solum per subauditionem prepo-
sitionum post ante: actm̄ habent.vt pridie calendas.i.priori die ante calendas ⁊c.

Ad capit modis tredecim. * Ad/interdum significat ꝑpe. Vergi. Ad quē tū Juno supplex his vocib⁹ orsa est. Apō ⁊ ad differūt.

¶ Ad.i.iuxta tam per appositionē q̄ per cōpositionē. vt sto ad
ignem:assideo. Cur.lib.iij. Castris ad Babyloniam positis. Et alibi. Erat ad ripa[m]
fluminis ingens arbor. Cice.de senect. Curio ad locū sedenti magnū auri pondus
quum attulissent Samnites repudiati sunt. Idem.x.ad Atti. Fuit ad me sane di[u]
iuxta vel apud. Et alibi. Decē fiscos ad senatorē quendā relictos. Idē ad Marcu[m]
Leccā.te habitare velle dixisti:loquit̃ sic Cice.sepissime: ⁊ recte ita loqueris. Ver[g].
Prima qd ad Troiā ꝑ charis gesserat argis. In sacris .Stabat Petrus ad ignem.
Tit.Li. Dum hec ad Veis gerunt̃. Idē. Ad portas sedēti imperatori. Idē.ad Sena
castra alterius consulis erant. Idē habes hortos ad tyberim. Et Hannibal ad po[r]-
tas esset. Et ad regē remāsit. Et ad capuā castra locaui. Et Hannibal sedet ad Ca[n]-
nas. sic alibi sepissime cōtra supstitiosos qui dicere nō audent: hic habitat ad ed[em]
diui Petri. ¶ Differt ne apud ab ad? Etiā.q: ad tā motus q̄ quietis verbuz ad[mit]-
tit:vt vado ad Petrū. Sto ad ignē. Apud solū quietis verbū desyderat: aut salte[m]
nō exterioris motus. vt sedeo apud Petrū:nō autē veni apud me. sed veni ad me.
¶ Secundo ad innuit motum ad quācūq̄ rem:vt vado ad forum. Concedo ad p[a]-
trem. ¶ Tertio significat circiter. vt scripsi hec ad nonas Martias. Cice. ad Atti[cum]
libro.x. Dormit ad horas treis. Idem tertia in Verrem. Ad horam octauam p[re]-
est. Idem ad Atticum libro.vj. Accepi tuas literas ad quintum miliare. Ad d[uo]
milia hominum occisa sunt.i.circiter. frequenter sic loquitur Liuius. Hirtius v[el]
Oppius de bello Aphrico. Quum iam ad solis occasum esset.i. circiter vel prope.

* Pōpo. Ad hostez furibūd⁹. prodit.

¶ Quarto significat cōtra: vt ad illum mihi pugna est. Cicero. Ne ad ea meditere
imparatum te offendam. ¶ Quinto significat comparationē: ⁊ similitudinē. Tere[n].
Pulchra quidem sed nihil ad nostrā hanc.i.sed nostre nō cōparanda aut equanda.
Cesar. Nihil ad equitatum tuū. Hinc ad vnguem.i.perfecte translatum a marmo-
rarijs:qui leniorem ⁊ iuncturas vnguibus probant. Hora. Ad vnguem factus ho-
mo. ¶ Sexto ad significat causam. Ut Amice ad qd venisti? ¶ Septimo ad accipi-
tur pro preter vt in compositis ad hec. vel ad hoc.i.preterea. ¶ Octauo ad.i. sup[er].
Teren.in Andria. Tum si quis magistrum.cepit ad eam rem improbū: ipsum an[i]-
mum egrotum ad deteriorem partē plerūq̄ applicat·hic ad super significat:quam
dicit̃ ad eā rem.i.amorē.author Donatus. ¶ Nono ad.i.ante Vergi. Cunctantem
ad limina templi. Suetoni. Ad pedes stare passus est. ¶ Decimo. Quidam volunt
aliquando post signare vt ad hec. nos capimus hic ꝑ preter. ¶ Undecimo capitur
ꝑ vsq̄.vt ad tp̄s. ¶ Quot modis capit̃ ad tēp⁹? Duob⁹.priore mō pro donec oppor-
tunū fuerit. Quinti. Fingere nimirū ad tp̄s videbor ⁊ rem nimiū manifestā impu-
denter cōprobare. ¶ Scd̄o ad tp̄s.i.vsq̄ ad spaciū tpis ⁊ paululū. Varro. Qui quū
ad tēpus latitasset tandē sub sponda iacens inuentus est. Apul. Ad montem enim
comitat⁹ suum.i.vsq̄ ad. Cicer. Cū amicis ad diem venit in castellū.i.die prestituto.
¶ Duodecimo ad significat in teste Lācíloto. vt ad aures venit sonus. ¶ Tertio
decimo ad innuit nihil excipi. vt ad vnuz.i.omnes sine exceptione. vt deus bonos
ad vnum diligit. Ver. Juppiter oīpotens si nōdum exos⁹ ad vnū Troianos. Qu[od]

Ad vnguē. Ad hec vł ad hoc. Ad tēpus. Ad diem. Ad vnum.

dicimus ad vnū oēs. Liui.lib.iij. Cōsul Romanus in algido cōsecutus ad vnū oēs occidit. ad Diane scꝫ templū ante patuit. In ꝯpositione varie significat: vt adhuc.i. huc vsqꝫ. quoad/inquantū/quousqꝫ: quoad eius. Adeo/vsqꝫ adeo/vsqꝫ eo/intantuꝫ. Quoad nō capit post se actm̄ teste Valla in Pogiū: vt male dixeris/quoad animū: quia dicendū est/quantū ad animū: licet quoad eius per subauditionē videaꝛ dici quasi quoad eius facultatē. Adedo.i. totum edo ꝛc. Aduersus contra versus. vt per appositionē ad hostem. Pomponius. Ad hostem furibundus prodit.

❡ Apud ꝛ penes quomodo differūt? Apud absolute innuit locū aut ꝑsonā. vt vidi te apud forū: cenaui apud Pompeiū: fui apud te.i. tecū vel domi tue. Penes plerūqꝫ potestatē significat: ꝛ cōmodū vel incōmodū. Ouid.j. Fasto. Me penes est vnū vasti custodia mundi.i. in potestate vel dn̄io meo. Cicero. Penes quos laus adhuc fuit. Varro. Seruoꝝ cura penes dn̄os sit. Liui. Penes eosdē pericula belli penes quos premia essent. aliqn̄ sine dn̄io ꝓ apud penes absolute poniꝛ: vt fides penes authores est. Cic. ad Heren. Ita petulans es atqꝫ acer: vt ne ad solatium quidē vt mihi videꝛ: sed penes scenā ꝛ in eiusmodi exercitatus sis locis. Apd etiā ꝓ in capiꝛ: vt apud Platonē legi.i. in libris Platonis. Cice. thuscu.v. Hui⁹ sententie grauitas a Platonis authoritate reperiꝛ: apud quem sepe hec oꝛo vsurpata est. Apud foꝝ hec scripsi.i. in foro vel ꝓpe foꝝ. Apul. Apud forū cū cōueni.i. in foro. Veni apud me/non dici recte testatus sum. Apud.i.a. Cice. Apud maiores nr̄os factitata.i.a maioribus. Ante ꝛ post contraria sunt: vt ante me: post me. Ante ꝛ post vbicūqꝫ ꝓpositiones sunt: actm̄ habent. Vbi actm̄ abest aduerbia sunt ꝓ antea: postea. Verg. Lōgo post tpe venit. Cicero.iiij. in Verrē. Vidimus paucis post mēsibus. Et in.x. philip. Lapsis paucis post diebus. Nota lapsis diebus: qꝛ nōnulli crediderunt barbare dici. Iustinus lib.iiij. Breui post tpe. Sueto. in Cesa. Quinto post die aliud largissimum prebuit. Cice. Paucis ante annis emerat. Scd̄o Maccabeoꝝ. Paruo post tpe. Qui ꝓbas hic aduerbia esse: quia hoꝝ loco inuenies antea/postea/ que nullo modo prepositiones sunt. Cic. ꝓ Cluentio. Paucis postea mēsib⁹.i. postea intra paucos menses. Similiter aduerbia sunt si dicas multo an̄ veni qꝫ tu. Et dicimus multo an̄ vel post: aut ante vel post multo: cōtra quosdā precipientes: multo ante nō multū: ꝛ ante multū dici nō multo. Liuius.ij. quarte deca. Postpaulo Cicero ad Plancū.x. epi. Ante aliquanto qꝫ tu natus esses. Sallust. in Catil. Postpaulo. Cesar. Postpaulo: teste Mancinello. Verg. in buc. Ante leues ergo pascentur in ethere cerui.i. antea. Idem.j. ene. Post mihi nō simili pena cōmissa luetis: id est postea.

❡ Ante ꝛ post per compositionem sepe vtimur: vt antecedo: posthabeo ꝛc.

❡ Quomodo differūt antea ꝛ antehac. Postea ꝛ posthac? Antea ꝛ postea.i. ante et post illud tēpus. An̄hac ꝛ posthac.i. an̄ ꝛ post hoc tēpus. nōnūqꝫ etiā post illud tempus. Teren. in and. Nā quod antehac fecit nihil ad me attinet.i. ante hoc tempus. Sallust. Sic erat accensa libidine vt sepius peteret viros qꝫ peteretur: sed ea sepe antehac fideꝫ prodiderat.i. ante illud tempus: ꝛ sunt antehac: posthac aduerbia: vt postqꝫ/posteaqꝫ/anteaqꝫ: licet interdū separenꝛ ante ꝛ qꝫ ꝛc. Pro posthac. Curti. decetero dixit lib.iiij. vbi ad Dariū sic scribit Alexander. Decetero quū mihi scribes: memento nō solū regi te: sed etiā tuo scribere. Aduersus vel aduersum.i. contra vel erga: capitur tam in bonum qꝫ in malum.. Teren. in andria. Id aduersum te fuisse gratū: habeo gratiā.i. id tibi placuisse gaudeo. Aduersum vel aduorsum aduerbiū id est obuiā. Plau. in mene. Veniā aduorsum tempori.i. obuiā tempestiue. Exaduersum vna dictio: id est ex opposito e regione. Terētius in Phor. Ei loco ex aduersum tonstrina erat quedā. ❡ Cis ꝛ citra.i. ex ista parte nihil differunt: teste Gel. nisi qꝛ cis antiquius est. nā teste Gellio vetustissimi cis ꝛ vls Tyberim dixere qd̄ nos vltra Tyberim: citra Tyberim: sed vls penitus exoleuit. cis adhuc frequens est cum noībus fluuioꝝ ꝛ montiū: vt cis alpes: cis rhenū. nec tamen male dixeris citra rhenum. Cesar. vj. de bel. Gal. Qui sunt citra rhenū. Orosius lib.iiij. Citra tagū flumen. Dic etiam cis calendas ꝛ citra. Item citra ꝛ cis montē. Liui.x. quarte decadis. Cis montes castra ligurium erant. Ita cis natalē christianum ꝛc. ❡ Cis ꝛ citra significāt etiā minus qꝫ vt cis vel citra nature leges.i. minus qꝫ nature lege patiantur. Item citra.i. sine vt citra virtutem nemo est nobilis. Colu. In agricultura voluntas facultasqꝫ citra scientiā sepe magnā dn̄is afferunt iacturā. Sene. Ede citra cruditatem bibe citra ebrietatem. Citra: id est ante. vt citra calendas. Sueto. in Augu. Solebat etiā citra spectaculoꝝ dies siquando quid inusitatū dignūqꝫ cognitu. Cis Tybe=

Quodad.

*Adedo. Verg. Nā sepe fauos ignotus adedit stellio.

Ad intereū/ aduersatiua est. Pōpo. Ad hostē furibundus ꝓdit.

Apud
Penes.

Ante
Post.

Lapsis diebus.

Antehac
Posthac

Decetero
Aduersus

Aduersuꝫ
Exaduersum.

Cis.
Citra.
Vls.

rim aliquãdo significat vltra tyberim: teste Marcello. Utrũ cõpositionẽ ingreditur vt citra marinus/cisalpinus &c. Citra pro minus aduerbiũ sepe est. vt te citra q̃ ... beo diligo. sic vltraq̃/supraq̃/& p̃terq̃: pro magisq̃ eleganter dicimus. ¶ Circum id est in circuitu locũ denotat: vt circũ muros & aduerbiascit. Uerg. Anna vides to... to ꝑperari littore circũ. Compositionẽ ingreditur. vt circunfero circũforaneus &c. Ultimã extra cõpositionẽ acuit: vt a noie differat. ¶ Circa & circiter. i. iuxta & prope. Circa locum & tempus significat: vt circa forum: circa horam tertiã. Apul. in Asino. Aliquantisper vigilo: dein circa tertiam vigiliam conniueo. Circiter ad tempus ... meriq̃ refertur. Plau. in mustel. Redito huc circiter meridiem. Curtius. Multi ... bello capti: circiter duo milia desiderati aliquando etiã locum dicit. vt lapis circiter in medio quadratus. Bene etiã dicit: circa Petruz est ingens solitudo. Circiter sepe aduerbiascit. vt circiter in medio: altitudo circiter pedũ triũ. i. fere venit ... ra circiter tertia &c. Itaq̃ hec prepositio circiter nõ seruit cuilibet casui: vt male ... dit Georgius Ualla lib. xxxiij. ca. iiij. Pro circiter vel fere non dicam quasi: licet ... detur aliquando sic inueniri vt ante dixi. nã id fit nimis sepe in sacris vt incipiens quasi annorũ. xij. pro circiter aut ferme. Circa cõponitur vt quocirca. i. ideo quãobrem circumcirca. i. ex omni parte per totum. ¶ Contra & erga quomodo differunt. Contra in malam partem capitur: nisi significet e regione ex opposito: vt contra ho... stes inuenta sunt arma. habito contra Joannem. i. e regione Joannis. Erga sepissime in bonam partem capitur aliquando etiã in malã: vt pius erga parentes. ... authoritatem vbi erga significat contra in malã partem. Corne. Taci. Simul odio ... rum inuidieq̃ erga Fabiũ valentem ammonebat. Idẽ. Id vo erga pplm superbum erga principem contumeliosum: q' in manu sua fuisse imperiũ donatũq̃ Uespasiano iactabat. Plau. in Aulu. Erga te imprudens peccaui. Idẽ in Cas. Erga venerem inique fecerim. Tit. Liui. vj. quarte decadis. Castigati tñ verbis Boetij ob ingratum in tantis tanq̃ recentibus beneficijs animũ erga Romanos. Erga ad personam refertur: ideo teste Ualla nõ bene latine dicitur/Martha sollicita es: & turbaris erga plurima dicendum fuerat circa. Nebrisiensis dicit se notasse semel erga significare loci propinquitatem. ff. de verbo. signi. l. Statue. Contra sepe fit aduerbium pro e regione ex opposito. Uerg. Contra elata mari respondet Cnosia tellus. sic quando ... prepositio. vt carthago. Italiam contra &c. sic habito contra Petrum &c. Contra aduerbium etiã significat vicissim econtrario ediuerso. Uerg. j. enei. Sic venus & veneris contra sic filius orsus. Econtra latine nõ dicitur. licet in Tacito/Apuleio/et pluribus ipse legerim: & Lancilotus asserat recte dici: q' apud Quintil. & Senecam inuenit. Ego puto in omnibus mendũ esse econtra pro contra: & quum tot annotationes edite sint: potuit & hoc iure pro mendoso annotari: q' in nullis poetis reperitur pot apud quos an mendũ esset facile oñderet rõ metri. dicã itaq̃ semper cõtra: nũq̃ econtra: nõ ideo: q' due prepositiones nũq̃ cohereant. nã id falsum esse oñdunt in super circũsecus &c. sed q' apud latinos in emendatis codicibus credo nõ reperiri. Uulgus ecõuerso dicit. Docti nunq̃: sed econtrario: cõtra: ediuerso: vt cõtra Regium disputauit Scodrensis. Contra eundẽ dicit male dici cernimus fuisse: q' dicendum est accepimus. Contra cõpositionẽ ingredit: vt cõtradico: & a in o versa cõtrouersia. ¶ Extra & intra aduersant. Hora. Iliacos intra muros pugnatur & extra. Anicule mee extra vnã omnes mortue sunt. i. preter vnã. Extra fit aduerbium. Persi. Quo ... ueris extra compositionem ingreditur: vt extra ordinarius. ¶ Inter fere significat aliquorum medium: vt inter te & me est murus. Inter reges: inter vicinos: aliq̃n significat in eum locum. Cice. Dico te priore nocte venisse inter falcarios. i. illuc vbi erant falcarij. Pueri inter se amant. i. mutuo. Inter nos amamus: rustice exprimeretur bm nos sic inter vos amatis. Cõpositionẽ ingredit: vt interea inter hec interim que idem significant. Interim etiã significat aliquando. Quintilianus. Interim excusantur hec vicia. Interdiu. i. in die &c. ¶ Intra. i. nõ extra cũ affirmatione tamen vt intra menia: intra oppidũ: intra calendas &c. Lucanus. Intra castrorum tumulum tentoria ductor. Intra cubiculũ. i. in cubiculo. Aliq̃n significat citra. Cic. modice hoc faciã aut etiã intra modũ. modice cũ mõ: intra modũ: citra modũ: minus q̃ mediocri cui ꝯtrariũ est vltra modũ. Sic intra famã. i. citra opinionẽ aut minus q̃ hoies putar. t. Cõtrariũ est vltra famã. Quintilia. Hortensij scripta intra famã sunt. Intra tres horas hec scripsi pro hoc male ponitur vulgo infra: vt veniã infra horam: vbi dicitur intra horam. Calepinus vult hoc defendere. Plinius. xj. Qua infra decem

Circum

Circa

Circiter.

Contra.

Erga i malã partem etiã capit.

* i Oui. in lib. amo. Eximia est ỽtus p̃stare silentia rebus. At contra grauis est culpa tacẽda loqui.

Econtra.

Ecõuerso

Extra

Inter.

Interim.

Intra.

dies edita. Ego puto mendã esse Hermolai annotatione dignam. Infra pro intra. Augustinus de Petri cathedra. Quũ infra quadragesime dies hec solennitas venerit vitio librariorum male legitur infra pro intra: sic apud Boetiũ in. j. de conso Edixit vel nisi infra prescriptũ diem a Rauẽna vrbe discederẽt per notas insigniti frontibus pellerent. Badi. ait: legendũ est intra: vel infra pro ante. q. d. si aliter accipias nõ erit imitandũ. Ideo inepte dicit pseudo curtius. Sperant infallibiliter deditionez infra mensaz. Idem. Si infra. xij. calẽdas Octobris: sic adhuc sepius. Et quis excusari vt infra pro ante caperet nollem tamẽ sic loqui: sed libentius dicerẽ ante vel citra Intra nunquam aduerbiascit: quia dicimus intus vel intro. ¶ Infra locũ significat: vt infra tectũ: et ad dignitatẽ refertur. vt infra dignitatẽ meã est. i. minus quam dignitatem meã decet: sic infra nobilitatẽ: magistratũ etc. Terenti. in eunu. Ego te esse infra oẽs infimos puto. i. inter villissimos villissimũ aliquando aduerbiascit vt sedemus tu supra ego infra. Infra horã reuertar male dici patet intra. ¶ Iuxta. i. apud: prope. Plau. Iuxta te sum: tu pie tuearis oportet. itez iuxta. i. simul. Uarro. Quũ interea lucubrando faceret iuxta anxillas. i. lanã vna cũ ancillis. Fit aduerbiũ et in sacris dtm̃ hz: vt iuxta est dñs oibus inuocãtibus eum. i. prope. Apud eloquẽtissimos iuxta aduerbium significat similiter eque eodem modo. Plau. in Aulu. Dixi tibi mater: iuxta mecũ rez tenes. i. tam bene scis quam ego. Sal. in Cati. Cũcti sue hostiũque, vite iuxta pepercerãt Dtũs regitur a verbo pepercerãt non a iuxta: vt minus bene credit Thessaliensis Sal. in iugur. Hyemẽ atque estatem iuxta pati. Et cati. Eorum ego vitam mortemque iuxta existimo: quoniam de vtraque siletur. Plinius libro natura. histo. vj. cap. iij. Capilus iuxta feminis virisque in probo existimatur. Ornata est hec locutio: et diligenter notãda. Iuxta pro apud doctissimi etiam aduerbialiter vtuntur. Mela. Iuxta thyrsagete turceque vastas syluas occupant. Hinc iuxtim aduerbium. i. prope Suetonius in Tybe. Assidebatque iuxtim vel ex adue so in parte primori. Perottus iuxta credit a iustus dici et debere recte iuxta scribi per st. vt iustus. ¶ Ob: id est per vel pro aut propter: vt ob virtutem te amo. Et ad. Ennius. Ob Romam noctu legiones dicere Cicero Peto. Cuius ab os gratij ora aduertebant sua. Et ante. Liuius tertie decadis libro. viij. Feda mors ob oculos erat. In compositione modo contra significat vt oppono. aliquando circũ: vt obambulo. Et ad. vt abeo etc. ¶ Pone. i. post. vt pone nos recede: ait Plautus in penulo. Nebrissensis putat solum aduerbiũ esse admirans Donatum prepositionibus annumerasse. Ego vehemẽter miror Nebrissensem taz excellentis ingenij virum hoc scripsisse quum pone prepositio sit apud doctissimos non semel aut bis sed persepe. Plau. in penu. Faciunt succurre quod consueuerunt pone semel ant bis sed persepe. Plau. in penu. Faciũt succurre quod consueueruntt pone sese homines locãt. Et alibi. I tu pre virgo: nequeo quod pone me est seruare. Idem. Pone edem castoris. Sueto. in tyberio. Capillo pone occipitium summissiore: vt ceruicem etiã obtegeret. Idẽ in Nerone. Pone verticẽ. Et in Domit. Domitianum fuerũt sceni asse gibbaz sibi pone ceruicẽ aureã enatã. Taci. Tuta pone tergũ achaia. Idem. Florentissimus pone tergum municipis. Idem. Uicte tergum pone manus. Idem. Respexit pone tergum e primoribus Egytiorum noie Basilidem. Titus Liuius x. iiij. decadis. Pone castra vtrinque pabulatum et lignatum ibant. Apuleius. ij. de Asino. Pone ipsum lectulũ editiorem quendã lapidẽ insistens cuncta curiosis oculis arbitrabar. sic idem alibi sepissime. Plini. iiij. natu. histo. capi. xij. Pone eos montes vltraque aquilonem gens felix (si credimus) quos hyperboreos appellauere annoso degit euo. Papi. ix. the. Ausus erat furto dexteram inicctare Leontus Pone viros atque arma latens. Sepissime pone aduerbium est pro a tergo aut post. Uergi. Pone subit coniũx: ferimur per opaca locorum. ¶ Per primo conuenit locorum vt per forum ambulo. ¶ Scdo temporum: vt apud Cice. lib. vij. ad Atti. Tenuisti prouinciã per decem annos. ¶ Tertio persone. Uer. Per medios ruit ac moriẽtes noie clamat. ¶ Quarto iurandi est. vt per deũ. Ouid. Perque nouẽ iuro numina nr̃a deas. In hoc verbo perpulchre subauditur. vt in nauigo et verro. veluti iuro solem: verro terram. nauigo equor. Author Seruius in illud Uergilij enei. j. Gens inimica mihi thyrenũ nauigat equor. Idẽ. li. xij. Hec eadẽ Enea terrã mare sydera iuro. ¶ Quinto obtestandi et deprecãdi est. Uerg. Per te per. qui te talem genuere parẽtes. ¶ Sexto intercessorez significat. vt Id per amicos obtinui. Cice. Quo per me certior fias. i. me opante. Per te viuo. i. te auspice et tuo auxilio. ¶ Septimo cãm significat vt per te stetit quo minus perfecerim. i. tu in cã fuisti. et elegãter nunc loquimur. Per me non stetit quo minus doctior euaserim. Cor. Ta. de ora. Nolo Corninũ insequi: quia per ipm

* Nebris. dicit intra forte arctius significare quam in Cic. pro test. Antiochũ maiores nr̃i intra mõtẽ thaurũ regnare iusserunt.

Infra.

Iuxta. Uergi hũilis volat equora iuxta.

Iuxtim.

Ob.

Pone.

Per capit. xj. modis.

non stetit quo minus exprimeret. ¶ Octauo particula est separandi excludendiq; vt per me notaui. Mart. Hoc p me didici dicere. Cesar ane. Fa. precepta citra exercitationem per se nihil prosunt. i. sola. Cato in re rustica. Conterito in mortario per se vtrũq; i. separatim vtrunq;. ¶ Nono significat inter. Verg. i. geor. Circum perque duas in morẽ fluminis arctos. i. inter duas teste Nebrissensi. ¶ Decimo significat in: teste Lanciloto vt per agros crescit herba: & est elegantis vt ait. ¶ Undecimo simulandi vim habet vt per cãm per speciez. i. simulate. Ti. Li. iiij. Ut quũ appropinquaret ianue rex per causam aliquã in angustijs sustineret a tergo agmen. Idem. Hi priusq; aliqd mouerent colloquendũ cum hannibale rati nocte per speciẽ venandi vrbẽ egressi ad eũ pficiscuntur. Hos notaui modos de per extra compositionem: inueniet diligentior plures: neq; inuideo. ¶ Per in cõpositione varie significat. Primo per. i. valde vt perdoct9: perplacet: percupio. In quibusdã p per vtimur pre: vt prediues: predulcis: prefugio: preclar9: predurus: precultus: prelongus: preferox: pcupid9: preualẽs: pprosper: prelaut9: ppinguis: prealt9 &c. ¶ Scdo significat trans vel p mediũ: vt pfluo: pluceo: aut pelluceo: pspicuũ: pcui9 mediũ videm9 vt crystall9 ¶ Tertio perfectionem significat. Lactantius. Si legit perlegat. i. vsq; ad finem legat. Cic. Nũcius qui lras accepit nõ pertulit. Sene. Leue est miserias ferre: perferre: graue. Marti. Naz vigilare leue est: puigilare graue. Agit reum q̃ accusat: pagit qui cõuincit: multi suadẽt. pauci psuadẽt. i. suadẽdo credere et qd consulit agere cogunt. Idem facit aliqñ ex: vt oro exoro. Persequor capit in bonũ & in malũ. ¶ Quarto pernegat. vt pfidus: piurus qui fidem & iusiurandũ fregit. ¶ Quinto significat nimis vehemẽter: vt ptinax q̃ nimis tenax est: dur9 & inexorabilis: & sepe in maluz capitur: vt pdo pereo &c. ¶ Prope. i. apud iuxta: vt ppe te sz eo: fit aduerbiũ vt ppe est exercit9 & significat sepe fere. vt ppe cecidi. Cõpositionẽ ingredit: vt ppediẽ. i. cito: quasi ppe est dies qñ hoc fiet. Ter. Et illũ tibi saluũ affutur esse hic cõfido ppediez: ppemodũ. i. fere pene quasi ppe mensurã. De ppe aliqñ legit. ¶ Propter prio causam innuit: vt ppter te hec patior. ¶ Scdo significat ppe et iuxta tam in psa quã in carmine. Verg. Et viridi in cãpo tẽplũ de marmore ponã ppter aquã. Ter. in adel. Nimiuz isthoc abisti: ppter hunc assiste. prepositio est nõ aduerbiũ cõtra Calepinũ: Cic. in. ij. rheto. Fluuius eurotas is qui ppter Lacedemonẽ fluit. Idem in Pisone Mihi hic vir clarissimus qui ppter te sedet. Belli9. xix. cap. iiij. Propter ignem diutius stetit. Apul. viij. meta. Ignem propter assidens. Audeto ergo puer hoc loquendi modo: vt pereleganti vti citra affectationẽ tamen. Propter compositionẽ ingreditur: vt ppterea quapropter &c. ¶ Scdm pmo significat iuxta: vt scdm fores cubat canis Nam qd scdo loco est prope est. Ser. Sul. Duo vulnera accipisse vnum in stomacho: alterum in capite scdm aurem. ¶ Secũdo: scdm. i. post quasi scdo loco. Cice. Proxime autem secundũ deos: homines hoibus maxime vtiles esse possunt. sic Secundũ deum te maxime diligo. ¶ Tertio significat pro: vt scdm te litem do. Belli9 Secundũ me lis data fuerit. ¶ Quarto significat in: vt scdz quietem videbar mihi tecum disputare. i. in quietez vel sopno. Suet. in augu. Affirmauit ipsum esse cuius ymago secundum quietem sibi obuersata sit. ¶ Quinto significat super. Sallust. in Jugur. Secundum ea vti deliberetis vere. ¶ Sexto ad emulatonem vt secundum Franciscum viuo. i. similiter Francisco: emulando eum pro viribus. ¶ Septimo significat iuxta sententiam: vt secundum Solonem ante mortem beatus dicendus est nemo. i. iuxta sententiam Solonis. Fit aduerbiũ secundum pro post. Plaut9. in Amphi. Age tu: secundum sequor. ¶ Post. vide ante. ¶ Trans. id est vltra: & tam motus q̃ quietis verbo datur contra quosdaz. Horatius. Celum non animum mutant qui trans mare currunt. Vergi. in geor. Illas ducit amor trans gargara: transq; sonantem Ascanium. Quintilianus de pastu cadauerum. Ergo vt vidimus salutem publicam trans mare petendaz. Ingreditur plerunq; compositionem: vt transeo: Amittit ns in trado: traduco: traijcio: trano. Veteres tamen transdo: transduco dixere: qua transduco legi in Cicerone: & transdo in Terentio. Contra: nunc dicimus: transmutto: translatum: transpono. Veteres: teste Donato: tramitto: tralatum &c. dixere. Et ipse apud Ciceronem legi: tramittebam tralatitium.

¶ Ultra prepositio est. vt vltra Ethiopiam. Ultra Sauromatas fugere hinc libet. ¶ Et aduerbium. vt quid vltra faciaz nescio. i. plus. Ultraq;. i. plusq;. Ultra tamam id est plusq; homines opinentur.

Per in cõpositiõe capitur modis quinq;

* Plaut9 ita is pellucet quasi laterna punica.

Per agere reum.

Prope.

Propter.

Scdm capitur. viij. modis.

Trans.
Ultra.
Veteres Uls dicebant q̃ particula qm exiguo sonitu obscurius pmebatur addita est sillaba tra diciq; ceptum est vltra.

Supra.

¶ Supra ꝓpositio est. Uerg. Olli ceruleus supra caput astitit imber. Aliq̃n significat vltra. vt supra morē: supra modũ: supra iustũ. i. plusq̃ȝ iustũ est. Uerg. ij. Geor. Rara sit an supra morē sit dēsa requiras. Ueteres supa: ⁊ infera dixere: ꝓ supra ⁊ infra. Cic. in ara. Huic supra duplices humeros affixa videt̃ Stella micans. Tres supra viginti. i. viginti tres. Ceciderunt in bello supra duo milia hoīm. i. plusq̃ȝ. Sepe aduerbiascit. vt ego infra sedeo: tu supra. diligo te supra q̃ȝ cuiq̃ȝ est credibile. i. plusq̃ȝ. Sallu. Corpus patiens inedie algoris ⁊ vigilie supra q̃ȝ cuiq̃ȝ credibile est. Supra et sup fiũt a greca prepōne hyper: aspiratione in s versa ⁊ y in u fit sup. hinc supra. sic ab hypn⁹. i. sopnus fieret supnus: sed u aliq̃n in o vertit̃. Hinc dicimus sopn⁹ per p sine m: nō somnus nec sompn⁹: si recte scribere velim⁹. Greco vtit̃ Martia. dicēs. Hypne quid expectas ⁊c. Habui hoc primũ ex Philelpho: deinde ex Gellio lib. xiij. capi. ix. dicēte. Qđ item illi hypnos: nos primo sypnus: deinde per y grece latineq̃ȝ o litere cognationē: sopnus. Male vulgo imprimitur in Gellio Symnus somnus: ꝓ sypnus sopnus.

Sopnus.
Gel. locus

¶ Quō differũt sup ⁊ supra? Super significat contiguũ: supra vero nō: vt sedeo sup lapidē: volat supra me auis. Eodē modo differũt infra ⁊ subter Nā subter significat continguũ: intra vero nō. Seruatur ne semper differētia? Non semper. sed sepissime. Augustinus lib. vi. cōfess. Nec ita erat super mentē meã: sicut oleum super aquam: nec sicut celum super terrã. mallem dicere celum supra terraȝ. Liui. lib. xliij. Ubi circa muros supra subterq̃ȝ terrã per dies. xx. pugnatum est.

Supra et sup dr̄nt Infra. Subter.

¶ Preter primo exceptionē significat. vt nullũ timeo preter deũ. i. excepto deo. Gel. xvij. ca. xxi. Galli Romã preter capitolium ceperũt. i. totã Romã excepto capitolio. sic recte vbi de toto integrali loquimur: ⁊ partem excepimus: loq̃mur. nec oportebit addere totũ: aut signũ vniuersale: vt domus mea p̄ter cubiculũ meũ cōbusta est vbi de toto integrali: non loqueris: addito signo vniuersali. vt omne animal preter hominem brutũ est: preter patrē neminē vereor: male autē homo preter Joannē ambulat. Scđo significat vltra. Quinti. Multa erant p̄ter hec que obijci merito potuissent. Pli. lib. x. Preter hominē sopniare equos / canes / boues / pecora / capras: palaȝ est. Mittã aurũ preter argentũ. i. ⁊ argentũ. Tertio significat ante. Cice. in ver. Preter oculos soli ferebãt. Quarto significat cōtra. Teren. in and. Preter ciuiũ morem atq̃ȝ legē. sic preter rōnē ⁊c. Quinto significat sine: ⁊ inuenitur cũ abltō. Sallu. apud Priscia. lib. xviij. Preter rerũ capitaliũ condēnatis. Pli. etiaȝ abltm̃ dedit huic ꝓpositioni lib. xxiij. ca. xi. Aduersat̃ venenis: ⁊ venenatis p̄ter anguibus. i. exceptis anguibus. preter spem: p̄ter opinionē. i. insperato inopinato. Ingredit̃ cōpositionē: vt preterea: p̄terq̃ȝ. i. p̄ter: sed aduerbiũ est cōiungēs siles casus. vt p̄ter q̃ȝ deus timendus est nemo: aut p̄ter deũ timēdus est nemo. Hora. Graijs ingeniũ graijs dedit ore rotundo Musa loqui preter laudē nullius auaris. Dicimus bene p̄terq̃ȝ ꝙ. i. nisi ꝙ Pli. Omnia nobis ex voto successerũt: preterq̃ȝ ꝙ: in itinere defunctã matrem audiuimus. Preterpropter. i. p̄ter aliud q̃ȝ ꝓpter id de quo loquimur: vt p̄terpropter virtutem acquirendã monachus efficeris. Ennius apud Gel. lib. xix. ca. x. p̄terpropter vitam viuit̃. i. ꝓpter aliud q̃ȝ ꝓpter vitã vtpote voluptatē aut gloriã ⁊c. Licet is loquendi modus sit perq̃ȝ vetus: tamen elegantiam affert: si parce vtaris.

Preter.
✻ Preter in cōpositione (vt ait Nebri.) significat ꝓpe vt p̄terfluo. in appositiōe vero significat magis extra cape.
Preterq̃ȝ
preterpropter.

¶ Circiter vide circa.

Usq̃ȝ

¶ Usq̃ȝ innuit cōtinuationē ⁊ finē actus: puta loci / tp̄is / ⁊ hmōi. vt vsq̃ȝ noctē: vsq̃ȝ romã. Uel postponit̃: vt Romã vsq̃ȝ. Cũ noibus vrbiũ: ⁊ pagoꝝ ⁊ rus: dom⁹ sepius sine alia prepōne ponit̃. aliq̃n etiã cũ alia ꝓpositione: ⁊ sic est aduerbiũ. Cic. ꝓ Deiota. Usq̃ȝ ad numantiã misit. Sepe ponitur cũ alia prepōne: ⁊ frequenter postponitur. Apul. Jam ad vsq̃ȝ amnē peruenerαmus. Uerg. Usq̃ȝ sub extremũ brume intractabilis imber. Terē. Ex Ethiopia est vsq̃ȝ hec. Uer. xi. Protei menelaus ad vsq̃ȝ colũnas Exulat. Itē vsq̃ȝ aduerbiũ. i. cōtinuo / diu / multũ / assidue / semp. Plau. in Stich. Ualuistin vsq̃ȝ? Tibul. Uera cano sic vsq̃ȝ sacras innoxia laurus Uescar ⁊ eternum sit mihi ꝟginitas. hic vescar actiñ hȝ. Uer. li. vi. Nec vidisse semel satis est: iuuat vsq̃ȝ morari. Aliquãdo significat ꝓpe. Terē. in adel. Me pugnis miserũ ⁊ istam psaltriam vsq̃ȝ occidit. Usq̃ȝ antehac. i. anteq̃ȝ teste Donato. Teren. in and. Ut animus in spe: atq̃ȝ in timore vsq̃ȝ ante hac attentus fuit. Usq̃ȝquo. i. q̃ȝlonge: q̃ȝdiu. vt vsq̃ȝquo ebria eris? Usq̃ȝquaque passim: assidue: semper. Cice. trebatio. Usq̃ȝquaq̃ȝ sapere oportet. Usq̃ȝ eo. Usq̃ȝ adeo: intantum. Cice. Usq̃ȝ eo: vt miserearе eius.

Secus.

¶ Secus. i. prope. vt secus sedebat. i. secus viã. Caper antiquus grãmaticus negat

* Passus recte dici. secus te sedeo: qz dicendū est: inquit: fm te sedeo. Ego opinor etiā recte dici. Secus te. Pli. lib. xxiii. ca. xv. Nascit̃ secus fluuios solito populi sed ampliore. Secus aduerbiū. i. aliter. Uerg. Haud secus Androgeus visu tremefactus abibat. Secus. i. minus. Apul. Nec eo secius approbabit̃ tibi nūc etiā firmitas animi mei significat etiā tardius. Actius. Si forte paulo ꝙ̄ veniā secius. Penes vide apd. ¶ Uersus semper postponit̃. Plau. Ego portū versus pergam ⁊ perquiram quē si nō inuenero: domū versus reuertar. Cice. Arretium versus. Sallu. Egyptū versus. Jungitur interim alia prepositio: ⁊ sic aduerbium efficitur: vt ad occidētem versus. Cicero in Lelio. Is primum in forum versus instituit agere cum populo.

Nō secus ac si oculo rubricā dirigat vno. Uer. haud secus accēso gliscit violētia turno. Uergil. ab ioue pn̄cipiū muse Jouis oīa plena. Ibidē. Hinc tibi que semper vicino ab limite sepes. Secus. Uersus.

¶ Prepositiones ablatiui casus.

A/ab/abs. A capitur modis. xii.

¶ A/ab/abs/idē significāt. Est ne aliqua in constructione differentia? Etiam. nā a solū cōsonantibus iūgit̃: vt a Petro: a domo. Ab vocalibus: ⁊ q̇buscunq̧ cōsonantibus. ornatius tamen l consonāti: ⁊ liquidis l ⁊ r. Abs rarissime vtimur: ⁊ vix aliter ꝙ̄ ante q ⁊ t. vt ab andria: ab duce: ab ioue: ab lege: ab rege. abs Quinto: abs Tito. Da authoritat. vbi ab iungit̃ aliis consonantibus ꝙ̄ l ⁊ r. Cice. Ab sociis: ab natura ab diis. similia apud eundē plura inuenies. Titus Liuius in diuersis locis hec ponit. Ab Titio/ab diis/ab simuli/ab nuncio/ab creditore/ab fallaci/ab plebe/ab quatuor: a principibus/⁊ alia his similia sepissime. Cesar in com. Consilio probato ab ducibus. Idem dicit ab nouissimis ⁊ similia per omnes fere consonantes. Plau. in asina. Da puere a summo. sic alibi multa per omnes fere consonantes: ideo parū iuste in hac re carpit Ualla Raudensem. ¶ A/ab/abs. Primo significant personam agentem. vt percutior a preceptore: defendor ab auo: osculor abs te: audiui a Petro ⁊c. ¶ Secundo motum de loco significant vt a summo ad imum descendisti. ¶ Tertio significāt post. Persius. O Jane a tergo: quē nulla ciconia pinsit. i. post tergum. Plini. Uirus equi a coitu statim collectum. i. statim post coitum. Sueto. in Cesare. Plebs statim a funere ad domū Bruti ⁊ Cassii cū facibus tetendit. i. post celebratas exequias. Idem in Tyberio. a cōmeatu castra repetentes. sic a partu: a consulatu: a nuptiis ⁊c. i. post partum ⁊c. cum magno ornatu dicuntur. ¶ Quarto significant de. Teren. A villa mercennarium vidi. i. de villa. ¶ Quinto exponunt̃ per ꝙ̄. Apl's. Existimo me nihil minus fecisse a magnis apostolis. Et paulopost. Nihil minus feci ab iis qui sunt supramodum apl'i. i. ꝙ̄ magni apostoli: ꝙ̄ ii. ¶ Sexto significant ꝙ̄. pro vel propter: vt veh mundo a scandalis. ¶ Septimo significant pro: vbi defensionis vim habent. Cicero in Bruto. M. Celius talis tribunus fuit: vt nemo contra ciuium perditoꝝ popularem turbulentāq̧ dementiā a senatu: ⁊ a bonorum causa steterit constantius. i. pro partibus senatus: pro partibus bonoꝝ. ¶ Octauo significant preesse: vt ab epistolis: a rōnibus: a libellis. i. qui preest epistolis: rōnibus libellis. sic a studiis: a secretis: a batis: qui preest mensuris. Batus vasis genus est. A punctis qui preest redditibus aquarioꝝ: a voluptatibus ⁊c. de quibus multa bene dicit Calepinus: ⁊ ego in heteroclitis de his disputaui. ¶ Nono possessiui locum sumunt. Teren. in and. Dic clare a vobis est: idest vester est. ¶ Decimo significant contra. Uerg. Defendo a frigore myrtos. ¶ Undecimo significāt ex. Teren. in Eeu. Ab sese suā voluptatem ⁊ expleat. i. sese. ¶ Duodecimo significant cessationem: vt ocyum est a bello. i. nō bellatur. Uaco ab opere. i. sum ocyosus. ¶ Ab re. i. preter rem hoc est indecens/inutile. Suet in aug. Et qm̄ hoc ventū est nō ab re fuerit subtexere id est nō incōueniens: aut nō inutile. Liui. Haud re duxi. Teren. in heau. Tm̄ ne ab re tua ocyi tibi aliena vt cures. que nihil ad te attinēt. i. tm̄ ne ocyi. est tibi a rebus tuis ⁊c. Cōpositionē ingrediuntur. vt amoueo/abeo/abstineo. Apella a greco est: vt aptotum ⁊c. ¶ Cum Petro ambulo: cuz honore te suscipio ⁊c. notissima sunt. Instrumento nō iungitur: quia gladio percutio: nō cum gladio dicimus. Aliquādo euphonie causa necessario postponitur. vt mecū/tecum/secū/nobiscū/vobiscum: non cum me ⁊c. quacum: quocum: quibuscum/melius ꝙ̄ cum quo cū qua cū quibus. Cice. Quid dulcius ꝙ̄ habere quocum omnia audeas loqui vt tecum. Quum. i. ꝙ̄uis vel quando aduerbium aut cōiunctio est quum optime de te sim meritus. semper ostendis te esse ingratum. Cicero. Nō nihil me consolatur quum recordor quanta me cōplecteris beniuolentia. De hoc quia quidam per q scribunt quidam aliter dicam in Orthographia. Cum nō ingreditur compositionem: quia pro cum: habemus inseparabiles prepositiones co/con.

Batus.

Ab re.

Cum.

¶ Coram aduersat claz: vt corã iudice causã egi. Sepe est aduerbiũ. Ter. in eunu. Que mihi añ oculos corã amatorẽ adduxti tuũ. ¶ Differũt añ ꝛ corã: Nam añ ocu-los lõge intelligi põt. Corã primitatẽ significat vt ex dicta authoritate grãmatici colligũt. Redde q̃ mihi corã recepisti. Corã est qđ min⁹ periti dicũt p̃sentialiter. Ueteres corã cũ actõ ponebãt: vt corã p̃ñtes vel p̃ñtib⁹. author est Dona. in adel. Apu le. sepe dicit in corã ꝑ palã. Quõ differt corã a palã: Corã ad certas p̃sõnas ptinet Palã ad oẽs ꝛ fere aduerbiũ est pro manifeste in aperto. Teren. Si falsũ aut fictũ continuo palã est. Aliqñ prepositio est contra Lancilotũ. Titus Liui. lib. vi. ab vrbe Rem creditori palam populo soluit Ouid. de morte Drusi. Et fleuit populo Cesar vtrũq; palam. Idem. v. tristiũ. Nec palam tuto de me mala sepe loquunt. Forsitã obiiciũt exiliũq; mihi. i. loquũtur tuto. i. tute q; eos non intelligo. sepe mala de me palam me. i corã me. hic nota ↄtra differentiã datã: palam aliquando de certa per sona dici. A palam fit aduerbium pro palam. i. manifeste: ꝛ verbũ propalo as. i. manifesto: aperio. Significat etiam in longum cresco: aut potius crescere facio. Col. lib. iij. Deinde ex eo sulco quasi ramos fossarum facies: per quos vt queq; virga posita uerit propaletur: atq; ita terra adoperies. In propatulo. i. in publico.

Coram. Ante. ✱ Uergi. Postq; in-trogressi ꝛ coraz data copia fãdi Et. i. enei. Corã quez q̃ritis adsũ Palam.

¶ Clam. i. ignorante vel ignorãtibus siue occulte: vt clam patre fugi. i. nesciente patre. Clam custodib⁹ exiui carcerez. Clam me est. i. ignoro. Pro eodem elegãter dicit fugit/fallit/latet/preterit/capit me hec res. i. ignoro hanc rem sine casu aduerbiuz est apud poetas sepius q̃ oratores. Uer. i. eñ. Claz ferro incautũ superat secutus amorz hic aduerbia idem significãtia ꝑ claz ꝛ clãculũ. Clã prepõ lz abltõ sepius gaudeat: lz tñ interdũ actm̃: vt bene dicit Dona. Plau. in mercatore. Ratus clã patrez meũ posse habere: sic idem sepi⁹. Cice. in Sal. Timẽs ne facinora ei⁹ claz vos essent.

Clam.

¶ De primo materiã significat: vt carmẽ de bello Troiano. i. cuius materia est bellum Troianũ. Anulus de auro factus. A nunq; materiã innuit: sed efficientẽ cãm et ita patet differentia inter de ꝛ a. Pli. in epi. Liber tam ineptus vt non de puero: sed a puero factuz esse credas. itaq; a pro de non capit vbi materiã significam⁹ sed cõtra de ꝑ a capit: vt emi de Petro ꝑ a petro vt patebit. ergo male dicit Quid hoc a te audio: ꝑ q̃d hoc de te dicũt ꝛc. dicendum est. Quid hoc de te audio. Cice. scripsit de officiis: non ab officiis. Liber Donati de octo partibus orationibus: nõ ab octo ꝛc q; in his ꝛ similib⁹ materia significat non cã efficiẽs vti etiã hic de te bene merui: et templũ de marmore ponã. i. marmoreũ. ¶ Scḋo de capitur ꝑ a vel ab: vt emi de Petro librũ. audiui de patre meo. Cato de re rusti. de dño bono colono bonoq; edificatore melius emit. Cice. episto. lib. v ad Lentulũ. De crasso domũ emissem. Plau. in penu. De te quidem didici hec oĩa. Idem in Curgu. De illo emi virginem. Cice. pro Cluẽtio. Mulierem cuz emisset de sectoribus. ¶ Tertio de. i. propter. Teren. in eunu. Ecquid nos amas de fidicina hec. ¶ Quarto locuz significat: vt de celo venit ꝛc. In compositione sepe significat deorsum: vt descendo: demitto. Aliquando significat valde: vt deamo demiror. Interdũ diminuit: vt decresco: deferuesco Qñq; negat: vt despero demens: dedecet significat ꝛ alia in compositione q̃bus supersedeo. De olim aduerbium erat ꝑ deorsum. Unde adhuc habemus susq; deq; fero. i. par uifacio. quasi an sursum: an deorsum res feratur: flocci pendo. Sus ꝑ sursuz vetus est. Hieronymus. Dehabeo pronon habeo dixit ad Eustochiuz. Ita ille moderatur vniuersa: vt nemo quid postulet: nemo dehabeat.

De ꝛ a differunt. Susq; de-q; fero.

¶ E et ex idem significant: sed e consonantibus tantuz iungitur: vt e iure: e republica. Ex tam vocalibus quã consonantib⁹ iũgitur: vt ex arbore: ex dignitate. E ꝛ ex. Primo significãt materiã: vt culter fit ex vel e ferro. Scḋo e vel ex. i. a: vt audiui a patre: ex auo. Tertio significãt extra: ꝛ de: vt ex vrbe pulsus: ex naso stillat humor: e celo descendit: e regione longinqua piper portatur. E regione vna dictio. i. ex aduerso: ex opposito: vt e regione domus mee habitat sutor. Quarto e vel ex. i. ad vel pro: vt ex dignitate ex vsu ex vtilitate. i. pro dignitate vel ad dignitatem ꝛc. E re tua. i. ad vtilitatez tuã. E republica ad vtilitatem reipublice. Quinto significant secundum vt ex Platonis sententia Sexto in Cicero. E renibus laborabat. i. morbum patiebatur in renibus: sermo est elegãtissimus: sic laboro e pectore capite ꝛc. Septimo significant post. Statius p̃mo silua. Ex illo quantos iuuenis premat anxius ignes id est post illud tempus quod inepte dicitur ex tunc. Curt. v. Institu. Querere quotus dies esset ex quo Nicomachus ad eum detulisset inditium pro ex quo bene dicimus vt idez lib. vi. Quintus dies erat vt in eam regionez puenerat. i. postq;. Alia exẽplis declarabo. Et tpe. i. ex

E et ex. vij modis.

improuiso. hinc extēporalis & extēporarius vt orator extēporalis q̄ subito sine pme ditatione dicit: extēporale carmē &c. Idem ex tpe. i. p tpis pditione. Cic Ex tpe offi cium querit. Ex vinculis cām dicere: est vinctū rñdere criminibus. ¶ Ex sñia aliqd hre. i. ad votū & desideriū nr̄m. Quin. Habes ne vxorē ex animi tui sñia. Ex pposito i. dedita opera & ex cōnētione. Ex collo pendet pharetra. i. a collo aut iuxta collum Vinū ex spōgia apud Celsum. i. vino madefacta spōgia. Panis ex aqua e iure quēs vulgo offas dicūt. Pharmachū liquaṫ ex rosa. ¶ Quō differunt ex amphiteatro ve nio: & ab amphiteatro venio: Ex amphiteatro venit: q̄ in illo fuit. Ab amphiteatro venit q̄ in loco fuit pximo amphiteatro. Sic surgit ex fonte aqua si in illo fuit. Sur git a fonte. i. a loco fonti pximo. Eodē modo ad tribunal venit litigator i. ad locum tribunali pximuz. In tribunal venit iudex: q2 illud intrat. ita dic in reliqs. E pam philo grauida est Glyceriū: nō a Pāphilo. abs te: ab eo: nō ex te. ille est ex vrbe. i. ex tra vrbē In pposition e priuāt vt elinguis exanguis & augēt: vt exoro. i. orando im petro: & significāt extra vt educo extraho. Excursiz. i. excursitatione. Plau. in Asina. Non vides me excursim anhelituz ducere. Excogito: cogito: reperio &c. ¶ Pro pri mo significat cām: vt p te rogaui. i. tua causa. ¶ Scdō significat ante. Sallusti. p cu ria signū dat. Suet Religato p forib⁹ cane. ¶ Tertio p. i. loco & vice alicuius. Ter. in and. Ea lege: vt si te inde exemeriz: p te molā sic audacia p muro habeṫ. Quar to significat pp̄ter nec multū differt a primo mō: vt p testimonio adductus. i. pro pter exhibendū testimoniū. dedi pecuniā p predio. i. pp̄ter pdiuz. p iniuria quā ac cepi. i. pp̄ter iniuriā Hoc Cato dixit p scapulis: q2 serui scapulis vapulāt dū male faciūt: aut dicūt. In hoc modo ptineri pōt hic loquēdi mod⁹. Sto pro turribus. i. pro pter: vel ad turres defendēdas. Ter. Naz nisi hec ita essent: p illo aut stares. Verg. lib. ix. Pro turrib⁹ astant. ¶ Quinto p. i. ad: vel scdz: vt p meis viribus. huc reducit illud. Pro se quisq̄ viri. i. p viribus suis: q̄sq̄ aut pp̄ter se q̄sq̄. pro Platonis sñia. i. scdm Platonis sñiam. ¶ Sexto pro. i. in: vt p rostris p tribunali. Sueto. in Cesare Defunctam laudaui e more pro nostris. ¶ Septimo authoritatē innuit: vt tribuni plebis p potestate intercesserunt. i. authoritate potestatis sue. Sub hoꝝ aliquo mo do est quicquid subijciam pro valuis fixi literas. i. in valuis. Gratiā retuli pro meri tis. i. secundū merita. non irasceris p materia. i. scdm exigentiā aut qualitatē mate rie. Ouid. Grauius saturnia iusto. Nec pro materia fertur doluisse. Silli. viij. Ince pit & blandas addit pro tempore voces. i. scdm tpis conditionē: aut postulationem Teren. Hoc tibi pro seruitio debeo. i. causa seruitij: aut scdm seruitutis legem. Pro indiuiso. i. nulla habita aut facta diuisione: verbū iurisconsultoꝝ est. Ne dicas com moda mihi librū pro hora: sed in horam. Nec hoc maxima pro parte falsum est: sed ex maxima parte: licet in Boe. de consola. iij. legamus. Pro maxima parte terrarum videaṫ inglorius. ¶ Pro interiectio ante patuit. Componiṫ p: vt promitto: prudeo prodeo &c. ¶ Pre primo significat ante. Gualterus. O felix mortale genus si semper haberes Eternū pre mente bonū fineq̄ timeres. & aliqñ est aduerbiū. Teren. I pre sequar. Liuius. lib. j. Pre se armentū agens. i. ante se. abltūs est se non actūs contra Calepinum. Pre cunctis honorandus. i. ante cunctos: et ergo plusquā ceteri. ¶ Se cundo. Pre. i. pp̄ter vel ab: vt pre timore tremo. Terentius in eunucho. Ut sit mise ra pre amore. Idem. Pre studio dum id efficias qd̄ cupis. Apu. Pre luxuria: cuncta pfuderat. ¶ Tertio significat pparationē. Ter. in eunu. Hic ego illū contempsi pre me. i. ad comparationē mei. Liui. Paruā albā pre ea vrbe que condereṫ fore. Huc re ducitur loquēdi modus vbi pre videṫ exceptiua pro preter. Cice. p Amerino. Unde tis vt oēs despiciat: vt hoiez pre se neminē putet. i. preter se aut ad cōpationē sui Gel. lib. j. Pre se vno ceteros omnes rudes esse predicabat. Interdū abltūs subau ditur. Plautus in persa. Immo res omnes relictas habeo pre quod tu velis. pre s. 3 eo. i. respectu eius quod tu velis: hinc fit aduerbium preq̄. Plautus. in Aulula. Hoc etiā pulchrū est preq̄ vbi sumptus petūt. Idem in penulo dixit pre sibi in dtō idest ad suū geniū amenēdū: vt Baptista pius ait. Preut. i. preq̄ & quod vulgus diceret scdm q. Terent. Ludum dices preut huius rabies que dabit. Preter. vnde Catul. Dicebas quondam solum te nosse Catullū. Lesbya: nec pre me velle tenere Iouem sic pre illis nuge erant oia. In compositis varie significat: vt prefero: preclarus &c. Pre & quecūq̄ inde sunt diphthōgon habent. Ut preter hac. i. posthac. Apud Plau tum vox elegans. Plau. in rudente. Si preter hac verbū faxis hodie: ego tibi comi nuam caput. Ornate dicimus pre me fero: pre te fers &c. idest dicto aut facto induce

Pro septē modis capitur.

*Sall. in Jugu. Pro muro dies noctesq; agitare.

Pre.

Preq̄.

Preut.

Preterhac pre me fero.

profiteor. Quintil. Fiduciam igitur pre se ferat orator. semperque ita dicat tanquam de causa optime sentiat. sic Joannes letitiam pre se fert idest apparet letus hoc carmen pre se fert miram poete subtilitatem. Tue litere multum pre se ferunt ornatus Dic etiam per compositionem prefero letitiam &c.

Prefero.

¶ Sine: & absque idem significant: neutrũ cõpositionẽ ingreditur. vt neque vltra: clam pone et plures. Sine imperatiui modi verbuz est a sino. Syncerus nõ est a sine: sed a syn. i. con. Absque Calepinus aduerbiũ esse vult apud Terẽtium pro nisi. Uerba Terentij sunt in ecyra. quod fortunatus sum ceteris rebus absque vna hec foret: hanc matrem habẽs. vbi potius legitur teste Calepino in ntõ absque vna hec foret quã in ablatiuo hac foret. Nã sensus est absque. i. nisi hec vna scz res videlicet cõiunx ex alieno (vt tunc putabat) pariens esset. ¶ Tenus. vide lectionis huius principium.

Sine.

¶ Procul. i. longe abltm̃ plerũque regit: & raro actm̃: ideo ppõnibus iure annumeratur Da authoritatez de abltõ. Tacitus. Nec procul cede aberant. i. prope interficiebantur. Curtius. Jam ventum procul mari quod hiberniã insulam spectat. Et lib. viij. Procul muro. sic alibi sepe. Da authoritatẽ de actõ. Curt. Procul vrbẽ. Plini. ix. natu. histo. Uilla est cãpanie: haud procul Neapolim. Titus Liui. xxxj. Locus procul muros satis equus agẽdis vineis fuit. Procul sepissime est aduerbium vt procul o procul este prophani. Ouid. Sint procul a vobis iuuenes vt femina compti.

Procul

* Procul põt & satis lõge significare & nõ valde hoc est pro ocl'is Uergi. Est procul in pelago saxuz quod satis lõge fuisse intelligi non põt. pzet eius spectaculi voluntas. Idem Serta procul tm̃ cati delapsa iacebant

¶ Prepositiones communes.

¶ In actõ iungitur. Primo vbicũque ad locũ motum significamus: vt curro in forum in campum. i. ad. Tamẽ differunt aliquantulũ venio in tribunal: & venio ad tribunal: vt dixi in prepositione ex. Itaque in castellum eo. i. intro castellum. ad castellum eo. i. ad locum castello proximum. testes sunt Diomedes & Donatus. Uergili. Quo te via ducit in vrbem. Idem. Impulit in latus. Redeo in gratiam. Secundo in pro contra vel erga accusatiuũ habet. de cõtra: vt crudelis in priuignum nouerca inuehor in emuli. Uerg. Quid me9 eneas in te cõmittere tm̃. Quid troes potuere. Lex lata est in adulterum & desertorem. De erga. vt mitis in discipulos preceptor. Uerg. Accipit in teucros animũ mentemque benignã. Tertio accusatiuum habet in vbicũque declaratur per ad: vel vsque ad: vel intra. Feci in tuam salutem. Plinius. Ita est profecto: multis fortuna parcit in penam. In rem tuam est. i. ad rem tuã. In re tua est: pro re tua. Uide interest. Liuius. Bellum in tricesimum diem indixerãt. Bibo in lucem. i. vsque ad lucem. Martia. Hesterno fetere mero qui credit Acerraz Fallitur: in lucem semper acerra bibit. Omitto hec in aliud tempus: id est ad. dico in aurem i. ad aurem insusurro. Justi in perpetuũ viuent. i. vsque ad perpetuum. Dabo te in caueam. i. ad caueã: & mittam te in carcerẽ. Uacas in damnũ tuuz. In sacris Qui odit animam suam in hoc mũdo: in vitam eternã custodit eam. i. ad vitã eternam. Defecit in salutare tuũ aĩa mea. Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ. Cõmoda mihi Uergiliũ tuum in hunc diem. Liuius lib. j. Uir in fundamenta suppeditauere idest ad fundamenta. Celebremus hũc diem in honorẽ diue virginis Marie. i. ad honorem. Accepit eum Symeon in vlnas suas. In manus tuas cõmendo spm meum. do tibi in manus. i. intra: est motus latens ad locum: & ita ad primũ modum reduceretur Plau. in trinũ. E manibus dedit ipse mihi in manus. Terenti. Dic quid velis tibi dari in manum: vt herus his desistat litibus. Dare in manũ est pprie dare separatim sine arbitro: aut interprete. vt quum preuaricator: aut iudex corruptus accipit pecuniã. In diem addico. i. ad diẽ. hoc est, rem ita vendo: vt nisi alius ad prestitutũ diem magis obtulerit illius si qui pmo obtulit. Potẽs in pugnã. i. ad. Ille in venerem est putris. ¶ Credo in deum ad hunc modũ adiecit Guilielmus zenderus. Credo in deũ. i. vt ipse ait credẽdo tendo ad deũ. Ceterũ nugatur si Ualle credimus: qui in Joãne dicit nihil distare. Credo in deũ: & credo in deo: sed vterque modus latinis est inauditus. Apud grecos accusatiuus est quem nunc per accusatiuum: nunc per ablatiuũ nostri transtulere magis affectate quod seuere inquit Ualla. de actõ in Joanne. Ois qui credit in euz non pereat. Et mox / Qui credit in eũ nõ iudicatur. De abltõ in Joanne. Qui credũt in noĩe eius. Et ois qui credit in ipso nõ pereat. In acti. apost. Multi crediderunt in domino. ¶ Quarto vbicunque significatur diuisio: mutatio: aut conuersio: in accusatiuũ habebit. vt vxor Loth versa est in statuã salis. Troia versa est in cineres. Daphne mutata in Laurũ. Lycaon in lupum. Anteon in ceruum &c. Ouidius. Uersa est in cineres sospite Troia viro. Refero in melius: idest conuerto. Huc reducito. accipias in bonam partem. Uergi. Scinditur in certum studia in.

In cũ actõ viij. mõis.

Credo in deum.

contraria vulgus.aīal in varias species diuidit᷑. Partior in socios panē. Uergi. Socios partit᷑ in oēs Una. Apul.i.met. Offulā grandiorē in cōuiuas emulos contruncare gestio. elegantes sunt orōnes. ¶ Quinto vbi ad similitudinē formāre. alterius quid fieri significamus in actīm habebit vt lapis excisus in antrū.i. in formā antri Uerg. Portus ab eos fluctu curuatus in arcuz i. in similitudinē arcus: teste Seruio. Idē. Tum vero in nūerū Faunosq̄ ferasq̄ videres ludere.i. ad similitudinē nūeri hoc est cātilene & rithmi ait Serui⁹. Sic figulus fingit lutū in ciconiā in monachuz in morionē. Apul. lib.ij.meta. Lapis pari⁹ in Dianē factus. Idē. lib.iij. In asini faciem fena rodebamus.i. habētes figurā asini. Sedet in amicū.i similitudinē amici aut sicut amicus: teste diuo Augustino ¶ Sexto vbi significat apud vel a. Cicer. in Paradoxis. Nō pbant᷑ in vulgus. Idem de vniuersitate. Indicari in vulgus nefas Et lib.ix. Ad Atticū. Alter religiosius nunc dies. alter in vulgus ignotus. Curt. iiij. Edita in vulgus egyptiorū responsa. Liuius.xxiij. Milite in vulgus leto. Tacit⁹. Celebrata in vulgus Celsi laus. Idem. crebre in vulgus mortes. Similiter loqueris ornatissime. ¶ Septimo pro super. vt multa in eam rem sum locutus. Seruius in Donatuz. Ambrosius in Lucam. Lyra in Joannē.i. super. sic loquemur quoties cōmentatores allegamus. ipsos vero authores: aut qui e greco transtulerunt: per abltīm significabimus: vt Donatus in libello de octo partibus. Terē in and. Hieronymus in genesi: q2 ipse transtulit: si aūt allegam⁹ aliqd qd Hieronymus scripserit sup Genesim dicemus Hieronymus in Genesim. Itē in significat sup: quū dicim⁹ dormio in aurem: dormio in latus: felix cadit in pedes &c. ¶ Octauo in actīm habet vbi significat qualitatē ordinatiuā: vt opus in dies crescit. Amor tuus crescit mihi in horas. Uergil. Inq̄ dies auidū caput altius effert.i. de hora in horam: de die in diem aut per singulas horas: per singulos dies. Uergi. Gallo cuius amor tm̄ mihi crescit in horas. Quantuz vere nouo viridis se subijcit alnus. Pli. in epi. Expectantem in horas: dixit. ¶ Quō differūt in dies & in diē: similiter in horas & in horā? In dies & in horas significāt quotidie: per singulos dies: per singulas horas: & fere sp cōparatiuo aut verbo incrementi iungūtur: vt in dies doctior: in horas crudelior: pestis in dies: vel in horas crescit. In diem & in horam notāt vnū quēlibet diē non habēdo rationē futuri: vt prodig⁹ in diē viuit: in horā viuit. Da authoritatez de in dies. Liui. Crescēte in dies multitudine. Cic. Quū id malū serperet in dies magis Pro eodē recte dices q̄tidie aut in dies singulos. Cice. p Marcel. Tua iustitia & lenitas animi florescit quotidie magis. Idē ad Atti. Quotidie vel potius in dies singulos breuiores ad te literas mitto. ¶ Cur dixisti fere semp? Q2 aliqñ in dies sine cōparatiuo & sine dictione cremēti legit᷑. Sallu. in Jugu. Itinera p fectusq̄ in dies mutare.i. mutabat. Ornatius ponit᷑ cū dictiōe cremēti. Quō differūt ergo/ quotidie et in dies ¶ Quotidie rari⁹ cōstruit᷑ cū dictione incremēti: in dies fere semp: meli⁹ tñ quotidie cū incremēto efferes q̄ in dies sine incremēto. Cice. iiij. de finibus ostendit vtrūq̄ dicens. Hic curatiōe adhibita leuant᷑ in dies: alter valet plus quotidie: ergo nō male dixit Pseudocurti⁹: Fio in dies frequēs. Liui. vj. tertie. Patrie occasum cum suo exitio in dies expectabāt. Da authoritatē de in diē & in horā. Quint. Nō vt fere volucres p̄ntis modo cibi memores in diē viuūt: duratur⁹ hyeme reponitur vict⁹. Cice. in Phil. Hec q̄ in horā viuūt nō modo de fortunis bonis ciuiū: sed ne de vtilitate quidez sua cogitauerūt. Raro cū alio v̄bo q̄ viuo ponunt᷑ in diem in horā. Sallust. in iug. Panē in diem mercari.i. mercabat᷑. ita legit Ualla: licet aliqui libri habeāt in dies. ¶ Extra hos modos in plerūq̄ abltīm hz vt vbi ad locū motus nō significat᷑: vt in cāpo curro si sūz in illo: in cāpū curro si nō sūz in illo: sed ad illuz curro: sto in foro: sum in vrbe. ¶ Scdo pro inter. Quinti Neq̄ eñ tiburcinabūduz et hurchinabundum iam in nobis quisq̄ dixerit.i. inter nos. Sueconi⁹ in Cesa. Preturba elisi exanimatiq̄ sunt plurimi: & in his duo senatores.i. inter hos. In sacris. Non fuit in vobis qui reuerteretur ad me. In vrbe erro.i. per vrbem. veho in equo i. super equū sedens Gellius. Uehens in equo. Itē pro ante. Cur. In oculis duo maiora omniū nauigia summersa sunt. Itez in sacris. Locut⁹ est vobis in filio idest per filium. Sunt & alij modi tam accusatiui q̄ ablatiui: si quis velit valde studiose cūcta percūtari: ponaz iaz tumultuarie aliqua quorum nōnulla sub predictis modis continentur. Terentius Uereor te in os laudare.i. ad os: in conspectu tuo. Calepinus dicit hic accusatiuū pro ablatiuo poni: vt apud eundē. In quem exempla fient pro in quo: neutrum tamē verebor imitari. Cōtra inuenies ablatiuū pro accusatiuo

* Cicero nequi i ho rā viuunt non mō de fortunis & bonis ciuium: sed de vtilitate q dē sua cogitauerūt.

In dies
In horas.
In diem.
In horam

Quotidie.

* Senec. Cum in dies augeretur audacia.

Indies

In cuz ablatiuo.

In cū actō vel abltō.

In os laudare.

vt/ Gratior est pulchro venies in corpore virtus. Sic legit Calepinus sed mēdose: q2 in epi.lxvij. Senece habet: Gratior est pulchro veniens e corpe virtus. Condun tur in aluo vel in aluū. sed hoc antiquū est teste Capro. Liui.iij. ab vrbe. Pessima de cēuirorū in vulgus fama est. i. apud vulgus vel inter vulg⁹: ornata locutio vt dixi. ¶ Incido in es lepidissime dicimus: aliqñ etiā incido in ere. Liuius lib.iij. ab vrbe. Leges in es incisas in publico pposuerunt. Da authoritatē de abltō cōtra Uallā. Cice. in actione.v. in Uerrē. In ere incisum nobis tradiderunt. Pli.iunior de laudibus Traiani. Incidenda in ere censuistis. Sic pro eodē dicimus includo in carcerē et in carcere. Cic. actio.vj. in Uer. Includunt in carcerē condēnati. Ibidē. in paucis villis inclusas esse videtis. Silr in rem meā est: & in re mea est. i. mihi vtile est. Iusti.xiij. In rem visum est ab egypto incipere. In eodē lib. ait. Epistolas in greciam scripserat. i. ad grecos. Lepide siles orationes poteris in vsum trahere. Orosius lib. vij. Nero virū in vxrē ducit. Loquere similiter. Apul.j. met. deuotionib⁹ sepulchralibus in scrobem procuratis. Et.xj. Omnes in me populi fabulant. i. de me: loquere similiter. Tacitus. Ante edem diui Julij iacuit primo ictu in poplitem mox a Julio Cario legionario milite: in vtrūq3 latus transuerberatus. Idē. militē in vba Uespasiani adegit. Idē. Cetera in cōe sita sunt. Idē. Nec cohibere parietibus deos: neq3 in vllam humani oris speciem assimulare ex magnitudine. celestiū arbitrantur. Idez. In contrariū disputes. Idē. In contrariū accingi. Plau. in aulu. Multo prius me collocam in arborē. Et in curg. Talos poscit sibi in manū prouocat me in aleā. Gel. lib.ij. ca.xix. Amici isti magnā in partē: cessatores sunt. i. magna ex parte. aut (vt vulgus loquitur) p magna parte. Cic in.j. de nat. deoꝝ. Homines morte deletos reponere in deos. Sudo in humorē. Ualeri. Maxi. In Sicilia duo scuta in sanguinē insudasse. Hec oīa per actm̄ dicta sunt. Notato oīa diligenter vt silr loquaris. Cesso in vota. i. tardus sum ad facienda vota. Cesso in votis. i. tardus sum dum vota facio. sic cesso in rem: cesso in re. Ponit hoc Badius. Fuit mihi in mentē per actm̄ aliqñ dicimus. Plau. in amph. Mihi in mentē fuit. sic recte dici testat Gel. li.j. c.vij. Cice. apud Gelliū. In predonū fuisse potestatē sciatis. Pōt etiā hoc per abltm̄ dici in mente fuit: in potestate fuisse. ¶ In mediū relinquo per actm̄ eleganter dr: licet vulgus in medio relinquo per abltm̄ dicat: author Gel. li.xvij. ca.ij. Quintus Claudius. Nos in mediū relinquemus: id est de hac re nihil iam decernemus: iudicabimus &c. Latine etiam per accusatiuū dicemus: teste Gellio in eodem capite. Pono in mediū: testimoniū nullū citat. Possumus per abltm̄ dicere pono in medio. Cicero oratione.vj. in Uerrē. Rem in medio ponam. Et in.j. de natu. deorū. Ponam in medio sententias. ¶ Compositionē ingressa: plerūq3 intra significat: vt includo: ingredior &c. Sepe negat: vt indoctus &c. Ab in fit inde: hinc deinde/ perinde/ subinde. Perinde tanq3 vel eo modo tanq3: vt custodi domū meaz pinde ac si tua esset. Aliqñ significat valde. Sue. Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Et adeo. Idē Nulla re perinde motus q3 responso Mathematicoꝝ. In vtroq3 citra negationem claudicaret. Proinde: id est ideo: quapropter. Subinde: id est deinde & statim atq3 frequenter cū quodā interuallo: vt abiens subinde respicit. ¶ Sub actm̄ habet primo vbi ad locū motū significamus. vt eo sub tectū. Uerbū. Postesq3 sub ipsos nitunt gradibus. ¶ Secūdo pro pauloante vel circa. Ouid. Sub noctē dicere vale. Sueto. in Aug. Sub natalē suū plerūq3 languebat. In eodē. Sub horā pugne tam arcto repente sopno deuictus. vt ad dandum signū ab amicis excitaret. i. circa horā &c. Uer. j. geor. Sub ipsum arcturum. i. circa vel pauloante. Hora. Occultā febrem sub tempus edendi dissimulas. i. circa. Uerg. Sub lucem exportant calathis. i. circa lucem adueniente die. ¶ Tertio pro per. Titus Liuius lib.j. Legati fere sub idem tempus ad res repetēdas missi: id est fere per idem tēpus. Uerg. Uincit atrox Juno & sub nocte cura recursat. ¶ Quarto pro statim post: vt sub hec vba. Cice. Planco. Sub eas autem reddite sunt. ¶ Quinto pro iuxta: vt quidā volunt: veluti steti sub oratorum et pro intra: vt abdidit pugionem sub illa. Plautus in milite. Negocium omne succedit sub manus: id est ad vel intra manus: hoc est negocium bene procedit.

¶ Sub ablatiuū primo habet vbi opponitur supra & motus ad locum nō significatur. vt terra sub pedibus est. ¶ Secundo sub pro ante vel coram: vt cadent sub iudice morum. Apuleius secundo meta. Sub istis oculis miser iugulatus est. ¶ Tertio sub: id est prope. Uerg. Quo deinde sub ipso Ecce volat. ¶ Quarto sub: id est cū: vt sub sarcinis. ¶ Quinto pro in. Uerg. Nāq3 sub ingenti lustrat dum singula templo

In es vl in ere incido.

Cesso in vota.

In mentē fuit.

In potestatem fuit

In mediū relinquo

perinde

* Perinde nōnunq3 significat eque Cic. in epi. Ego te et Dolobellā perinde diligo

Sub cum actō quinq3 modis

Sub cum abltō sex modis

Idē. Estqꝫ sub inuictis gloria nulla meis. i. in: vel de inuictis meis. ¶ Sexto ꝓpter vt dicunt quidā: veluti ille sub vitijs vadit ad interitū ⁊ pro post. vt latitas sub foribꝰ. Sub quinto modo continetur. Sub cōticinio vrbē inuaserūt. Sub nocte silenti. i. in cōticinio: in nocte: frequens locutio apud poetas. Sub manu. i. in manu ⁊ ꝓpter vel sub manu. i. statim ⁊ de manu ad manū. Seneca lib. x. episto. ad Luciliū. Consilium nasci sub die debet. Et hoc quoqꝫ tardū est nimis: sub manu quoqꝫ (vt aiunt) consilium nascatur. Sueto. in Augu. Et quo celerius ac sub manu annunciari cognosciqꝫ posset. Composita varie significant: vt subtristis subeo ⁊c. quibus supersedeo.

Super cū actō quinqꝫ modis.

¶ Super cū actō sepius legitur: vt qñ aduersatur prepositioni subter. vt super aera ether est. ¶ Scdō pro vltra. vt sup Garamātes ⁊ indos ꝓferet imperiū. Apul. Jam em̄ super oppidū profectus nos citra reliquerat. Studiu super mediā noctem: bona locutio est: teste Seruio. Uerg. hoc etiam per abltm̄ dicit/ Nocte super media. ¶ Tertio pro supra: vt quod signum vidisti super natum regem? Hunc modum posnit zenderus addens Quartum pro contra. vt eo super hostem. Et quintum pro iuxta. vt Sedimus in lachrymis super flumen Babylonis.

Super cū abltō. iiij. modis.

¶ Super abltm̄ habet primo ꝓ de: vbi de re aliqua mentionē facimus. Uer. Multa super priamo rogitans super hectore multa. i. de Priamo ⁊ de Hectore. Cic. xvj ad Atti. Hac super re scribam ad te Rhegio. i. ex illa vrbe. Sic dices/ super fratre tuo scribā ad te Gandauo. Et/ Joannes interrogauit me super valetudine tua. Taci. Multus ea sup re variusqꝫ rumor. Idē. Consulendū tali super re principē respōdit. Sillius. ij. Consultant bello sup. Gel. lib. ij. ca. xxiij. Maritus senex super vxore diuite atqꝫ deformi querebatur. Sic dices doce me sup hac re. Idē lib. iij. ca. j. Is a Fauorino rogatus: ecquid haberet super ea re dicere: pro de ea re vel in eam rem. Sic recte dr̄ vt opinor: habes ne aliqd super hoc versu dicendū: sic Seruiꝰ super Uerg. licet nō negauerim recte dici per actm̄. Seruius super Uerg. vti quod per abtm̄ potuisset dicere: per actm̄ Plautus maluit dicere in aulu. Juxta rez mecū tenes super Euclionis filiā. Secundo pro in. Uerg. Hic tamen hac mecū poteris requiescere nocte Fronde super viridi. In sacris. Salus deo nostro sedenti super throno ⁊ hagno. i. in throno. Uerg. Plena super arbore sidunt. In exodo. Altare de terra facietis mihi ⁊ offeretis sup eo holocaustū. In eodē. Adoleuit sup eo incensum aromatum. Esdre iiij. Ego sedebā super quercu. Qui in similibus: actō vti velit nō peius loquatur: vt opinor. qꝫ per abltm̄: vt in eo qd̄ in Marco dr̄. mittentes sortes sup eis qui tolleret. Et in ps. Sicut ablactatus est sup matre sua. ¶ Tertio sup. i. pro vel propter. vt super hac re nō moueor. Uerg. Nec super ipse sua molitur laude laborē. Quęqꝫ laborare oportet super fama tuenda. i. pro. In sacris. Maius gaudiū est angelis super vno peccatore. i. propter vnū peccatorem penitentiam agente ⁊c. vel ex vno peccatore ⁊c. Erāt Joseph: ⁊ Maria mirantes sup his que dicebantur de puero. i. de his aut propter hec ⁊c. Stupebant aūt qui audiebant eum super prudentia ⁊ responsis eius. Multū laboraui super promotione tui. ¶ Quarto pro preter (si zendero credimus) vt super his donis super addam alia. Nōnulla hic bene colligit: in multis tñ errauit: vt quū dixit sub pro ante actm̄ habere. vt sub noctē dicere vale. i. paulo ante noctem. hinc mendose colligit recte dici. Sacerdos stat sub altare pro ante altare.

Super aduerbium.

¶ Sup efficitur aduerbiū vbi casum desierit habere. Plau. Hinc atqꝫ hinc super subterqꝫ premor angustijs. Capitur pro desuper. Uerg. Et super e vallo prospectant troes Et valde. Idē. His accensa super. i. accensa valde propter hec. Ponitur pro superest. Idem. Nec fuga iam super supplex est: ⁊ pro insuper: ⁊ amplius. Idem. Cui neqꝫ apud danos vsqꝫ locus: ⁊ super ipsi Dardanide infensi penas cum sanguine poscūt. Compositionem ingreditur. vt supersedeo ⁊c.

Subter.

¶ Subter actm̄ fere semper habet siue quies fuerit siue motus. Sta. Desilit in campos qui subter menia nudos Asseruat manes. In. lib. iiij. regū. Helias quū sederet subter vnā iuniperū. poetice abltm̄ habet. Uergil. Quū tamen oēs ferre libet subter densa testude casus. aduerbiascit: apud Plautū vt ptz in super.

Subtus.

¶ Subtus. i. subter. Alexander putat vtriqꝫ casui seruire: vt subter. Ualla dicit subtus solum aduerbiū esse. Et in sacris vbi videtur prepositio esse: dicit vitio scriptorū sub pro subter poni: ⁊ retro pro post: foras pro extra ⁊c. vt in. ij. lib. Regū. Dilatabis gressus meos subtus me. sic in byblijs sepius. Si vera est Ualle sententia nō dubium quin mendum sit in Tacito dicente. Obliquis subtus vndas saxis exterrita. Et in Seneca in conso. ad Martiam: subtus tot maria.

¶ Inseparabiles.

¶ Di et dis separandi vim hñt: et cõponitur di cũ d/g/l/m/r/i/atq; n cõsonãtib9 vt diduco/digero/diluo/dimitto/dijudico/diuerto cum reliquis ɔponitur dis: vt discupio dispono rc. et cum i: vt disiungo. Ante f mutatur s in f: vt difficilis/diffindo/diffido. In dirimo mutatur s in r. Sed de mutationibus deo fauẽte in orthographia dicam. Dis primo separat. vt disiungo. ¶ Secundo negat. vt difficilis diffido. ¶ Tertio diuersitatẽ notat. vt dissideo/discordo. ¶ Quarto significat valde. vt discrutior/discupio dispicio. Celius Ciceroni. Oia intima conferre discupio. ¶ Quinto significat in diuersas partes: vt dispono: dissemino. ¶ Sexto dis. i. male. vt dispereo. Di greca dictio. i. duo aut bis. vt dijãbus. ¶ Re per apocopez a retro fit. ¶ Primo significat retro. vt respicio regredior. ¶ Secundo significat iterum: et iterũ sepeq;. vt repeto renouo. ¶ Tertio pfectionẽ significat: vt recognosco. ¶ Quarto reciprocationez. vt reclamo. ¶ Quinto contra. vt reluctor repugno resisto. ¶ Sexto inde. vt remoueo.

Di et dis.

Dis ;capitur sex modis.

Re capitur xj. modis.

¶ Septimo valde: vt redũdo. Octauo lõge. Vergi. lib. iij. Italiã petere et terras tentate repostas. Serui9 ait repostas. i. lõge positas. ¶ Nono ɔtrarietatez simplicis vt retego qđ tectũ erat denudo. resigno qđ signatũ erat aperio. recludo clausum patefacio. ¶ Decimo diuersam a simplici significationẽ hz nõ contrariã vt scisco. i. scio aut cognosco. recisco nõ significat iterũ scisco neq; ignoro: sed occulti9 factuz cognosco et aduerto. ¶ Undecimo nihil mutat. vt represento. i. presento: ante vocalez interponitur d: vocalitatis grã. vt redeo: redamo. sic in pro. vt pdeo: pdigo. Am. i. circum vt amplector: ambulo: vbi euphonie cã interponitur b. sic in ambages: ambio ambesus rc. Co et con idẽ significãt. s. cuz et simul. vt ɔiungo cohortor. aliqñ con pro cõtra capitur. vt cõtendo. Tertio p valde vt concrepo. Casus prepositionis nõnunq; sub auditur. Hora. Ventuz erat ad veste. s. templũ. Primo macca. Ceciderunt Nicanoris scz de exercitu. rc. Niger ait. Prepositio semper vult casuz prepositionis cuius officio fungitur. Nõ ausim asserere esse preceptum esse catholice verum.

Am. Co. Con.

¶ An recte dicamus de post fetãtes: de sub pede: de prope fontes: licet nolim frequenter sic loqui: tñ minime eiusmodi locutiones barbaras esse censuerim: qr similiter loquũtur nonnulli magne authoritatis viri. Florus de bello ligustico. sic de sub alpib9. i. de sub ipsis Italie faucibus gentes rc. Cicero. orone. j. in Catilinã. Contulisse in ante diem quintũ calendarũ Nouenbrium Vituperatur et ille loquendi modus: licet in sacris habeatur et apud Orosiuz. Preter hodie: vsq; ad nunc ab heri: a deorsum rc. Nec tñ dices cũ Cicerone ad pridie Calendas. Sub postea q; veni rc. Cicero lib. ij. ad atticũ. Ibi volo esse vsq; ad pridie Calendas Maias Sepissime similiter loquitur Balbus Ciceroni lib. ix. ad Atticum. Sub posteaq; nostras rationes cum Oppido ad te dedi.

De post fetantes.

¶ Regula vltima de genitiuo et obiter de alijs casibus pro aduerbijs loci quam carentiam rectoris vocat Alexander.

Questio si fiat per vbi: nomenq; prioris
Sit numeri: et proprium seu prime siue secunde
In patrio dabo quando locum defino minorem.
Militie belli atq; domi sic ponis humiq;.
Addimus interdum dictis terreq; togeq;.

¶ Propria nola pagoꝝ et oppidoꝝ (q̃ minora loca dñr) prime vel scde declinatiõis singularis nũeri cũ appellatiuis militie: belli: domi: humi: terre: et toge cum v̄bo vel pticipio vbi q̃stio fieret per vbi ponentur in gtõ p aduerbijs loci: vt si q̃ratur: vbi est papa: optie rñdebis. Papa est Rome. vbi studuisti: studui Gandaui/Louanij/Mechlinie/Antuuerpie rc. vbi est segnis: domi. vbi est temerarius: Militie. sic poma tacent humi. i. super terram. Condo corpus terre id ẽ in terra. Gratus principi belli togeq;. i. in bello et in pace. ¶ Da authoritatẽ. Hora. in epist. Me primis vrbis belli placuisse domiq;. Sil. viij. de Varrone cõsule temerario. Idẽ vt turbaru̅ sator atq; attendere solers. Inuidiaz prauusq; toge sic debilis arte belligera. i. teste Marso interprete: vt erat prau9 domi: sic erat ineptus foris et rei militaris penitus ignarus. Toga vestis erat qua Romani vtebantur in pace tñ. Ideo pro pace capitur. vt ille

Toga pro pace. Ma. Tulli9. Cedãt arma toge concedat laurea lingue.

¶ Timidus mori dicitur ne bene latine? Etiã: ⁊ eleganter quidem: Quia infinitiuus iũgitur pulchre quibusdã adiectiuis: vt tu es dignus cedi: paratus cantare ⁊c. Da talia adiectiua. Aptus / ineptus / audax / bonus / malus / celer / dignus / indignus / Facilis / difficilis / doctus / indoctus / habilis / nauus / piger / potens / peritus / timidus / par / certus / paratus et similia. Da authoritatem. Uerg. Dido certa mori. idem. Et cantare pares ⁊ respõdere parati. Gualterus. Non est apta legi que non maturuit herba. Hora. Audax oĩa perpeti gẽs humana ruit per vetitum nefas. Sta. Ille quidem disco bonus ⁊ contendere cursu. Hor. Celer sequi. Uerg. Et erat tum dignus amari. Luca. Facilis sed vertere mẽtẽ terror erat. Uerg. Soli cantare periti. Hora. Codrus pro patria non timidus mori. Sillius. Nauus abire timor. sic in Sta. Fortis peruertere turmas ⁊c. Dicimus etiam certus eundi vel certus ire. sic timens / cupiens / timidus / cupidus / doctus / certus / promptus / peritus / consuetus / auidus ⁊c. cantare aut cantandi. Pleraq; capiunt gerundium in dum: vt vtilis ad cantandum. Sic bonus commodus: malus incõmodus ⁊c. Quedam vtrunq; capiunt: vt paratus / aptus / idoneus / scribere ad scribendum.

Infinitiuo q̃ adiectiua iũgunt.
* Uergil. Ausus ⁊ afflictis melius confidere rebꝰ. Idẽ in georgi. Nec modus inserere atq; oculos imponere simplex.

¶ Quomodo differunt amatum ire ⁊ amaturuz esse? Differũt sic vt bene sensit Ualla. Nam amatũ ire est oratio p̃ntis tp̃is: ⁊ significat in via esse ad amãdum: vt scio te amatũ ire: lectum: ⁊ cetera. i. scio ꝙ is amatũ: lectum ⁊c. nec possumus per supinum ⁊ ire circumloqui futurum infinitiui: quia inepte dicit. Credimus Antichristum predicatum ire contra Christum. dicendum est. Credimus Antichristum predicaturum contra Christum. Amaturum esse est futuri temporis ¶ Argumentor. Diomedes / Donatus / Priscianus: ceteriq; grãmatici dicunt amatum ire: lectum ire: esse futura infinitiui. ergo etiã sunt futura, ab authoritate affirmatiue. ¶ Respondeo. locus ab authoritate grammaticoꝝ nec affirmatiue nec negatiue valet: nisi fulciatur authoritate oratorum / poetarum / historicorum aut aliorum scriptorum veterum. neq; eñ grammaticoꝝ est noui quippiã in lingua latina effingere: sed que alij dixerunt diligenter ostendere: ⁊ custodire. Grãmatici eñ teste Seneca. Sermonis latini custodes sunt non authores. At nullus veterũ tale quid dixit. Audiui hunc amatum ire: pro audiui ꝙ amabit. Si quis dissentiat redarguat nos veterũ authoritate: secus nugas egerit. Non est igitur futurũ amatũ ire. Suffragantur mihi Laurẽtius Ualla / Curtius / ⁊ Lanci. Unde Diome. Dona. Prisci. in hoc decepti sunt similitudine vt opinor: quia inuenerũt in passiuis amatum iri. lectum iri ⁊c. esse futura: ergo similiter etiam esse putabãt in actiuis quum minime sit simile. nam amatũ iri authoritate recte dici ostẽditur ꝑ amãdum esse nõ sic quimus ꝓbare amatum ire ꝓ amaturũ esse: ergo vnum dicẽdum est alterꝝ repudiãdũ. Cur veteres amatum iri dixere aut similia nõ amatũ ire pro futuro? Nescio, ꝑfecto rõnem ꝑ rõne sufficit mihi eorum volũtas. ¶ Amatum iri vnde? ex supino amatuz et impsonali iri: non ꝙ significet iter quoq; sed ne sine ꝟbo motus ponat supinum in um: vt audiui eneida Uergiliana lectum iri a fausto. i. audiui ꝙ a Fausto legetur meis. ne dicas ꝑ femineũ aut plurale: lectũ iri: lectos iri ⁊c. Da authoritatẽ. Terẽ. Qui postq; audierat filio suo non datũ iri vxorẽ: hic actũs vxorẽ regit a fronte a datum iri: ergo est verũ futurũ huius verbi amor: nõ solũ impsonalis verbi amatur cõtra Nebrissensem. Cice. in ij. Rheto. Deinde ceteros a virtutis studio repulsum iri Et ambigua visum iri: sic ceteri frequẽtissime. ¶ Utrum vt amatũ iri sic etiã ⁊ amaturũ esse sine genere et numero dicatur etiam apud latinissimos sed sine esse. Cicero quinta in verrem. Quocunq; venerint hanc sibi rem presidio sperãt futurum. ita legit Gellius: ⁊ venuste ita loquimur: teste Gellio: cui suffragãtur Nebrissen. Lãcilotus / Aldus: nec refragor: licet non negent etiam recte dici spero mihi hanc rem presidio futuram esse. audiui Italos ꝓfecturos esse in greciã ⁊c. Da plura testimonia vbi amaturũ / occisurũ / dicturũ aut similia sine genere ⁊ numero dicãtur. Gracchus. Credo ego inimicos meos hoc dicturũ. Quadrigarius. Dum hi cõciderẽtur hostium copias ibi occupatas futurum. Idem. speremus deos bonis benefacturum

Infinitiui ꝟbi futuꝝ.

* Uerbuz iri cũ supino iũctum nihil significat.

Amaturũ sine genere ac nũero. Uerba indefinita que greci aparẽpha ta vocant: neq; nũeris neq; generibꝰ seruiunt.

Futurum in ruz sine gñe et numero.

Ualerius antias. Aruspices dixerunt oĩa ex sententia processurum. Plau. in caſ. de puella loquens. Etiã ne habet Caſſina gladium? Habet. ſed duos: quibus altero te occiſurum ait: altero villicum. Laberius in gemellis. Non putauit hoc eam futurũ. hec ex Gel. lib. j. cap. vij. Frequentius nunc dicimus. Audiui Annam iturã eſſe Romam. Gallos pugnaturos eſſe in Britãnos ꝛc. Annam ituruz. Gallos pugnaturũ. Ut docet Ualla. Quomodo dicẽdum eſt? aiunt Petrũ exulatũ ire: an exulatũ iri: pro eo qđ eſt Aiunt ꝙ Petrus exulabit. Neutrum recte dici opinoꝛ. Licet Pogius exulatum iri dixerit. Ualla aũt exulatũ ire: ſed dicam. aiunt Petrum exulaturum: ſic vapulaturum. Juſtinus. Jlle quaſi imperpetuum cum viris exulature.

Exulatum iri: male dicitur.

Gerundioꝛum natura ꝛ conſtructio.

Gerundia verba ſunt Supina verba.

Gerundium quid eſt? Uerbum in di: do: dum: cum ſignificatione verbi ſiu cõſtructionem agentis gerens: vt amandi amando amandũ. vnde dicitur gerundium? a gerendo: quia verbi conſtructionẽ gerit. Gerundium que pars oꝛonis eſt? Uerbũ: teſtibus Probo/ Diomede/ Donato ceteriſqꝫ antiquis. ſic ſupina teſte Quintiliano: ꝛ recte profecto quia gerundia in o: vt cetera verba coꝛripiunt vltimam. Juuenalis. Plurimus hic eger moritur vigilando: ſed illum. Et ille. Ut vite dubius varios renouando doloꝛes. plurima teſtimonia in verſificatoꝛia noſtra reperies. Lancilotus parui facit hanc probationẽ: qꝛ multe ſyllabe ſunt ancipites: ſed nugatur: quia licet multe ſyllabe ſunt cõmunes: non tamen vlla noĩa pronoĩa aut participia ablatiui caſu in o. Preter ea gerundia regunt caſus verboꝛum: quod in noĩbus non inuenies: niſi figurate aut apud vetuſtiſſimos: vt populabundus agros. Quid tibi me tactio eſt ꝛc. Priſcianus (cui ſuffragãtur Lancilotus et Mancinellus pluresqꝫ) noĩa eſſe vult gerundia: ille ſuam habeat opinionem: nos pro viribus noſtram tutabimur. Seruius opinioni noſtre concinit: qui Donatum dicit gerũdium eſſe modum verbi: ego etiam verba Supina omnino verba ſunt: quia caſus nullo modo habẽt: contra Sulpitium qui male credidit ſupinum in um eſſe accuſatiui caſus: in u vero ablatiui. Nebriſſenſis dixit gerũdium ꝛ ſupinũ eſſe duas oꝛationis partes ab alijs octo diſtinctas. Ualla ſenſit gerundia poſſe dici participia preſentis tpis: quia per verbum pñtis tpis ferre declarantur tam gerundia ꝙ gerundiua: vt iuſiurandum ꝛc.

✻ Uergil. Fando aliquid ſi foꝛte tuas peruenit ad aures.

Obiectiones iucunde.

Argumentoꝛ. Uerba omnia ſignificãt ſine caſu ſed gerundia ſunt alicuius caſus: di genitiui: do ablatiui: dum noĩatiui vel accuſatiui: ergo gerũdia non ſunt verba. Rñdeo. Quũ Donatus dicit verbum eſt pars oꝛonis ſine caſu intelligendũ eſt ſine caſu cui genus accidit: iam gerundia ſunt ſine caſu cui genus accidit: quia nullius gñis ſunt vt genus in nomine capitur: ꝛ ita diffinitio verbi gerundijs bene conuenit: nullo autẽ modo nomina ſunt: quia nec adiectiua nec ſubſtantiua nec genus recipiunt ꝛc. ſed verba ſunt: vt ex Boetio pꝛobat Ferettus dicens nullus eſſe caſus niſi voce tantum: quia cum dico ad amãdum: ad inquit aduerbiaſcit pro vt: quia ſenſus eſt. ſedeo ad legendum. i. vt legam.

Secundo argumentoꝛ. Omne verbum eſt alicuius perſone: vt patet ex diffinitione Donati. ſimiliter alicuius numeri modi tempoꝛis ꝛc. ſed hec omnia deſunt gerundijs: ꝛ ſupinis. Non ſunt igitur gerundia ꝛ ſupina verba.

Reſpondeo licet gerundia et ſupina determinate et per ſe non ſunt alicuius perſone numeri: tempoꝛis modi ꝛc. tamẽ ſunt alicuius pſone. numeri modi indeterminate vel ex adiũcto: vt ſi amãdi per ſe efferꝰ: determinatam perſonã nõ dabis. At ſi dicas. Occaſio amandi te fuit mihi virtus tua: iam amandi manifeſte prime perſone eſt ſingularis numeri preteriti imperfecti tempoꝛis coniunctiui modi. Cur ita? qꝛ per tale verbũ declaratur ſic. Occaſio vt te amarem fuit mihi virtus tua. Jta dic in ſimilibus de perſona ꝛ numero. ſimiliter reſpondeꝰ in verbis impſonalibus: ꝛ in verbis infinitiui modi. Tertio argumentoꝛ. Gerundia hñt gña ꝛ caſus in vtroqꝫ numero: vt venio cauſa legendi libri: audiende hiſtoꝛie: ad ſalutandos fratres ꝛc. teſte Ualla. ergo male negaſti gerundia genera habere.

Reſpondeo. Ualla large capit gerundia pro gerundijs ꝛ gerundiuis: nos ſolum de veris gerundijs loquimur verbi conſtructionem retinentibus. Gerundium eſt

quod in di do dum: desinens verbi constructionem gerit. Gerundiuũ est adiectiuũ nomen ex gerundio ductũ. vt legendus da. dum. qđ eodẽ modo declarat vt gerundium/ veluti venio causa audiende historie. i. vt audiã historiã. Cur dicis/ declarat vt gerundiũ? q2 si aliter declararet: nõ esset gerundiũ: vt honorandus. i. dignus honorari. hoc per magis ꝯparatur. vt magis honorãdus. gerundiũ ne per magis quidẽ cõparare possumus. Itaqꝫ Donatus/ Sulpitius/ aliiqꝫ dicẽtes gerundiũ solum tres terminationes habere di: do: dũ. separãt gerundiũ a gerundiuo. Ualla/ Perottus/ ceteriqꝫ dicentes gerũdia numeros ⁊ genera: ⁊ oẽs casus habere generali vocabulo gerundii cõprehendũt gerundiuũ. Hec autẽ diuisio gerundioꝝ quoddã gerundiũ est quoddã gerundiuũ fit per regulã topicã. Si alteri speciei nomen desit gñis nomẽ capito: vt rerũ quedã corpora sunt: alia nõ corpora: nõ corpa autẽ res dicunt: q2 aliud nomen eis deest. nisi sic esse: inepte diceret Donatus. Nomen est pars orationis corpus aut rem ⁊c. idem vsu venit in proprio: in vsu capione ⁊c.

¶ Quomodo differunt participia in dus a gerũdiuis? Participia in dus sunt futuri tẽporis: ⁊ per relatiuũ declarant ⁊ verbũ futuri tẽporis: vt vidi latronẽ cras decollandũ. i. qui cras decollabit. Gerundiũ ⁊ gerundiuũ determinate nullius tẽporis est: nec declarat per relatiuũ: sed per vt veluti sedeo ad cenandũ. i. vt cenẽ. Tui liberandi causa multa patior. i. vt te liberẽ. vel per dum ⁊c. vt in legendo librũ aut in legendis libris tẽpus cõsumo. i. dũ lego libros si participiũ esset sensus foret. Tẽpus ꝯsumo in legendis libris. i. in libris qui legentur quod recte dixerit libroꝝ cõpactor aut bybliopola: licet nullũ librũ legat. Ualla dicit qđ diximus plane paulo obscurius. Gerũdia significãt rei administrationẽ sine tpe participia tẽpus sine rei administratione ⁊c. Dant exempla de gerundiuis. vt tenet me occupatio iuris dicendi: at participiũ est. Tenet me cura dotis numerande. i. que annumerabitur.

¶ Gerundioꝝ casus quot sunt? Quatuor. ntũs in um: vt petendum. gtũs in di: vt petendi. actũs in dum: vt petendũ. ablatiuus in do: vt petendo. Calepinus addit dtm̃ in o: vt aptus docendo historiã: ipse sibi somnia fingit. Crede rem Calepino si e veterum aliquo tale exemplũ erueret. Uerg. Paceqꝫ ab rege petendũ. hic petendũ gerundiũ est teste Seruio nominatiui casus. Ualla vult esse participium aut nomen neutrũ recte. neqꝫ em̃ participiũ est q2 omne pticipiũ in dus: da: dum: est futuri tpis passiue significationis qđ de petendũ dici non põt. Nec nomen est: q2 nullius gñis est: et verbi casum citra figuram regit. Quomõ declaratur gerundiũ nominatiui casus? per oportet vel opus est. Da exemplũ. Iuue. viuẽdũ est recte quũ propter plurima: tum de his pcipue causis. i. oportet vt viuat: vel opꝫ viuere recte ⁊c. Pli. ii. Grecis vtendũ erit vocabulis. i. opus erit vti grecis vocabulis. Uiuendus da: dum: non dicitur: ideo viuendum teste Lanciloto gerundium est.

¶ An gerundiũ nominatiui casus regat accusatiuũ post se vt legendum est psalmos? ita. sed venustius ⁊ vsitatius passiue loquimur. vt legendi sunt psalmi. i. legi debent psalmi. Aldus ait optime dici legendũ psalmos est ⁊c. nec dicit inusitatum esse nec iniucundũ. Priscia. ait recte dici legendũ est/ erit/ fuit/ poetam/ orationẽ/ carmen Da authoritatẽ. Lucretius. Eternas quoniam penas in morte timendũ. venuste subauditur est. Uerg. Pacem troiano ab rege petendũ. per gerundium diceremus/ Petenda est pax. Seruius ait. Participialiter dicemus petendus est codex. i. per nomẽ participio nõ absimile per gerundiũ: teste eodem dicimus petendum est equum/ codicem ⁊c. ait hec Seruius in illud. x. ene. Cui Iuno lachrymans. quid si que voce grauaris mente dares. Nebrissensis multis modis nititur euadere ne cõcedat gerundiũ nominatiui casus esse. Tandem in sententiam nostrã labitur dicens. Quid si potius ꝯtra oẽs grãmaticos antiquos ⁊ iuniores dixerim⁹ gerundium substantiuũ etiã in gtõ reperiri? Da plura testimonia. Uar. lib. ii. Colligendum eas in vas aliqđ. Et lib. ii. Frenos suspendendũ. Et li. iii. Singulis vbi pariunt faciendũ haras quadratas Et alibi. Faciendũ septa secreta ab aliis. idẽ. In fetura dandum potius hordeaceos panes qꝫ triticeos. venuste subauditur est. hec collegit diligenter Lancilotus. Colu. vt notauit Aldus. Ut poeticis numeris explerem: Georgici carminis omissas partes quas post se memorãdũ reliquit hic actũs est. nec tñ minus notanda oratio qꝫ si gerundiũ nti casus esset. vt apud Gel. lib. ii. ca. vii. Oia esse que pater iusserit parendum. Ibidẽ. Media sentẽtia optima: atqꝫ tu

Petenduꝫ pacem. Gerundiũ nti casus. Psalmos erat legendum.

* Nõnulli i illo Uergi. Alia arma latinis Querenda aut pacem troiano ab hoste petẽdum dicũt poetã pacẽ petendũ ꝓ petendã cẽ posuisse: et lib'r in illo Lucre. Eternas. qm̃ penas in morte timẽdũ ꝓ timẽdas esse Lucret. dixisse.

tissima visa est. Quedã esse parẽdũ: q̃dã non absequẽdum. Sed ad ntm̃ redeo. Cic. xiiij. ad Atti. Iterandũ eadẽ ista mihi subauditur est. Hoc ego notaui: sic tam aliorũ q̃ Badij diligentia impressi libri hñt. Est aũt principiũ ep̃le vndecime Macro. lib. satur. iij. ca. vij. Mirandum est hui⁹ poete ꝛ circa nostra: ꝛ circa externa sacra doctrina. Ferettus negat actõs hos cum gerũdijs locãdos esse: vellẽ dixisset ad q̃d referẽdi sunt. Ferettus ni fallor dat sine mente sonũ. De alijs casibus nemini dubiũ quin gerundium nõiatiui casus regat: eos quos verbũ eius. Qui. Utendũ est etate cito pede labitur etas. Seruiendum est deo si vis salu⁹ esse. Jam de reliq̃s casib⁹ dicẽdũ est.

Gerundia in di.

¶ Gerũdia in di quot modis capiuntur? duobus. actiue ꝛ passiue. Actiue sepissime. vt causa dicendi istuc venio. i. discam. Passiue valde raro. vt misi filiũ Coloniã erudiẽdi causa. i. vt erudiretur. ꝛ lz Ualla reprehendat: vrbs est in periculo capiẽdi: vt capiatur. Da authoritatẽ. Justin⁹ vel Trogus li. xvij. Athenas erudiẽdi gr̃a missus: quanto doctior maioribus suis, tanto ꝛ gratior populo fuit. i. vt erudiretur. Idem lib. j. Quod ad te non tam cognoscendi q̃ emendandi causa transmisi: hoc posset actiue declarari: non tam vt cognosceres q̃ emendares. ¶ Gerundiũ in di non inuenisse habebit interim gtm̃ pro actõ: presertim in plurali. licet Ualla nĩget vitio carere. vt cõposui hunc librũ instituendi pueros gratia. sic grammatic⁹ diceret. Orator etiã instituẽdi puerorum gratia. Pli. Quum illorũ videndi gratia me in forũ contulissem / Ti. Li. xxj. Non vereor ne q̃s me hoc vestri adhortãdi causa magnificat loqui existimet: ip̃m aliter animo affectũ esse. Plau / Nominandi istorũ mihi erit magis q̃ edundi copia hic apud me / Teren. in ꝓlogo Heau. Date crescẽdi copiam nouarũ / Cice. in lib. de diuina. Dolebas tantã stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse: pro irridendi se. et capitur actiue irridẽdi non passiue contra quendam. Suet. in Aug. Exacta locandi licentia diripiẽdiq̃ pomorũ ꝛ obsoniorũ: rerũq̃ missiliũ. similis locutio est illi plautine. Nominãdi istorũ vt notauerũt Beroaldus ꝛ Sabellicus. Cesar. vij. de bello gal. Usq̃ eo vt qui sub vale tenderent mercatores recipiendi sui non haberent potestatẽ. Taliter etiam ante locutũ inuenies. Hir. de bel. gal. Bellouaci tale consilium sui recipiendi ceperũt. Et paulo post Romani equorum insidias veriti: liberam facultatẽ sui recipiendi Bellouacis dederunt. ¶ Quibus iungũtur gerundia in di: nominib⁹ substãtiuis. vt amor habendi: causa pereundi: occasio dicendi: tp̃s tacẽdi: locus vlciscẽdi. sic ratio: gr̃a / opportunitas / copia / potestas / ars / mos / consuetudo / venia / voluntas / desideriũ / cupido / libido / auiditas / licentia / libertas ꝛc. Licẽtia fere in malũ capitur. Terẽ. Deteriores omnes sumus licentia. Quinti. Que in alijs libertas: in alijs licentia vocatur. Cic. in off. Ut pueris nõ oẽm licentiã ludẽdi damus: sed eam que ab honestis actiõibus non sit aliena. hic etiã in bonũ capitur. libẽtius tñ dicamus: scholastici habẽt cõmeatũ audiendi copiã: q̃ licentiã: substãtiuum aliq̃n intelligitur. Sal. Patrandi belli cognouit: subauditur causam. In sacris. Qui hz aures audiendi. insolẽs sermo est: teste Ualla. Gerũdium in di etiã nõnullis adiectiuis datur. Uer. eneas cesa in puppi iã certus eundi. ¶ Essendi do: dum: Ualla barbara esse dicit q2 male dr̃: studio causa essendi presbyter ꝛc. Cic. tamẽ essendi dixit: nisi Gel. mẽdosus sit li. xviij. ca. vij. vbi de hoc noĩe concio agit. dicit Tulliũ dixisse in oratione cõtra concionẽ Q. Metelli. Essendi in concione cõcursus est populi factus. sensus est. Concursus populi essendi in concione factus est. i. vt esset in concione. ¶ Gerũdia in dum sepissime actiue significãt. vel aut neutraliter: vt inter legẽdum hoc notaui. i. dum legi. Passiue raro significant. vt Persij carmẽ ad intelligendũ est difficile. In genesi. Ai alia suauia ad vescendum. Sallu. in iug. Pauca supra repetã quoad cognoscẽdũ oĩa illustria magis magisq̃ in apto sint. Idẽ. quũ ad imperandũ vocaretur. i. vt ipsi imperaretur. Sepe ponitur in dum gerundiũ cũ ad ob ꝓpter: ꝛ aliq̃n cũ añ: sz fere sine regimine. Uer. Añ domãdũ ingẽtes tollẽt aios. Cũ indicerem⁹ vado in capiẽdũ aues. sed raro ita legitur. Elegãtissime cũ inter ponitur: ꝛ exponitur per dũ. Uer. inter agẽdũ occursare capro cornu ferit ille caueto. i. dũ ages. Intercenandũ audiui fabulã. inter eundẽ: ortus est de te sermo ꝛc.

¶ Gerũdia in do ablatiui casus sunt aliq̃n actiue significãt: vt discẽdo ꝓficio. Uer. ene. ij. Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures Belide. nomẽ Palamedis et inclyta fama. i. dum aliquid faris cum alijs: ꝛ fabulãdo cũ alijs ꝛ ita dum dr̃ aliquid. Ouiđ. Fando aliquẽ hippolytum ꝛc. Hos occidendo: illos accusando totã ciuitatẽ labefactasti. Significat etiam passiue: vt memoria excolẽdo augetur. Frigidus in

Marginalia:

Gerundia in di.

* Gerundiũ i di interdum in passiua significatione reperitur.

Sueto. in clau. Harpocratem cui lectica per vrbem vehendi ius tribuit

Licentia.

* Uergil. Cecropias innatus opes amor vrget habendi.

Essendi

Gerundia in dum.

Gerundia in do.

pratis cantando rūpitur anguis. Jūgitur prepositio vt in tribuēdo suū cuiqꝫ. de cōponendo epłas hec dicta sunt. Cic. vij. ad atti. Tu quid cogites de transeūdo in epirum. scire sane velim amicitia ab amādo dicit̃ Uaco a scribendo: ex defendendo ꝙ accusando huberior gloria ꝯparatur. Quint. Ratio recte scribendi iuncta cū loquēdo est. Soluendo nō sum. i. nō sum sufficiens ad soluendum. dubitari potest (inquit Ualla) datiuus ne sit an abltūs. iungimus ei datiuū. Quint. Pauperi soluendo nō sumus. aliquādo iungitur genitiuus. Idem. Maximi tamen virorū ꝛ quibus artis sue soluendo nō sit humanitas. Nebrissensis vult soluendo datiuū esse: vt nubendo in Apule. Quum primū charitate nubendo maturuisset. Et in oratore Tullij. Inficiendo. Quum est inficiendo accusatori reus: duo primo sunt. Utcunqꝫ est gerundia datiui casus rarissime inuenies presertim cum verbi regimine.

*¹ Cice. in philip. ne soluēdo eras. Plini. tēporetica charta inutilis scribēdo.

Soluendo Gerūdiua elegantiora sunt gerundijs.

¶ Gerundia nomina.

¶ Ornatius per gerundiua loquimur ꝙ per gerūdia. vt elegantius dr̃. Causa habende pecunie tibi famulor: ꝙ causa habendi pecuniam. Da gerundia nominatiui casus aut vocatiui: rara sunt. Uer. Uoluēda dies an attulit vltro. i. dies que voluit̃ nō que voluet̃. de vocatiuo exemplum foret tale. Uoluendi dies omnia cōsumitis.

¶ Que est gerundiuorū regula? Quoties habueris gerundij orationē: mutabis eleganter in gerundiuū eiusdē casus: ꝛ casum gerundij in eundē casum eius seruando genus ꝛ numerū: vt venio causa videndi matrem: venio causa vidende matris. Ouid. Sit modo placande copia parua tui. Cicero L. Crassum quasi colligendi causa se in Thusculanū contulisse. Sum tui videndi cupidus. Teren. Id faciebat eius redimendi causa. Uergi. Tantus amor florum ꝛ generandi gloria mellis. Sic venustius loquimur ꝙ si copia te placandi ꝛc. ¶ De datiuo. Uaco agro colendo/ vinee pastinende/nemori succidendo ꝛc. venustius est ꝙ vaco in colendo agrum ꝛc. Male autem dicitur: teste Ualla/do operam colende agrum: quia gerundiū datiui casus nullum est nisi forsan soluendo ꝛ nubendo: sed bene gerundiuum.

¶ De accusatiuo: veni ad salutandos fratres: ad salutandā matrē ꝛc. ꝙ venustius est ad salutandū fratres ꝛc. Gerundiua accusatiui casus pulchre ponuntur cū verbis loco: cōduco/mando/curo/habeo ꝓ debeo: ꝛ si qua sunt similia. vt locaui faciendam sepulturā. Conduxi colūnā faciendā. Mandaui furem rapiendū. Curaui lapides faciendos. Curaui literas mittēdas: quod rustici dicunt/ feci mittere literas: habeo Petrū ꝯsolandū. oim testimonia e doctis affert doctissimus Ualla. ¶ De ablatiuo/laboraui in colendo agro: in cōficienda epistola. sine prepositione magis plurali vtimur. Cic. Orationē autem latinā ꝑfecto legendis nr̃is efficies pleniorē. venuste dixit ꝓ legendo nostra. Cauendū inquit Ualla: ne verbū significet motū de loco: qꝛ non dr̃: venio ab arando agrū: vel ab agro arando: sed ab aratione agri ꝛc.

¶ Estne vbi per gerundiuū nō recte loquimur? Etiā teste Ualla: vt quoties oportet per relatiuū loqui: veluti hic dies attulit initiū dicendi que vellē: nō autem dicendorū que vellē. Cic. Equidē efferor studio pr̃es vr̃os (quos colui ꝛ dilexi) videndi. Nā durū fuerat futurū: studio videndorū patrum vestrorū quos colui ꝛ dilexi.

argumentu

* Supina vnde dicta sint ingenue fatet̃ Nebrissen. se ignorare sunt q̃ a re supino dicta velint supia: hec eñ ps orōnis cū vocē habeat ꝑticipij passiui resupiatur tñ hoc est ꝯuertit̃ in actiuā significationē. ꝛ rursꝰ cū alterum ex supinis in um vesinēs actiuā habeat significationē alterū resupinat̃ qđ in u desinit: ꝛ est passiue significationis.

¶ Supinum.

¶ Supinū vnde dicit̃? a supinus a. um. i. iacens ventre: ꝛ facie celū versus. vt enim talis videt supra se celū ꝛc. ita supinū: qđ in vbi coniugatione est vltimū: videt supra se totam coniugationem. Et si dicas: participium rectius supinū diceretur: qꝛ post supinum ponitur. ¶ Respondeo: participium nō ponitur tanꝙ pars coniugationis quum ipsum nō sit verbū: sed supinum est verbum ꝛ cōiugationis vltimum Lancilotus vult dici quasi supinū quia sine tēporibus supina: ex verbo subeunt ad participia: vel quasi supereuntia. Ferettus dicit supina ꝗsi supima ꝛ in calce vborū ab inuentoribus Clarissimis deducta. vel quia vident supra se totam verbi coniugationem. ¶ Supinum quid est? verbum in um: vel in u: sine casu: ꝛ determinate sine numeris ꝛ personis. Terminationes due sunt/um ꝛ u. vt lectū lectu. Supinū in um construitur cū verbo aut participio motus saltem latentis: vt eo cantatum. i. ad cantandum. eo factum. vt factū iri audio illi iniuriā: id est intelligo operam dari ad faciendum illi contumeliā vt fiat iniuria. Cato dixit. Factum itur iniuria mihi. De qua oratione disputat Gellius. Exemplū de motu latente. Horati. Spectatum admissi risum teneatis amici. do filiam nuptum. conductus sum cantatum: lectum ꝛc. ad cantandum ꝛc. Plautus in Aulularia. Heu senex pro vapulādo hercle

Supinum in um.

ego abs te mercedem petam. Coctum ego nō vapulatum dudum conductus sum. Supinum in um significat idem quod gerundiū in dum cū ad: sed in hoc differentia est ꝙ gerundiū etiam sine verbo motus construitur. vt sedeo ad manducandū. Supinum vero minime: quia male dicitur: mane sessum: sedeo cantatum. Exceptio videtur in verbis impersonalibus. vt sessum est vel fuit. nā supinum hic sessum est teste Diomede. Scribito autē vnam dictionem amatum est: vel amatū fuit: ne videatur esse oratio. Do venū etiam motus latens est. Supina in um actiue aut neutraliter significant omnia: preter ea que a neutris passiuis sunt. vt exulatum vapulatum ꝛc. ¶ Que in u desinunt omnia passiue significant vbicunqꝫ adiectiuis adherent. vt rarus inuentu: miserabile visu: dignū auditu ꝛc. i. vt inueniatur: videatur: audiatur ꝛc. Magna est differentia inter nomina. visu/cultu/ornatu ꝛc. ꝛ supina visu cultu ꝛc. quia nomina regunt: ꝛ actionem significant. Supinū in u: nunqꝫ regit. vt dulce in sensu meo: nomē est ꝛc. Diomedes putat supinū in u: etiam actiue significare. vt lectu proficit: i d est dum legit. vellem adduxisset aliquem veterum authoritatem: sed nulla est vt opinor. Ideo puto inepte dici/iste lectu ꝓficit: nihil lectu sit nomen pro lectione. Dicam ego legendo ꝓficit: nec recte dr. Quid est hoc dictu: pro quid est hoc dicere: aut quid hoc sibi vult ꝛc. Si aliter vel Lācilotus vel Capidurus loquatur nō imitaberis: quia veterū authoritate caret. Sunt qui putent recte dici lectu venio: vbi lectu actiue significat. ideo dixi vbicunqꝫ adiectiuis adherent. ¶ An latine dicitur/lectu venio? Etiam. Quia supinum in u construitur aliquādo cum verbo motus de loco: testibus Prisciano/Aldo manutio/ꝛ Lanciloto ꝯtra Vallam. Priscianus lib. vij. venio venatu supinū est inquit. Libentius tamen per nomina loquar. veluti ab aratione: a lectione venio: ꝙ aratu venio ꝛc. Plau. in menech. Obsonatu redeo. Statius. j. Achil. Et tunc venatu rediturū in limine primo Operiens. Cato in re rustica. Primus cubitu resurgat: postremus cubitū eat. Nebrissensis vult hic cubitu: pro cubatione nomen esse: vt venatu pro venatione ꝛc. Et certe ego mallem per nomina loqui: ꝙ per supina. Priscianus ait recte dici misertū tui venio: misertu tui doleo: nocitū tibi propero: nocitu tibi gaudeo: vt supina sint pro innocendo ꝛc. Errat in hoc proculdubio Priscianus: qꝛ in u supina apud latinorū neminem talem constructionē habent. Elegantissime construuntur sine vllo regimine cum adiectiuis. Teren. in Ecyra. Sum extra noxam: sed non est facile purgatu. Apuleius. ij. meta. Facilis auritu pro haustu. Ouid. Turpe quidā dictu: sed si modo vera fatemur Vulgus amicitias vtilitate probat. Verg. Nec visu facilis: nec dictu affabilis vlli. Cicero. Nō facile est dictu quantopere conciliet animos comitas affabilitasqꝫ sermonis. Sallustius. Optimum factu ratus fortunam bello tentare. Idem. Que sibi quisqꝫ facili a factu putat equo animo suscipit. sic nefas dictu: quia pro adiectiuo capitur. et loquitur ita Valla in. ij. ad Corinthios. Plinius. Acipenser piscis rarus inuentu. Dignus cultu: ambiguus sermo est: quia tam nomen ꝙ supinum esse potest, sic gubernatu/visu/ornatu ꝛc.

Marginalia: ⁎ Sallus. Legatos ad iugurthā de iniurijs questum misit · Supinum in u. · Lectu ꝓficit. · Lectu venio. · ⁎ Vergil. In breuis ꝛ syrtes vrget misera bile visu.

¶ Participia.

¶ Participijs figurā Carisius nō dat: nec formam: quia vtrāqꝫ perpetuo talem habent qualem verbum. Species participio nō datur: quia accidens datur cum variatur. omne autem participium est deriuatiue speciei. Donatus figurā dat ꝓpter puetos: quibus nō omnia subtiliter tradenda sunt. Hec ex Lanciloto. ¶ Quare inuentum est participiū? breuitatis ꝛ elegantie gratia: quia breuius ꝛ elegantius dicimus/mulieres ornant se ne videntes eas derideāt: ꝙ mulieres ornant se ne qui videant eas derideant. Valla putat hic necessitatis causa participiū poni: qꝛ ridiculus esset sermo/mulieres ornant se ne hoies videant eas: ꝛ ne derideant eas. Neqꝫ enī ideo se ornant/ne videantur: quia cupiunt videri. Sed non est ita: quia nō debet ea orō sic declarari: sꝫ vt ego exposui. Suffragaē opinioni mee doctissim⁹ Aldus ¶ Participiorum desinētie sunt: ans/ens. presentis tēporis. tus/sus xus. preteriti tēporis. sic uus in vnico mortuus. quod diuus Augustinus nomen esse dicit. rus et dus: futuri tēporis. Studiturus nō dicitur: quia studitū Diomedes negat inueniri Fruens Cicero dixit Sibila pro sibilantia: participiū est teste Seruio. i. nomē fungens officio participij. Virg. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. sic fata que dij loquuntur. Idem. ij. eneid. Et si fata deum si mens non leua fuisset. Statius. Et vocem fata loquuntur.

Marginalia: Participiū quare inuētum. · Participiorum desinentie. · *(manuscript)* in bentuz est participiuz causa nescessitatis et legantie et brevitatis ait valla.

¶ Participia pñtis tpis:actiue:aut neutraliter significãt nisi exulãs ₢.τ si qñ poete grecos imitanẞ. Uerg. Uoluentia plaustra.i.q̃ voluũtur. Apud latinos passiua pñtis tpis participijs carẽt:vt actiua pteritis:nisi prãdeo prãsussum:τ pauca alia ꝑpter hec aliqñ pñtib⁹ ꝑ ptis vtunur. Ci. in Brut. Quũ e Sicilia decedẽs rhedũ venissem. A ꝓficiscor nõ ꝓficiscẽs hoc loco dixisset:sʒ ꝓfect⁹.vt.iij.offi. Si exẽpli cã vir bonus alexãdria ꝓfectus magnũ frumenti numerũ Rhodũ adduxerit. hec Valla.

Participiorum resolutio.

¶ Quomodo resoluiẞ participiũ: In relatiuũ τ verbũ:vt Iuueni diligẽter studenti faueo.i.q̃ studet. Ouid. Uenture memores iam nũc estote senecte.i.q̃ veniet. Uergi. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.i.q̃ videbo.τ vt dixi pulchrior sermo est per pticipiũ:vt bon⁹ vir vitia fugiẽs:ꝟtuti studẽdo celũ lucraẞ. Ubi ens esset nec ꝑ ipm nec ꝑ relatiuũ loquar:sʒ vtrũuis lepidus subaudiã:vt virũ liberalẽ laudant oẽs:nõ virũ entẽ liberalẽ:nec virũ q̃ est liberalis ₢.licet sit in ꝟnacula lingua

Participioqñ licet non licet

¶ Resoluiẞ scdo pticipiũ in si/dum/vel qr. vt sole lucẽte dies est.i. dũ sol lucet dies est.de hoc in fine regiminis ablti. Itẽ. Te virgis cesũ dabo in caueã. Apphensum capillis:humi sternẽs in luto volutauit.

pticipiorũ formatio.

¶ Ubi pticipio vti non lʒ: Quũ in ntõ esse relatiuũ non põt:vt ego quo tu gaudes sũ paupior Codro. Grãmatice q̃ doct⁹ fui sit a me erit tibi honori. Petrus cui inseruiui est ingrat⁹. Silr nõ vteris pticipio sicubi nullũ reperiaẞ.vt Petrus qui poscitur a me veniã inexorabilis mihi videtur.

pticipia,cõmunia pticipia pteriti a neutr;

¶ Ns/sit/bam/vel bar in ns/versa:preter iens τ quiẽs. ¶ Ptiñ a supino abiecta s:vt lectu lect⁹. Addita rus fit futuꝝ:vt lectu lectur⁹:vel a priore supino dempta m:τ adiecta rus. ¶ Dus fit a gtõ pñtis versa tis in dus: vt amãtis amãdus. In tertia τ quarta nudus:ꝑ endus veteres dixere:vt diuidũdus:gerũdus:faciũdus:hercisciũdus:experiũdus ₢. ¶ Cenatus:pransus:potus:ausus actiue:τ interim passiue capiuntur:vt homo pransus:potus ₢.holus pransum aqua pota ₢. Hora.actiue dixit. Ne pranse lamie viuum puerum extrahat aluo. Lamie dicũtur pueros comesse

¶ E neutris leguntẞ nõnunq̃ʒ participia preteriti temporis:vt euasus :discessus occasus:obitus:interitus:senectus:decretus:exeretus:exoletus.i. qui euasit ₢. Liuius.xxij. Exercitum inquit cesum seq̃ʒ euasum esse. Celius. Custodibus discessis multi interficerenẞ. Lucillius. Que horis sublata duabus oĩa sunt sole occaso. Li. Andro. Cupidus misero obito. Quadrigarius. Acriter cõmissa pugna multis interitis. Sallu. Oĩbus quibus senecto corpore virtus militaris erat a senesco. Andronicus.nocte dieq̃ʒ decretũ τ auctum. Cice.xvij.epist.fa. Oĩa mea causa velles mihi successa.i.successisse. Iniuratus:q̃ non iurauit.nomen est.sic impransus:inausus ₢.

Participium ꝑ infinitiuo.

¶ Participiũ preteriti temporis pro infinitiuo licet esse subaudiaẞ:poniẞ elegãter cum oportuit. Cice. Ita factum non oportuit.i.fecisse. Terent. Nonne preditũ non ne communicatũ oportuit: Plautus in menech. Quid statis: Quid dubitatis: iaʒ sublimen ratum oportuit. Lancilotus negat participia esse:quia dicimus aduentum:τ reditum oportuit pro aduenisse:redisse. Nec vsq̃ʒ legiẞ participiũ aduentus:aut reditus.ego Lanciloto refragor:quia si infinitiua verba: aut supina essent: nec numerum:nec genus reciperent.vtrunq̃ʒ falsũ est. Terentius in Heaut. Non relictas oportuit. Cice. Tantam rem illi seruatam oportuit. Plautus in Aulularia. Tu illam scibas non tuam esse: non attactam oportuit .subauditur esse vel fuisse: quod Cicero pro cluentio expressit. Hac lege accusatum fuisse oportuit. Terentius aliter dixit Nonne oportuit me prescisse ante non obest autem qd̃ Plaut in Persa ait. Dum stas reditum oportuit.quis aut impsonaliter reditum esse:a redditur est aut olim reditus.a.tum.dicebant:vt inuentum est obitus abitus ₢. pro qui obijt τ abijt vnde morte obita pro post mortem. Uergil'. Morte obita quales fama est volitare figuras. Lucretius. Morte obita quorum tellus complectitur ossa. Sillius.ij. Morte obita libye gremio captiua iacobo. Obeo ab/ob/pro ad/vt/ob/os:ꝑ ad os.

Obitus.

¶ Participium preteriti temporis eleganter datur verbis volo:facio :habeo. curo:vt rogatum te habeo.i. rogo. Missa faciamus hec. id est dimittamus. Terentius. Iam inuentum tibi curabo:et adductum tuum Pamphilum. id est inuenire:τ adducere:aut inuentum esse ₢.

¶ Preteritum ablatiui casus neutri generis eleganter pro infinitiuo iungiẞ nominibus opus:τ vsus. Sallusti. Priusq̃ʒ incipias:consulto τ vbi consulueris mature facto opus est:idest consulere:et facere. Quod parato opus est para. Tullius. Tacito quum opus est clamas:quum tibi loqui conuenit obmutescis. Plautus in meechmis. Ibo domum:vt parentur quibus paratis opus est. Idem in amphi Ubi

Participium ablti casus cum opus.

summus imperator non adest ad exercitū: citius quod non facto vsus sit: ꝙ q̄ facto est opus. Oppugnanti resistimus: idest dū oppugnamur: preteritum pro presenti quia presens in passiuis deest.

Participium futuri temporis.

Rus.

¶ Futurus a fio etiā esse dicūt non voce: sed sensu. Oraturus venio ꝓ oratū venio lepidus sermo. Saturus a sero. Phocas negat dici apud Pliniū. tñ legit Fassurus Ouid. Et non fassure nisi cogeret: velimus ardor. Lancilotus crediderat non inueniri. Est qñ futurū in rus per relatiuū non declaret. Valeri. maxi. de Crasso Ducturus erat a charris aduersus Parthos exercitum. i. paratus ducere

Dus.

¶ Dus non solū vba passiui gñis. aut cōis faciūt: sed oia fere deponētia. nam fuerūt olim cōia: vt sequēdus imitādus ꝛc. ꝛ q̄dam neutra vt vigilādus. Authoritate opus est. Tibul. Cum fletu nox vigilāda venit. sic vigilatus. Iuue. Frāge miser calamos vigilataqꝫ prelia dele. Oui. Vircꝫ mihi dempto fine carēdus erit. Idē. Que venit indigne pena dolenda venit. Luc. Vix famulis audēda parat. Mancinellus hec noia esse dicit: vt penitēdus: pudēdus ꝛc. Sal. Non eoꝝ penitendū sit. ¶ Deponentia plurima: cōia fuisse docēt: Priscia. Nestor. Nebrissensis ꝛc. Vergi. j. ene. Ipse vno gradit comitatus achate. Ouid. ix. met. Nec abest imitata voluptas. Stati. ij. Achil. Confessūqꝫ tenēs ꝛ habentē noia Pyrrhū. Pendebat coniunx passiue dicit ꝑ quē mater Deidamia iam ꝯfitebat. Oui. Paup amet caute: timeat maledicere pauper Multaqꝫ diuitib⁹ non patiēda ferat. Idem Non tibi sic dices Philli sequēdus eram. Priscianus nomen esse dixit: pro quē sequi debemus ꝛc. Ci. Ab his derelictꝰ est a quibus tuendus erat. Ennius apud Nonium. Audibo atqꝫ auris contra tibi vtendas dabo. Ouid Multa rogāt vtenda dari: data reddere nolunt. Idem. Decolor ꝛ factis inficiēda tuis. Idem Arcus ꝛ arma tue tibi sūt imitanda Diane Et sūt tñ euentu dura fatenda meo. Idem dicit profitenda tuenda ꝛc. Hora. iiij. car. Prelia coniugibus loquenda. Idem Fidibus modulanda latinis.

Profitēda * Oui. in j. de arte. Nec species veneris sp ꝓfiteda roganti.

Futurū futuro iūctū

¶ Vtrum participiū futuri tpis potest iungi verbo futuri tpis vt dicturus ero? Potest; sꝫ parce. Cic. in rheto. Demonstraturi erimus. Ouid. Tunc ꝓcul absenti cura futurus eris. Idem xiij. met. Si quis tñ Hercule si quis forte ꝛ eū doliturꝰ erit. Properitius. Et si quid doliturus eris suꝫ testibus illis. Martialis. Margite me finctus quūꝫ rediturus ero. Ouid. Ensifer orion aspiciendus erit. Idem. Nunc pater ante oculos durus hñdus erit. Cice. j. de ora. Erit acturus. sic agendus erit ꝛ similia sepe leges. Fore futuri tpis est nullū participiū admittens cuiuscūqꝫ tpis. lꝫ Orosius dixerit. Actuꝝ fore. ideo non dr. spero Henricū amantē fratres fore: sꝫ ꝑ nomē amātem fratrū: ꝛ spo te acceptū illis fore nō ab illis: vt nomen sit nō participiū. Cicero Spero amicitiā nostrā notū posteritati fore: nō dixit a posteritate. Spero hūc puerum admirandū virū fore. i. admiratione dignū. nomē est. Ratio cur participio nō iungit: qꝛ apud doctissimos sic nunqꝫ inuenit teste Valla. Perottus. Lancilot. Calepinus pluresqꝫ gloriosum putātes Valle obstrepere dicunt fore reperiri cuꝫ participio apud Cesa. Nonnulli etiā Cesari nunciabāt quum castra moueri: aut signa ferri iussisset non fore dicto audiētes milites. Verū fallunt. qꝛ cum dicimus audiēs dicto nomen est audiēs teste Diomede. nec obstat ꝙ audio dicto legat: qꝛ obediēs cum dtō non solū participiū: sed etiā nomen esse posse ꝯparatio indicat. Liui. in. vi. Imperijs obedientissimū: sicetiā audiens dicto ꝛc. Tulliꝰ. iij. epi. ad Appiū. Quasi diuinalem tali in officio fore mihi expetendū aliqñ studiū tuū. Badius ordinat fore dum diuinarem: ꝛ in expetendū subaudit esse. Ego tñ inueni semel fore cum futuro. Ci. v. ad Atticum. Addis si quid secus te ad me fore venturum.

Fore.

Audiētes fore.

¶ Quot modis participiū transit in nomen? Quinqꝫ. Primo

Participiū transit in nomen.

constructione: quū alium ꝙ verbum regit casum: vt scitus ꝛ adorum acceptus tibi ¶ Secundo ꝯparatione: vt amans nomen est quū facit comparatiuū amantior. In ꝑticipio bene fit ꝯparatio ꝑ magis: vt in verbo veluti magis amo. maxime amo. sic amans deū: magis amās deū ꝛc. ¶ Tertio ꝯpositione: quoties aliter componit ꝙ verbū. vt illesus: innocens: indecens: indiligens: incautus: incontinēs: indoctꝰ: innatus: ꝛ similia noia sunt: quia non dicimus illedo: sed illido: nec innoceo: indeceo indiligo ꝛc. ¶ Quarto amissione tpis: vt palleat ois amans beatus pro diuite ꝛc. ¶ Quinto amissione significationis: vt indictꝰ ꝓ nō dictus: qꝛ indico non significat non dico: sic inauditus ꝓ non auditꝰ: ingenitus ꝓ non genitꝰ noia sunt. Silr aman

dus pro dignus amari &c. Putaui ad te scribendũ. Existimaui hãc rem tractandã. Censui tibi illud significandũ.i.dignũ scribi tractari &c. que oratio idem valet quod scripsi: tractaui &c. sed nõ sine deliberatione tamen nec inconsulto inquit Ualla. Cõtinens pro cõtinuus nomen est. vt oratio continens. incendiũ cõtinens: & cõtinens pro terra nõ insula nomen est. vt oriens/occidens/cõsanans/pfluens/cõfluens/ antecedens/cõsequens/accidens & cetera significationẽ mutantia: veluti diligens p strenuam operam rei dante. Et licet Ualla videatur dissentire nomina esse: sentio cum Lanciloto: euidens pro manifesto: vt euidens negocium: quod videtur: & clare intelligitur. Indulgens facies: cui indulgetur: & que sub preterita voce declarãtur actiue. vt argutus.i.acutus/subtilis: vt arguta Platonis disputatio: & sonorus. vt arguta auis. arguta ilex. Uerg. Forte sub arguta consederat ilice Daphnis. Cautus: callidus qui scit sibi cauere interdũ qui cauetur. Cicero. Quo res mulieri esset cautior. Contentus qui continet quod animo satisfacit. vt cõtentus vxore/cibo &c. sic Ualla: cui obstrepit Calepinus sed paruifacio. ne dicas contentor aris. Circunspectus sagax qui rem callide circunspicit. Qui circũspicitur dicitur cõspicuus. Cõsyderatus qui agenda bene consyderat. Huic aduersatur incõsyderatus. Defectus qui deficit. Martia. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. Cantator cygnus funeris ipse sui. Disertus: qui disserit: & differentiã nouit inter elegans & inelegãs. ¶ Discretus prudens: qui rem malã a bona probe discernit. ita Neoterici capiũt et discretionẽ pro sapientia aut prudentia: sed nos ita nõ vtemur si latinos imitari velimus: qui discretus pro separatus semp capiunt: & discretio p separatio: vel distinctio. ¶ Falsus qui fallit: aliqñ etiã qui fallit. & dicimus hec res falsum me habuit.i.fefellit me. Terentius. Charine falsus es.i.deceptus. ¶ Ignotus aliquando est qui ignorat. Quintilia. Ne quis tamen erret ignotus. ¶ Exoletus qui adultus est. Plautus. Reliqui domi exoletam virginem. Adultus qui adoleuit. Excretus hedus qui excreuit. Cõplacitus qui cõplacet. Fluxa fortuna que fluit: & inconstãs est. Profusus qui pfundit: & supramodum sumptuosus. Scitus qui scit & elegans atq subtilis pulcherq vt scyta interrogatio. scitus puer. scitum dictũ. Tutus qui defendit: et qui defendit: vt in tuta vrbe tuti sumus. Tacitus qui tacet: aliqñ etiam qui tacet. Uerg. Quis te magne Cato tacitũ: aut te Cosse relinquat? Delibutus.i. vnctus & imbutus. participiũ est a verbo delibuo: vt in.v.lib. grãmatice mee ostendi. Pregnans participiũ a quo verbo sit nescio/inquit Ualla. Iuratus/cenatus/latratus &c. participia esse vult Seruius a iuro ceno latro &c. galeatus: ocreatus: nomina esse dicit: quia nulla vba sunt vnde hec formari possent. Tunicatus participiũ dici põt quia tunico as. lectũ est. Uarro. Hec lanigeras detonderi docuit tunicareq homulum. ¶ Sunt participia in rus rei qualitatem & vtilitatem magis q tempus indicantia: nec tamen tempore penitus orbata: licet enim nõ quod iam futurum est significant: tamen significant quod futurum fuerat: nisi aliquid obstitisset et ita non amittitur ratio futuri: ideo participia sunt talia non nomina: licet dissentiat cũ Ualla Aldus. vt pretermissurus.i. talis qui ptermitteret nisi hoc: aut illud obstaret. & regũt casus verbo: quod nominibus saltem quantũ ad accusatiuum sine figura nõ contingit. Plinius iunior. Itaq partem oneris tui mihi vendo: & tanq parens alter puelle nostre confero quinquaginta milia nummũ plus collaturus nisi a verecundia tua sola mediocritate munusculi impetrari posse confiderẽ ne recusares. Sene. episto. xviij. de mecenate. Ingeniosus ille vir fuit. magnũ eloquentie Romane daturus exemplũ nisi illũ eneruasset felicitas. Idẽ de natu. questio. Nullam autem mentionem fecit cometarum: nõ preteriturus. si quid explorati apud illos comperisset Quintilianus. Neq omnino huius rei meminit vsq poeta ipse profecto nõ taciturus de tanta sua gloria. Ornate sic loquemur quoties dicendum fuerit: qui dedissem/scripsissem &c. nisi hoc aut illud impedysset veluti/ Rogaui patrem tres aureos: plus petiturus nisi repulsam timuissem.

Cõtinens. Argutus. Cautus. Contẽtus. Circũspectus. Consyderatus. Defectus. Disertus. Discretus. Falsus. Ignotus. Exoletus. Adultus. Excretus. Fluxus. Profusus. * Sallust. Alieni appetens sui profusus. Scitus. Tutus. Tacitus. * Iuratus q iurauit. Iuue. Oxius iurato me tuã tibi credere testi. participia in rus que Ualla nomina esse vult.

¶ Regula generalis vtilissima.

Nam regimen sit idem si significatio par sit.

¶ Ubi significatio est eadem: est & constructio eadem. vt comparatiuus significat idem quod positiuus. ergo regit casum positiui: vt doctior pile: q dicimus doctus

pile. Si positiuus & comparatiuus idem significant: cur non regit positiuus ablatiuum vt comparatiuus? quia licet comparatiuus significet id quod positiuus: non tamen positiuus notat omnia que comparatiuus. vt omnia clarius intelligant pueri ponam aliquos modos. Itaque quero.

*Doctus pile. Sic apud Flaccum/docte sermonis vltra.

¶ Quotuplices dictiones regunt casum per hanc regulam. Ma regimen fit idem? Sextuplices.

*Marcus Tullius. iij. offi. nemo vnque multitudini fuit charior

¶ Primo quencunque casum regit nominatiuus illum regunt etiam obliqui. vt plenus gratie: pleni gratie &c.

¶ Secundo. Quencunque casum regit indicatiuus: illum regunt ceteri modi post se cum gerundijs: supinis in um: & participio. vt amo: ama. vtinam amarem deum &c.

*Aduerbia persepe primitiuorum casus exigunt

¶ Tertio. Positiui casum regunt comparatiuus & superlatiuus vt doctior pile: doctissimus pile. Tullius erat omnium ciuium iuris peritissimus: et sicut dicimus maior te: ita maiusculus te: quia per hanc regulam diminutiua primitiuorum casum regunt vt frequentatiua/meditatiua &c. regunt casum verbi perfecte forme. vt scriptito librum: veluti scribo librum.

*Tullius. Sed omnium vna res est quam cupio tibi esse notissimam.

¶ Quarto. Aduerbia regunt casus primitiuorum persepe. vt omnium simillime mihi cantas: recte dicitur: quia simillimus mihi omnium dicimus sic conuenienter nature. vt conueniens nature. obuiam tibi. vt obuius tibi. Horatius. Viuere nature. vt conuenienter oportet. Nouisti ne locum potiorem rure beato? Cice. iij. offic. Summum bonum a Stoicis dicitur conuenienter nature viuere. Alibi dixit. congruenter nature. Pridie Postridie genitiuum regunt vt dies: & accusatiuum: quia intelligitur ante: vt pridie vindemias: pridie mortem &c. Sicut prope aduerbium datiuum regit: ita propius/proxime: & nomina propior proximus vt propius stabulis &c. et sicut prope prepositio accusatiuum regit: ita etiam propius/proxime/proximus &c. vt proxime hostem. tamen hi comparatiui & superlatiui non fiunt proprie a prepositione: teste Lanciloto quem imitatus sum in libro comparationum. alij dicunt prepositionem comparari: nec reprehendo: quia & hoc probabile est. Aldus vult recte dici vlterior & citerior pontem: vt vltra & citra pontem. nulla affert testimonia: ideo cum ipso sic non loquar.

Prope. Propius. Proximus

¶ Quotuplicem constructionem habent propius/proxime/propior/proximus? Triplicem. Primo regunt datiuum. Verg. ij. geor. Aut quos oceano propior gerit India lucos. Idem. Propius stabulis armenta tenerer. Sallust. Proxima Carthagini loca. Secundo venuste regunt accusatiuum. Plau. in penulo. Quis pulsat? Qui te proximus est? Cice. ad Octauium. Propius vrbem mouentur. Idem. iij. ad atti. Nihil esset necesse quam proxime Italiam esse. Et. vi. ad atti. Exercitum habere quam proxime hostem. Et alibi. Proximus Pompeium sedebam. sic idem alibi sepissime. Apule. v. meta. Proxime ripam. Cesar. i. co. Proximi regnum. Et li. iiij. Propius solis occasum: & propius Romanos. sic idem sepissime. Oppius. Propius riuum: proxime oppidum. Pompo. mela. Propius Italiam. Gel. Proxime viam. Liui. Propius vrbem: propius inopiam erant. Proximus cum steterat. Propius vrbem moueat. sic legitur sepissime. Tertio habent accusatiuum vel ablatiuum intercedente prepositione ad: vel a. vt propior ad te: vel a te. Titus Liuius in. i. Ducit exercitum quam proxime ad hostem potest. Cice. Ad eam propius adsum. Sic prope ad te. Seneca epist. xiiij. Prope est ad te deus: tecum est: intus est. Sueto. in Aug. Proximum a dijs immortalibus sic vltimus: & citimus ab illo recte dicitur. Cicero. Citima a terris luna: & vltima a celo.

Populabundus & similia cum casuum bi

¶ Quinto. Nomina quedam pro participijs verborum casus regunt: sed rara sunt. vt prescius ventura. Populabundus agros. i. valde populans. posteris inuentis parce vti. Tit. Liui. xxv. Vitabundus castra hostium. Sisenna. iiij. historiarum apud Gel. Populabundus agros ad oppidum peruenit. Apul. iij. met. Hubertim flebam iam forum. & iudicia: ipsum denique carnificem imaginabundus. Et lib. iiij. Mirum numero mirabundi bestiam confluebant. Et li. xi. Manum sacerdotis osculabundus. i. identidem & multum osculans: non autem simplex osculans: vt contra Priscianum recte a-

cet Valla. Justi. lib. v. Gratulabundus patrie expirauit. Tactio amatio &c. olim regebant verborum casus. Plautus in Aulular. Quid tibi nos mendice homo tactio est? Exosus & perosus participia sunt: vt ante docui.

¶ prima exceptio. Interrogatiuū semper precedit: ideo ab aliquo vel aduerbio sepe inchoamus ordinem: vt Quem queritis? vbi vidistis hominē? Quem tedet vitij? hic est constructio assymbamatica .i. sine nominatiuo z vbo personali finiti modi: quasi sine fundamento ab a idest sine z basis fundamentum nominatiuus enim est fundamentū cum verbo veritatis aut falsitatis. ideo logicus ponit solum duas partes orationis nomen z verbum. homo currit est cōstructio symbamatica. Amo deum est parasymbamatica: idest pene symbamatica: quia habet verbum personale indicatiui modi presentis temporis cum nomine obliquo. ¶ Secunda exceptio. Nomen relatiuū z hinc aduerbiū precedit dictionē a qua regitur. vt hic est quem videre diu cupiui. vidi campum vbi Adam habitauit. Uerg. O terque quaterque beati Quis ante hora patrū Troie sub menib9 altis Cōtigit oppetere. Relatiuum pronomen non precedet vt dedit amicus ad me carmen: ego misi ei aurum. ¶ Cur magis precedit relatiuū nomen q̄ relatiuū pronomē? Quia qui/qualis/quātus zc. exponuntur per coniunctionem z: que vult preponi. illā nunq̄ includit pronomen ideo etiam tantus/talis/non precedent: quia non includunt eam coniunctionem. ¶ Tertia exceptio est. Dictiones vim relatiuam habentes: vt que ad sensus perfectionem plura verba petunt: debent in declaratione grammatice precedere. Que sunt tales dictiones? Noīa vel aduerbia infinita cum deinde/deinceps/sic/sicut/sicuti/dū/quū/quando/quia/qm̄/licet/postq̄/q̄/q̄uis: z similia his: quā plurima. Dū .i. quando interdū est syllabica adiectio: vt adesdum: significat in compositione adhuc. vt nondū/nihildū/vixdum. ¶ Quarta exceptio. Dictio negatiua debet precedere: vt neutiq̄ faciā: neminem video. Aduerbiū ꝓhibendi etiā negandi vim hꝫ. ergo p̄cedit: vt ne feceris: nullū pro nō vllū zc. hac resolutiōe opus est interdū dialecticis. ¶ Quinta exceptio. Propter logicoꝝ regulas opꝫ interdū cōtra dictas regulas partes orationis ordinare vt cui homini aīa est. aliquo homine doctior sum. hominem cognosco zc. que tn̄ a doctissimis interim spernuntur. Sonorum alius vox alius nō vox. potes diuisum p̄ponere aut ordinare. sic alius sonoꝝ est vox ali9 nō vox. ¶ Sexta exceptio. Relatiuū necessario postponitur antecedenti: ideo obliquus contra dictas regulas aliqn̄ preponitur ntō aut verbo. vt Ciceronis indiget suus filius. Patrē sequitur sua proles. Ciceronē diligit suus filius Defendite Cesarem o sui milites. a Cicerone diligitur suus filius. Piget Ciceronis suum filium. Rumor est Cesari insidiari suos familiares. Fratrē iam pigere; incipit vxoris sue. Licet ne ꝓ suus dicere eius? minime: qꝛ lōge differūt su9 z eius: qꝛ suus reciprocū est nō eius. Hec res vt planius intelligatur paucis declarabo reciprocoꝝ naturaꝫ.

Dum. *Uergil. Multa qꝫ z bello passus dū conderet vrbē Dum si cū ptō subiūgitur signifi cat postq̄. martialis. Audieris dū grande sophos.

¶ De reciprocis.

¶ Reciprocum est relatiuum reflexiuū quod ad id vnde prodijt reuertitur: vt primitiuū sui z deriuatiuū suus. velut iste amat se. ecce hic amor reflectitur ad amātem. sic iste diligit filium suum. hic dilectio tendit in rem diligentis. sic spiritus reciprocatur cū recipitur. Similiter z vnda vicissim alluens littus reciprocatur. Euripus etiam fluuius ad pristinum subinde cursum rediens reciprocus est. Ergo vt facile pateat ad reciprocum notitiam iter: subijciam precepta Badiana e Valla decerpta minime penitenda.

Reciprocū proprie significat repetitum

¶ Precepta Badij de sui z suus ex Ualla. xx.

¶ Primum preceptum.

¶ Non vtemur more grecorū indifferenter reciprocis z nō reciprocis ꝓnoibus: qꝛ nos illa distincta habemus: greci autem cōmunia. vt αυτου auton ipsius aut sui.
¶ Scdm. Neq̄ si magnos authores in eorū vsurpatione dormitasse offenderimus

continuo eosdē imitabimur.aut idem nobis licere putabim9. Dixit aūt Maro ene. iij. Viuite felices quib9 est fortuna peracta.iam sua pro iam vr̄a ſm Vallaz. ¶ Tertiuz. Sed non prius dormitasse idoneos censebim9 ꝗ̄ compertū habeam9 quo fiat relatione nr̄a erret censura.vt ene.j. En Priamus sunt hic etiā sua p̄mia laudi.vbi nō sua refertur ad Priamū:sed ad laudi.i.virtuti. ¶ Quartū. Neq3 vero si libri corrupti sunt eos per errorem seq̄mur aut authores errasse dicemus:vt apud Cice.in Sallu.ꝗ si istius vita memoriā vicerit aliam.P.C.nō ex orōne sed ex morib9 suis spectare debetis.vbi male legit suis ꝓ eius. ¶ Quintū.ꝗ̄uis aūt iterdū cōiter per reciprocū ac reciprocū loq̄ liceat:non tñ id sp̄ licere putabim9:Vbi gr̄a indifferenter dicere l3 oēs optāt qđ sibi vtile est ⁊ qđ eis vel ipis vtile est. Non tñ dicā oēs optāt qđ eis vtile putāt:sed qđ sibi. ¶ Sextū. Qñ per reciprocū gñaret amphibologia:si alio relatiuo vti is:⁊ ille sine amphibologia vti l3:vitabim9 dubietatē.vt apđ Ci.in Brut. Presertim cu3 ille Quintum Sceuolā sibi minorē natu generꝫ p̄tulisset. Dubium an sibi ad socerꝫ an ad. Fāniu3 referat:⁊ si dixisset eis:de fānio vtiq3 locut9 intelligeret. ¶ Septimo. Non dicem9 su9 est illi9 fuus aut docco suū illi9 fuū more. Prisciani:quē p̄ter eu3 nullus obseruat. ¶ Octauū. Neq3 cu3 Alexādro dicem9 su9 carere penit9 vetō:l3 rarior sit eius vsus:vt defendite Cesarē o ciues sui. ¶ Nonū Neq3 per solū ntīn:sed etiā per alios cas9 loq̄mur qñ ad possessorē possessio trāsitionem facit:⁊ non ad aliū:vt Ciceronis suū filiū piget. ¶ Decimū. Quoties nomē ꝑ prius ꝓnomen aut aliud ad qđ fiat reciprocatio p̄ponit cu3 vbo:⁊ sequit aliud suppositū cu3 vbo l3 supposito addere su9 ꝓpter reciprocationē factā ad priorē ſmonē aut ꝓnomē non reciprocū ꝓpter respectū ad ſm. Qñ vo tñ vn9 cas9 sine vbo p̄cedit si ad ipm fieri pōt reciprocatio:non ponet aliud ꝓnomē. Exēplū prioris: vt ille aut Joānes aut fuus tu9 rogat te vt su9 aut ei9 apđ te cenet fili9. Exēplū secūdi.vt Pythagorā venerabant discipli sui:non discipli eius. ¶ Undecimū. Qñ ablti absolute cu3 reciproco precedūt non h3 aliud ꝓnomē locū:vt non dicā: tradito ei: s3 tradito sibi puero vir dicēdi perit9 ingeniū ei9 ꝓspiciat. ¶ Duodecimū. In construēdo vbi suus p̄ponit vtemur interdūt resolutione in nō reciprocū vt illud Senece. Sepe in magistrū scelera redierūt sua:ꝯstruet sic.scelera magistri sepe redierunt in ipm:aut in eu3 seu illū. Difficilis tñ est resolutio vbi suū est substātiuū vt hic. suū cuiq3 ꝑsoluatur:nisi dicatur qđ cuiusq3 est id ei ꝑsoluat:⁊ silr vbi suus ꝓ ꝓprio ponit, vt sūt ⁊ sua dona parenti sua.i.ꝓpria dona.sunt sine resolutione:aut sua.i.ꝓpria dona sūt parenti. ¶ Decimūtertiū. Bona cencebit reciprocatio qñ ꝓnomē reciprocū ad principale suppositu3 refert.qđ fit qñ loco reciproci poni pōt in vero sensu ipsemet aut ipe idem cu3 dicto supposito. Verbi gr̄a in illo Ter. Orare iussit si se amas hera ia3 vt ad sese venias:si se.s.ipam heram.ad sese.i.ad semetipsā nō tñ l3 dicere. Petrus non adest sed filius suus:immo filius eius:bene autem dr̄ Petrus filiū suū misit ⁊c. ¶ Decimūquartū. Ubi principale suppositū est quisq3 aut vnusq̄sq3 fere locū h3 reciprocatio:si tñ superior fuetur regula.vt q̄sq3 sui memor est,vnusq̄sq3 ad ꝓximum suū respicit. Non tñ dicas Joānē nemo diligit:sed vnusq̄sq3 liberos suos fouet:si de liberis Joānis loquare.dicendū est eīn liberos ei9. ¶ Decimū quintū. Quoties suus ponit ꝓ ꝓprio ac debito:aut substātiuū est:fere locū habet: nec eo facile quis abutet.vt suis horis id facit.sua ⁊ suos diligens conseruat pater familias. ¶ Decimūsextū. Quoties aūt gemina est locutio.ita vt bina complectat supposita licet ad p̄us dare reciprocū:aut ad posterius non reciprocū vt quisq3 vult quod sibi aut ei expedit.iuuenis non petit vt illū aut se miserū putetis. ¶ Decimūseptimum. Quoties sic ante hanc prepositionē interponit gtūs/dtūs/aut abltūs:licet reciprocū et non reciprocu3 subdere:vt grāmaticorum inter se vel inter ipsos grāmaticis inter se vel inter ipsos:sed grāmatici inter se:⁊ scio grāmaticos inter se dissentire ⁊c.nō inter ipsos. ¶ Decimūoctauum. Quando verba singula sunt:sed duplex respectus alter ad suppositū alter ad obliquu3:si pronomen:respicit suppositu3, erit reciprocum:sin obliquum potius.non reciprocum. reperitur tamen ⁊ reciprocum. Exemplu3 prioris.vt tueatur nos deus propter bonitatem suam:non eius. Secundi:vt cepi columba3 in nido suo ⁊ eius quia resoluitur:columba capta est a me in nido suo. Si vero dixero. Joānes cepit columbā: addam in nido eius. ¶ Decimūnonu3 Si tamen obliquo addatur verbū vel aduerbiu3 ad quod reciprocatio fieri debeat erit ei locus.vt inueni leonem iratum ob amissam predam suam: non eius:est eīn idem quod qui irascebatur. ¶ Uigesimū. Quoties interuenit inter aliques coniun

*Aliqñ ꝓ sui siue su9 ponitur is aut ipe aut ille duntaxat ad vitā da3 sermonis ambiguitatem.

ctio nō est reciproco locus: vñ nō dicā cepi leonē ꝛ catullos suos: sꝫ ꝛ catullos eius.

¶ Despauterius.

¶ Ante omnia diligenter consyderandū est principale suppositū ad qđ fieri debet reciprocatio. vt superbus est sui laudator. Joānes amat patrē suū. expectat te Joānes vt se iuues. principale suppositū est Joannes. sic in oībus orōnibus de vt et ne principale suppositū/est suppositū prioris orōnis: veluti magister precepit vt ad se venirem. Joannes timet ne sibi noceam. Joānes diligit Petrū ꝛ fratrem suū: de fratre Joānis intelligitᷣ. Joānes diligit Petrū ꝛ fratrē eius: de fratre Petri intelligitᷣ quia hic ad obliquū: illic ad principale suppositū fit relatio: ideo in euāgelio bñ dr. Jacob genuit Judā ꝛ fratres eius. Qui surgens accepit puerū ꝛ matrē eius nocte. Et vocabis nomē eius Jesum. Ipse saluū faciet pp̄l'm suū a peccatis eorum. eorum dixit nō suis: ne de peccatis Jesu (que nulla fuere) loqui videatᷣ. Misertus est dñs timentibus se. Rogauit Jesum quidā phariseus vt apud se maneret. Quesiuit dñs ex Petro an se diligeret. Intercedēte cōiunctione: nō reciproco vtimur. vt dictū est Terentius. Pāphilus dat fidē vxorē fore sibi hanc. Nā pater aliā ei desponderat. Antecedenti nō erit annexū reciprocū: quia nollē dicere. Filium suum diligit pater suus. Aliter dixit in mercatore Plau. Jubet saluere suus vir vxorē suā. ¶ Dicimus suus sibi gladius ꝛc. vbi sibi nulla necessitate: sed veluti cuiusdā festiuitatis grā iūgitur. Terē. Suo sibi hūc gladio iugulo. Cic. Suo sibi victitant succo. Colu. Suo sibi iure abluuntur. Terē. in Ecyra. Mater ꝙ tua sit causa. i. eius teste Donato. Lancilotus defendit vt sua capiatᷣ pro ꝓpria. sic excusat illud Uirg. Nāqꝫ suā patria antiqua ciuis ater habebat. mallē cū Ualla eius dicere. Licet in plurali per vetiā ausim dicere/Defendite Cesarem o sui milites: tamen nihil tale ausim in singulari. Notanda est regula Ualle lib. ij. ca. lx. Quisqꝫ: vnusquisqꝫ: ꝛ vterqꝫ solent poni eleganter in oratione cū sui ꝛ suus. sed ante substantiuū ipsius suum: ita vt discrepant cum adiectiuo sequēte expresso. sed concordent cū subaudito. Uerg. Pro se q̄qꝫ viri summa nituntur opū vi. i. nituntᷣ summa vi. quisqꝫ pro se sup. nititur. Idē. Dant sonitum spumosi amnes ꝛ in equora vertunt. Quisqꝫ suū populatus iter. Idē. Quisqꝫ suos patimur manes. Liuius. Ausi sumus cū parentibus certare queqꝫ ciuitas suis. Tacitus. Exterriti qui subsidiū ferre debuerāt sua quisqꝫ in castra trepida fuga rediere. Idē. Tribuni p̄fecti sua quisqꝫ extollentes falsa aut maiora vero miscebant. Sic hirundines vere ineunte redeunt in suū pristinum vna queqꝫ nidum immigrantes. Offendi parentes suo vtrūqꝫ morbo affectos. Sic ordina. Hirūdines vere ineunte redeunt immigrantes in nidos pristinos vna queqꝫ in suū supple immigrans. Offendi parentes morbo affectos vtrūqꝫ suo supple affectum morbo.

*Huic ꝓ noī suus se stuitatis grā additᷣ sibi.

*Suus ꝓ nomen nō caret vocā di casu.

¶ In reciprocis multi errarunt aut ipsi ex industria abusi sunt. vt Ualla ostendit: sed vt bene cū Ualla dixit doctissimus Badius: caute videndū est ad quid sit relatio: ne nō illi: sed nostra erret censura: vt apud Horatiuꝫ. Aut famā sequere aut sibi conuenientia finge. Georgius Ualla lib. xxx. ca. iij. vult sibi ꝓ ei poni: quod verum non est: quia sibi ad famā non refertur: sed est sensus. finge conuenientiam sibi: id est ea que sibiipsi non aduersantur: sed inter se apte cohereant ne monstrum nascatur tale vt nec spes nec caput vni reddatur forme.

¶ In sacris plerūqꝫ nō obseruatur debita reciprocatio vt ptꝫ ex Ualla in nouū testamentū. Locos quos ille notauit hic subieci. Intrantes domū inuenerunt puerum cum Maria matre eius/ꝓ sua. Uidi spm̄ dei descendentē sicut colūbā/ꝛ venientem super se/ꝓ eum. Contra apud paulū. Quos presciuit ꝛ p̄destinauit conformes fieri imaginis filij eius/ꝓ sui. Una cū zebedeo patre eoꝝ: pro suo. Accesserunt ad eum discipuli eius/ꝓ sui. sic alibi sepissime: que vt facillima omittā. ¶ Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum/ꝓ sua. Ex fructibus eoꝝ cognoscetis eos/pro suis. Justificata est sapiētia a filijs suis/pro eius. Jussit discipulos ascendere in nauiculā ꝛ precire eū trans fretum/pro se. Procidens cōseruus eius adorabat eū/ꝓ suus. Corripe eū inter te ꝛ ipsum/pro se. Ait illi dñs eius/ꝓ suus. Misit ad eū vxor eius ꝓ sua ¶ Ex Marco. Erat Joānes vestitus pilis cameli ꝛ zona pellicea circa lumbos eius/pro suos. qꝛ ablatiuus est zona. ¶ Ex Luca. Et dabit illi dñs deus sedem Dauid patris eius/pro sui. Sicut locutus est per os sanctoꝝ qui a seculo sunt prophetaꝝ eius/pro suoꝝ. Quū inducerent puerū Jesum parentes eiꝰ/ꝓ sui. Nūciauerūt Joāni discipuli eius/pro sui. Et reddidit illū patri eius/pro suo. ¶ Ex Joan

In sacris etiā literis barbare dr aīa a te expectant vt des illis cibuꝫ in tpe vbi procul dubio reciprocatio ē iōqꝫ nō illꝫ: sed sibi est scribendū. Itē paruꝫ latine trāslatuꝫ est a glīa eoꝛuꝫ repulsi sūt pro a glīa sua. Et perierunt ꝓꝓ iniquitate eoꝝ ꝓ sua.

ne. Neqꝫ enim fratres eius credebant in eum: ꝓ sui. Tristitiã habet quia venit hora eius: pro sua. Jesus itaqꝫ sciens omnia q̃ ventura erant sup eũ, ꝓ se. Põtifex ergo interrogauit de discipulis suis ⁊ de doctrina eius. In neutro peccauit: sed inepte fecit vt v̾ba variaret. quũ debuerit non vtroqꝫ: sed alterutro pronoĩe vti. Stabat autem iuxta crucem Jesu mater eius, pro sua. ❡ Ex Paulo ad Romanos Propter qđ tradidit illos deus in desideria cordis eoꝝ, ꝓ sui. Reddende illis testimoniũ cõscientia ipsoꝝ, ꝓ sua. ❡ Ad Corinthios epl'a prima. Qui inuocant nomen dñi nr̃i Jesu Christi in omni loco ipsorum, pro suo. Ad Corinthios ij. Nõ reputans illis delicta ipsorum, pro sua. ❡ Ad ephesios. Ut notum faciet nobis sacramentũ volũtatis sue ꝟm beneplacitũ eius, pro suũ. Alienati a via dei per ignorantiã que est illis ꝓpter cecitatẽ cordis ipsoꝝ, pro sui. ❡ Ex epistola Petri prima. Coerceat linguam suã a malo vt labia eius ne loquanť dolũ, pro sua. ❡ Ex Apocalypsi. Opera enim illorũ sequunť illos, pro sua. Studiosi plura notabunt. Hec mihi sufficiũt. Sepissime errat in reciprocis Pseudo Curtius: legito ⁊ scies: ego te receptui cano.

❡ Finis.

❡ Jacobi Pape viri disertissimi ad Joannem Despauterium Niniuitam carmen.

Gloria docte tibi multis Niniuita diebus
Permanet: et longe posteritatis opus.
Clarus es eloquio, Phebea clarior arte
Crederis Aonios incoluisse lacus.
Efficies Italo non inuideamus honori.
Ausonios linquens post tua terga viros
Quicquid scriptores attentauere vetusti
Hoc tuus egregia protulit arte labor.
Que facis eterna sunt digna volumina cedro
Clarior est studijs barbara terra tuis.

❡ Jodoci Leti carmen in Syntaxim Despauterianam.

Scire palemonias quicunqꝫ fideliter artes
Uerbaqꝫ vis verbis nectere grammatice.
Conciliare tibi Phebum: doctasqꝫ Heliconis
At tua vis olim vota mouere deas.
Orandiqꝫ etiam vis te suadela peritum
Efficiat: labris presideatqꝫ tuis.
Huc ades: huc propera: huc volita: sunt hec tibi primum
Pregustanda: cape hec: perlege: disce: cole.
Perlege congestos (tulit hos Niniuita) labores
Perlege doctiloqui: perlege dicta viri.
Quicquid grammatici reliqui peperere celebres:
Hoc solus paucis continet iste liber.
Hic nihil est mancum: nil non laudabile: nil quod
Usus doctorum non probet esse bonum.

❡ Martini Dorpij in laudem grammatice Despauteriane doctissimo labore concinnate Epigramma.

Heus tu bybliopola lucrio heus tu
Hunc quicunqꝫ librum ere emes pusillo.
Ne scis nescius atqꝫ (vti es suetus)
Contrectare putes manu inquinata
Merces: hanc quoqꝫ raram te et expolitam
Nec si prostituas: tibi profecto est
Ingens cautio: ne perire iambis
Mens est: qui perijt vafer Lycambes
Non hec triuijs reposta: non est
Uatum osoribus esca: quis suillum est
Rostrum: quis quod olenm olet putrescens
Id demum bene olet: quibus vel ipsa
Disciplina politior molesta est
Solo nomine quos vides tumentes

Et per conciliabula: et per omnes.
Thermas: compita: templa: per coronas
Vulgi: per male feriata plebis.
Ignare agmina: virulenta vocum
Passim spargere fulmina: et theoris
Phebeam lacerare dente turbam.
Hos nodoso abigas flagro vel ictu
Librato ferias vt hoc ab albo.
Immundum abstineant pedem inuenusti
Neve his obstrepitent inauspicato
Garritu fidelibus noni libelli:
Quem noster Niniuita mundioris
Princeps eloquij per hercle doctus
Concinnauit: apes vti Matina
Paruo poplite mel struit suaue.
Nullos preterit hortulos feracis.
Authoris: modo gentium sit ille
Maiorum: modo classicus sit ille
Quin si: quicq holitor vel ipse lanio.
Dignum (vt sit quoq) protulit palato
Excepit studiose et illud omne
Non alba tamen vndecunq amussi.
Conuerrens ⁊ inepta et apta mistim.
Sed discrimine lecta: sed bilancis.
Pensata in trutina: omnibusq demum
Doctorum bene comprobata punctis.
Nunc nunc ponite quicquid est negocij
Hisce ludere pergitote chartis
Omnes quotquot auetis esse alumni
Musarum artificesq scriptionis
Emuncte: teretiq candidoq
Filo composite: nihil profecto
Non pro voto erit assequi hoc in amplo
Hoc in liberiore fonte libri.
Vos haurite modo ⁊ rigate tota hac
Lymphis hora fluentibus scatebra.
Quas vobis Niniuita puriores
Propinare studebit. huc proinde
Musarum properate candidi.
Vos inquam qui auibus bonis (vt aiunt)
Nomen grammatice dedistis arti:
Eius: quod bone vorterit. palestre et
Sacris militieq inaugurati.

Despauterius Langimercio suo S.

Seneca ait Demetrium eleganter solitum dicere: eodem loco sibi esse voces imperitorum quo ventre redditos crepitus. Demetrio ipse vsq adeo libenter accedo: vt etiam gaudeam opuscula mea ab indoctis latratoribus vilipendi que doctis placere cognoscam. Quocirca Dixmudani illius nominatu indigni vexationem (quez ais mi Langimerci meis obstrepuisse opellis) alto cachinno nō refutatione dignam estimo. Non est Syntaxis mea (vt ille putat: quia bonos authores nullos legit) ex solo Nebrissensi et Calepino collecta: sed ex omnibus ferme grammaticis: ⁊ ex optimis oratoribus, poetis, historicis. Valeat ergo blatero ille: ⁊ cū Horatiano Crispino multa se posse iactet: sibi Suffenus placeat: alijs detrahat ipse facere nihil noscat. Vale mi Langimerci et Despauterium tuum ama. Bergis. v. Idus Augustas. Anno. M.D.xiij.

¶ Despauterius Joanni Laurentio ingenuarum artium professori amico suo integerrimo. S. P. D.

DAudeo (ita me deus amet) aut vulgariter mi Laurenti: q calumniatoris Bellocassij in grammaticen nostram posteriores annotationes nō ante viderim q versificatoriam imprimendam ad Badium miserim: vt tu/ Badius/ ceteriq candidi lectores cognoscatis me versificatorie adiecisse: aut ab ea abstulisse: quicquid inepte stolidus plagiari⁹ iactat se arti nostre adiecisse: vt. Jo. T[illegible]us Cytherea/ Eristides/ Adrimachide/ Velitern⁹/ Mycipsa/ Pharos ⁊ Lycus tutius corripiuntur: que vt alia plurima ad annotationes reseruaui. In Ouidio non Eregonius nec Sangaride (vt inepte credit) legendum est: sed Erigonius hexasyllabum: ⁊ Sagaritide a Sagaro. Nec in Syllio quis a pudet regitur: sed a certare. Jure ridear si ad singula respondere velim. Minatur tibi iambos ⁊ mihi si secundo irritauero/ extrema crabronem (inquit) irritauero: cuius ternouena tandem puncta moribundus presentiscam. Rideamus mi Joannes Thrasonis minacias: quia (vt cum Thaide loquar) magnus nebulo est futurus mox Daretis more: fabula vulgi. Nondum excecauit Polyphemum. Roga eum nomine meo vt omissis furtis tertias tandem annotationes e suis edat: easq ceteris maiusculas: ne salarij iure eum auaritie insimulent: qui cum edat scōbris dignissima: tā parcus deprehenditur: vt integer liber duobus scōbris vix sufficiat. Vale Comminij. Quinto Jdus Decembris. Anno salutis nostre sesquimillesimo decimo quato.

¶ Impressum Lugduni. Anno domini. M. ccccc. xxxj.
Die vero. xv. Februarij.

¶ Regestum.

A b c d e f g h i k l m. Omnes sunt quaterni preter m qui est quinternus.

Ars epistolica Joan. Despau.

Ars epistolica Joan-

nis Despauterij Niniuite ex Datho/Sulpi-
tio/Nigro/Erasmo/Badio/Bebellio/et ipso
Cicerone: ceterisq; vere latinis diligenter excer
pta multo copiosius ꝙ post Syntaxim habea
tur: recognita et castigata a Despauterio. Cui
annecti potest Isagoge Orthographie casti-
gata ab eodem. Adnotationibus his que nu-
perrime adiecte sunt hanc notam * prepositam
videbis.



¶ Joannes Despauterius Ninivita Jacobo Sannagio Verniacensi politioris literature assiduo cultori iurisq pontificij baccalaureo perdocto. S. P. D.

ACcepi tuas literas charissime Sannagi nonis Junijs magni in me tui amoris indices Cōquereris meū in te amorē refrixisse et pene sepultū esse ꝓpter diuturnū silentiū nr̄m. Male ꝑfecto de me sentis: si eos tm̄ credas a me diligi ad quos frequēter scribo puerilis amor est qui cū lr̄is perit. Amicorum epl'e ad amicos iucūde sunt nō necessarie. Itaq hoc tibi velim ꝑsuadeas: nihilominus te amari a Despauterio tuo ꝙ olim quū vna semꝑ fuimus. Id verū esse ne hesitares: euidēti argumēto edocere volui. Ego meas opellas gerris siculis forsitā vaniores non minoris facio ꝙ catulos suos simia: ideo nullis vnꝙ nisi charissimis eas dicādas censeo. Ergo ne post hac ꝯqueratis: cū hoc eplo misiculo adte artē nr̄am epl'icā tuo nomini nūcupatā: vt sit diuturnū amicitie nr̄e monumentū. Hāc tu strenue a Despauterio mastigū sugillationib' defēdito. Vale doctissime Sannagi. Bergis vij. Idus Junias. Anno sesquimillesimo tertiodecimo.

¶ Tabula alphabetica.

Index alphabeticus in artez epistolicaz Joannis Despauterij incipit

Epistola est certa rerum nostrarum nuncia: fidaq̃ mentis nostre interpres: certiores absentes faciẽs: si quid est: quod eos scire aut nostra: aut ipsorum intersit. Dicitur ep̃la etiam pluraliter tantũ litere literarum: et apud poetas litera litere singulariter. Litera etiam dicitur manus scribentis. Cicero ad Atti. Nam Alexidis manum amabant. q tam prope accedebat ad similitudinem tue litere. id est manus aut scripture. Item litere pluraliter etiam quecunq̃ scientie siue scripture dicuntur. Unde sacras literas et politiores literas vocamus sacram scripturã et ornatum sermonem. Diminutiua sunt literule et epistoliũ vt ab elegia elegidiũ. Catullus ad Malliũ q mihi fortuna casuq̃ oppressus acerbo. Conscriptum hoc lachrymis mittis epistolium. Cur binas literas dicimus / non duas: satis patet in Syntaxi. Ep̃la dicit̃ ab epistello: id est mitto / significo / mando / iubeo: q̃ mittitur ad aliquem ep̃la. Errauit in hoc Grecismus dicens: ep̃la ab epi. id est supra. et stolon id est missio. Fitq̃ stolon tibi missio: sicut ep̃la signat. Notauit hoc precipuum Germanie decus Henricus Bebelius ab epistello dicitur etiam epili vel ep̃le: idest iussus: et apostolus: id est missus aut nuncius. Litere dicuntur a lituris: quas patiuntur.

Epistola. Litere. Literule. Epistoliũ. epistola ab epistello. * L̃re a lituris dñr.

Epistolarum genera tria authore Cicerone.

Ep̃laꝝ genera.

Primum quo facimus absentes certiores: si quid est: quod eos scire aut nostra aut ipsorum intersit. Tales sunt plurime Ciceronis et Plinij epistole quas ad absentes miserunt: quia presentes conuenire non poterant. Secundũ genus seuerum et graue vt de republica: aut philosophia etc. Tales sunt ep̃le Senece et diui Pauli atq̃ Hieronymi etc. Tertiũ genus est iocosum et familiare. Tales epistole sunt multe apud Ciceronem / Plinium / Philelphũ etc. Qui plura genera ponunt: delirant teste Sulpitio: quia his omnia continentur.

Epistole partes quinq̃ esse possunt.

Salutatio. Exordium. Narratio. Petitio. et conclusio. verum rarissime omnes adhibent̃: q̃ plerunq̃ qd̃ volumus alium scire sine exordio aut narratione oratoria scribim⁹. Ideo Bebelius iure negauit de exordio et narratione aut petitione in arte epistolica disceptandũ esse. Ne tñ nihil dicam. Exordiũ est breuis oratio: que statim nobis aut beneuolum: aut docilem aut attentum. comparat auditorem. Narratio est breuis: dilucida: et verisimilis rerum gestaꝝ vel quasi gestarum ad causam pertinentiũ expositio. Petitio est verecunda officij: aut bñficij aut venie imploratio. Plura de his non dicam: quia magis ad orationem pertinent: vt gña causaꝝ: colores etc. que ex nullo melius: q̃ a Cicerone discuntur. De salutatione et conclusione (sine quibus raro componuntur epistole) pluribus agendum est.

Epistole partes. Exordium. Narratio. Petitio.

Salutatio est qua animus scribentis in eum: ad quem scribit̃: significat̃ prima coniunctio. vt Cicero Terentie vxori salutem. Salutatio est triplex. Subaudita. Breuis. Plena. Salutatio subaudita est quoties pꝑerantes solo epitheto: siue adiectiuo beneuolentie aut maleuolentie animũ nostrũ significamus: hoc pacto. Suauissime fili. Nate dulcissime. Parens optatissime. Amicoꝝ integerrime. Uir nequissime etc. Breuis salutatio est qua suppresso nostro nomine eum ad quem scribimus: saluere iubemus hoc modo. Salue vir optime. salue decus meũ. Non autem dicam premissa salute: more indoctorum.

Salutatio. * Salutatio triplex est.

Plena salutatio est que: et scribentis et eius ad quem scribitur ep̃la: nomen continet. Cicero Attico. S. P. D. Potest verbum subticeri / Cicero attico. S. Ne pluraliter salutes dicas: licet in sacris legatur: nec spreuerit Marsilius. In salutatione scribentis nomen in illo nominatiuo locatur. Eius ad quem scribimus in datiuo et verbum in tertia persona. Ideo non dices salutatio amicabilis scripta ad amicum meũ etc. Ne dimitti as Vide loco salutis. more indoctorum.

Ante omnia cauendum ne in salutatione assentationis quicq̃ conspiciatur cuius rei exemplum hoc dat disertissimus Erasmus. Perspicacissimo viro candelabro aureo septem artium liberalium radiãti theologorum apici lucerne doctrina rutilanti: charitate flagranti: necnon mysteriorum diuinorum sacrario vtriusq̃ testamenti gazophilacio: atq̃ omnium virtutum heroicarum et ethicarum speculo

Assentatio fugienda. Salutatio inepta. u

lympidissimo. Dn̄o meo dn̄o p̄ceptori dn̄ationis vestre discipl's ⁊ indign⁹ seruul⁹ salutes plures q̄ ptinet equor arenas. hec noua salutandi forma doctissimo cuiq̄ incognita: tum demū nata est: vbi Theologi eiectis oratorib⁹ ⁊ grāmaticis ipsi ludum literariū administrare ceperūt: oēm gnationis: colacis: gelasini: penuli ⁊ quicquid vnq̄ parasitorꝫ fuit. artem longe antecedētes: teste Desiderio Erasmo. In dicta salutatione preter odiosam ꝓlixitatē ⁊ sputo dignā adulationē hoc perq̄ vitiosum est. Dn̄o dn̄o meo: quia dn̄s ꝓ sacerdote inepte sumit̄: et ineptius geminatur.

Dominus

Dn̄s certe. nō est honorificū nomen: s; tyrannicū eoq; ab Augusto repudiatū: a sa tuo Domitiano (q̄ etiā deus haberi voluit) acceptū ꝑfecto leonē cui mancipia sūt recte dn̄m dixeris. Nec minus vitiosum est istud: reuerendo viro ingenuarū artiū magistro: magistro Petro ⁊c. Scribito igit̄ ad sacerdotē hoc pacto. Uiro imprimis reuerēdo Joanni Putaneo sacerdoti ⁊c. Eruditissimo viro Petro ingenuarū artiū doctori aut ꝓfessori ⁊c. Uni pluraliter esse loquendū ex Syntaxi nostra ꝯstat: ideo in salutatione dicta inepte dicebatur: dominationis vestre: pro tue.

Scribētis nomē salutatiōe preponendū.

¶ Scribētis nomē in salutatione veteres semꝑ p̄posuere: quos imitabit̄: etiā si minimus ad maximū scribat. exempla sūt in epistolis Cice. Plinij ⁊c. in q̄b⁹ nomē scribētis semꝑ p̄ponit̄. vt. M. T. Cicero cesari Imperatori. S. Marcus. T. Cicero Pompeio magno. S. ⁊c. Plau. Mnesilochus salutem dicit suo patri Apud Gelliū. Alexāder rex Aristoteli. S. Aristoteles Alexādro regi. S. Alexander Jouis Hammonis filius olympiadi matri. S. Anacharsis hammoni. S. Sic inuenies. Appoloni⁹ Uespasiano regi. S. apd̄ Liuiū. p̄tores Siracusani Marcello suo salutē Nusq̄ aliter leges nisi bis parasite. Gnato Terētian⁹ parmenonē suum summu; plurima salute impTit. Gnato Impatori Domitiano. Cesari Augusto Germanico Dacico. Ualer. martial'. S. Multo ꝓpensiores sum⁹ ad mala q̄ ad bona imitāda itaq; oēs ferme Gnathonis et Martia. discipl'i: q̄ ciceronis esse malum⁹. Nam Sulpi. Baptista Mantu. Batista Egnati⁹ Baptista pius. ⁊ plures haud ꝓletarie literature viri nomē eius ad quē scripserūt i salutatiōe p̄posuere. q̄ties ad p̄ncipes viros scripsere. Ego cu; hoc ab vsu totis virib⁹ pugnandū cēseo aut imitādos iter du; doctissimos: ne arrogātiā nobiliū offēdāt: sic scribētes. Ad magnificū ac ornatissimū adulescētē: D. Uldricū Rosēsē Boemū. Philippi beroaldi Bononiēsis ep'a.

Dignitatis nomen post ponēdum.

¶ In salutatione si ꝓbatos audire volumus ꝓprio noīe dignitatis: aut magistrat⁹ aut ꝓfessiōis nomē postponit̄: vt Hieronym⁹ Damaso pape S. Cic. Pōpeio ꝓconsuli. S. Ueteres certe salutationi nulla epitheta admiscebāt. vt L. n. ꝯsul Romanorꝫ ptholomeo regi. S. vbi notes scribētē posse citra arrogātiā dignitatis aut ꝓfessionis sue nomē in salutatiōe scribere: vt Appolloni⁹ ph̄s Musonio ph̄o. S. Joānes pontan⁹ Paulo artiū liberaliū doctori. S. Faustus poeta regins: ac regine⁹ Badio suo. S. solem⁹ dtm̄ suo adijcere quoties ad familiares aut sodales scribim⁹: qd̄ Pliniano seculo maxime fieri cepit: fecerūt etiā antea: sed rarius. vt Plin̄. Calphurnio suo. S. Ausonius symmacho suo salutē. Erras (inquit Erasmus) si te laudari putas quū Ep̄s scriberis aut theologus ꝓfessiōis ista sunt noia: nō gl'ie: is demū te laudarit q̄ bonū ep̄m aut eruditū theologū scribere: id qd̄ in salutatione nō indocte fieri nequit. Cōcludit ide; de hac re sic. q̄ si a veterū ꝯsuetudine libebit aliq̄d innouare: tolerabitur nouitas. modo vitiū absit. i. ne vel ꝓlixitate molesta vel assentatione parasitica: vel affectatione morosa sit salutatione pessimum si totius epistole omen si statim a vitio fecerit auspitium.

* Dtm̄ suo adijcere solem⁹ q̄ties ad familiares aut sodales scribimus Nouitasque tenus toleranda.

Salutādi noua forma.

¶ Salutatio veterum talis semper erat.

¶ Cicero Lentulo. S. Appelles pictor Lysippo statuario. S. ⁊c. Ceterꝫ licebit paululu; ab hac forma recedere: ⁊ ita salutare. Despauteri⁹ Bebelio suo multā salutē precatur: aut plurimā salutē optat. Salue multū optime Laurēti. Appolloni⁹ ph̄s Demetrio gaudiū dicit. Despauteri⁹ dorpiū suū saluere iubet. Etiā atq; etiā salue amicorꝫ integerrime. Aue ⁊ salue preceptor optime. Erasmus Fausto poete regio feliciter agere. Picus politiano suo ꝑpetuā optat incolumitatē. Saluere te iubeo qui ipse nō salueo. salutē tibi dico mi patrue q̄ ipse desidero. salutē solidā tibi tua phyllis precat̄: quā nisi tu desideris, nullu; est habitura. salutē is tibi mittit q̄ ipse petijt: salua sit tua p̄nitas: salue aīe dimidiū, mee salue meū p̄sidiū: meū dulce decus mea spes: mea voluptas ⁊c. Eiusmodi formas ego cū doctissimo Erasmo: vtinter familiares ⁊ i leniorib⁹ argumētis nō vsq; quaq; dāno: ita nō magnopere pbe

Conclusio est artificiosus orationis: aut epl'e terminus quo quod plurimũ optamus: aut dictũ factũ ve volumus enũciamus. Cic. fere hoc verbo Uale epl'am claudit: cui rarissime q̃cq̃ adijcit. Possumus et in hunc modũ vale dicere. Uale mea Terentia. Uale: ꝛ me mutuiter ama. Uale mea lux, vale nobilissime, Maloine: o ꝛ presidiũ: ꝛ dulce decꝰ meum. cõmunem valetudinẽ fac cures. cura vt valeas. Si tu recte vales nos male valere non poterimꝰ. Ualetudini tue: siquidẽ nos valere vis: omni cura serui. Uale ꝛ bene age. Aueto/ hoc ṽbũ finis epl'e eius est: quã scripsit Catilina Catulo apud Sal. in Catil. Uale: ꝛ me: vt facis ama. Aueto: ꝛ me: vt cepisti amare/ pergito. Uale literarũ decꝰ. Etiã atq̃ etiã cura vt valeas: nos pulchre valeamꝰ oẽs. Ualebis mi. Cic. nosq̃ mutuo diliges. Uale ꝛ viue beatꝰ. Annectimꝰ interiz aliq̃d qð volumus aio eiꝰ ad quẽ scribimꝰ: vehemẽter insidere: etem̃ q̃ nouissime dñr in discessu, ea re cẽtissime meminisse solemꝰ: vt. Uale mi Cic. ꝛ hoc vnũ memẽto. te iter venena viuere. Uale. Ualebis autẽ: si phiaz amplecteris. Uale: ꝛ vbicũq̃ eris mortalẽ te cogita. Uale nr̃i mẽor. vale ꝛ nõis imortalitati mi frater incũbe. Sũt q̃ inhũc modũ vale dicãt. Incolumẽ te ꝯseruet imortalis deꝰ. Huãnitatẽ tuã feliciter agere p̃cor. prestãtissimã tuã florẽtẽ ꝛ incolumẽ tueat̃ deꝰ clemẽtiã. s̃ctitatẽ tuã in oĩ ꝓsperitate ꝯfirmet ꝓpitiꝰ Jesus. Ut eiuimõdi ꝯclusiões facile tolero ita illas appẽdices male assutas: ꝛ ad rẽ epl'e minime attinẽtes nõ fero. Uale l eũ q̃ vastũ cingit fluctibꝰ orbẽ. valentẽ te tueat̃ q̃ mare ꝛ terras varijs tẽperat influẽtijs: ꝛ cetera hoc genꝰ nenias.

Conclusio vale dictio

** Aueto in fine epistole.*

** Cõclusiões ad rẽ epl'e minime attinẽtes ferendẽ nõ sunt.*

Si post conclusionẽ aliq̃d neglectũ sucurrat poterit honeste addi: quinno ex industria interdũ elegãter aliq̃d neglectũ fingemꝰ in mẽtẽ venire hoc pacto Uale: at heꝰ tu ꝓpemodũ preterieram qð in p̃mis dictũ oportuit. vale: s3 deũ imortalẽ q̃ pene exciderat qð neutiq̃ p̃teritũ oportuit. Uale iã parabã epl'az obsignare: sed p̃ter ocyum obtigit: libet etiã diutiꝰ tecũ garrire. vale: sed iam pcõmode in mentẽ incidit. vale: at nũc demũ occurrit qð p̃mo loco scriptũ oportuit. vale pene sero soceri tui recordabar. vale: iam cere anulũ admonerã: mirũ q̃ pene me fugerit. vale: sed mane dum: de fratre nũc deniq̃ succurrebat. vale sed priusq̃ obsignã epl'az hoc addã. vale: iam epl'am cõplicabã dũ ecce mihi de filia tua succurrit. Uale: sed heus fili charissime sunt ꝛ q̃ mater ad te mittat munuscula ab hoc tabellario expectanda ꝛc. Huiusmodi forme (inquit Erasmus) nõ hoc tantum loco: verũ etiã passim gratiã habent: si quid Fabio credimus. Badius ait. Si tamen ad vi[rum] grauiter prestantẽ scripsero vix audeã sic reuocare: at heus tu: sed potius da veniam virorũ optime: si tuã dignitatẽ iterum cõuenio: pene id dicere neglexerã ꝛc. Si plura adiecerimus: dicemus/ iterum vale.

Conclusio ni vt honeste aliquid additur.

Si cupias aut tuo aut alterius noĩe quẽpiã salutari id ante vale sic facies. Frẽz tuũ ṽbis meis salutato. Uale Attice nostre meis ṽbis multã salutẽ dicito. Ci. verbũ dicito subaudit. vt, Attice ꝛ Phylie salutẽ. vale Atticaz meo nomine vehementer saluere iubebis. Attice ex me plurimã salutẽ dices. Atticam mea causa salutabis. Officiose familiã oẽm per te meis ṽbis salutatã volo. Attice ꝓ me multã optabis salutẽ. Jussit tibi adscribi attica plurimã salutẽ. Antoniꝰ meiq̃ oẽs meis verbis multã tibi salutẽ annunciãt. Terẽtia multã tibi salutẽ impertit. Badius ait. Salute quẽq̃ imperitire: apte dicemus si talẽ cẽsuerimus: q̃ alios faciat salutis participes: quũ ipse multo sit beatior. At cliens non dicet se patrono suo salutẽ impertire: sed ipsi salutem aut felicitatẽ optare. Nã in comico qui gnatho Parmenonẽ salute impertit: superiorẽ se significat, per parasiticã petulantiã.

Salutari noie nostro q̃modo aliũ iubemus.

Sic aũt rescribimus. Attica quã tuis ṽbis dixi salutẽ libenter accepit/ teq̃ vicissim per meas literas saluere iussit. Tuã salutẽ libenter Attica accepit: suam remittit. Attica salutem quã ꝛ tuis verbis nunciaui totidem verbis remitit. Attica per me tuo nomine salutata: suis ṽbis vt te diligenter salutarẽ iussit. Attice tuis verbis salutem scripsi: ea suis verbis rescribi tibi multam salutem iussit.

Optimũ fuerit ante cõclusionẽ ponere dictũ insigne pondꝰ votorũ continẽs: post quod addere licet. Hec sunt que nostra liceat te voce moneri. Hec dicta volui: tm̃ est qð te ignorare nolui. Dicta insignia siue clausulas elegãtiores apud Pli. p̃cipue inuenies: e quo excerpsit doctissimꝰ Badiꝰ nr̃ q̃ sequũtur.

Clausule elegãtiores ex Plinio.

Scio quem animum: quod hortor ingeniũ tu modo enitere/ vt tibi ipsi sis tanti

quanti videberis alijs si tibi fueris. Uale.

¶ Hec tibi scripsi quia equum erat te pro amore mutuo nõ solum omnia mea facta dictaq; verũ etiam consilia cognoscere. Uale.

¶ Obsequor consilio tuo cuius mihi authoritas pro ratione sufficit. Uale.

¶ Satius em̃ est vt Attilius noster eruditissime simul & facetissime dixit ocyosum esse q̃ nihil agere. Uale.

¶ Uoluptatẽ percipio si ea que mihi denegantur amicis video superesse. Uale.

¶ Seriopeto, fac sciã qd agas: qd sine sollicitudine summa nescire nõ possũ. vale.

¶ Ut in ceteris rebus ita in audiendi officio perit grã si reposcat. vale. ¶ Neq; em̃ magis decorũ & insigne est statuã in foro populi romani habere q̃ ponere. Uale.

¶ De seruis venalibus melius auribus q̃ oculis iudicatur. Uale.

¶ Erit cõfusioni mee nõ mediocre solaciũ si tu nihil querereris. Uale. ¶ Sed iã finẽ faciam ne modũ quem etiã orationi adhibẽdũ puto in epistola excedam. Uale.

¶ Igitur memento nihil magis esse vitandũ q̃ istam luxurie & sordiũ pronã societatem q̃ quũ sint turpissima discreta ac separata: turpius iunguntur. Uale.

¶ Sumus solito rariores: quod initiũ est gradatim desinendi velle. Uale.

¶ Ostende modo velle te: nec deerunt qui quod tu velis cupiant. Uale.

¶ In summa nisi eque longam epistolam reddis non est quod postea nisi breuissimam expectes. Uale.

¶ Rogat enim & quidem efficacissime qui reddit causas rogandi. Uale.

¶ Habent hunc finem assidue querele q̃ queri pudet. Uale.

¶ Trade filium preceptori: a quo mores primũ: mox elegantiam discat: que male sine moribus discitur. Uale.

¶ Hic erit finis ep̃le: lr̃am non addã: etiã si aliqd adhuc p̃terisse me sensero. Uale.

¶ Neq; em̃ ij sum⁹ quos vituperare ne inimici qdẽ possint nisi & simul laudẽ. vale.

¶ Illa annota que putaueris corrigenda: ita em̃ magis credam cetera tibi placere si quedam displicuisse cognouero. Uale

¶ Dedit m̃ihi quantũ maxime potuit daturus amplius si potuisset. Tametsi quid homini potest dari maius q̃ gloria & laudis eternitas. Uale.

¶ Nescis quo pacto vel magis homines iuuat gloria lata q̃ magna. Uale.

¶ Ut in corpibus sic in imperio grauissim⁹ est morbus q̃ a capite diffundit. Uale.

¶ Dũ suppetit vita enitamur vt mors q̃ paucissima q̃ abolere possit inueniat. vale

¶ Hortor vt q̃plurima proferas que imitari plures concupiscant: nemo aut paucissimi possint. vale. ¶ Nescit semel incitata liberalitas stare: cuius pulchritudinem vius ipse commendat. Uale.

¶ Aliud est epistolam: aliud historiã: aliud amico: aliud omnibus scribere. Uale.

¶ Neq; em̃ cuiq; tam clarũ statim ingenium vt possit emergere: nisi illi materia: occasio pariter etiam cõmendatorq; contingat. Uale.

¶ Dices optare me tuis reb⁹ vt meis vti: etiã. sed pinde illis ac meis parco. vale.

¶ Cum multis & sepe tractandũ est qd placere & semper & omnibus cupias. Uale.

¶ Neq̃ filiũ durius acerbiusq; tractes: memineris te hoiẽ esse & hois patrẽ. vale.

¶ Nihil est aut pigrius delicatius aut curiosius ocyosis. Uale.

¶ Hec ex Plinio apud quem multa id genus alia inuenies. Hacten⁹ de partibus epistolarum: nũc de earũ comitibus agendũ est subscriptione et superscriptione.

Subscriptio.

¶ De subscriptione.

* Seruitor] ineptũ vocabulũ Loco cui⁹ peritiores cliẽs dicũt. Loci significatio. r

Subscriptio est modesta notificatio scribẽtis cũ loci temporis ac meritorũ ei⁹ specificatiõe post vale sub calce ep̃le posita. vt vale / Lutetie ex collegio Mõtisacuti. Deide in postrema parte modestie aut sui cõmendandi gratia adijci solet. Idem tibi deditissimus alumnus Tui obseruantissimus cliens: pro hoc ne dicas seruitor.

¶ Locus exprimitur per rectoris carentiã in gtõ: vel datiuo: vel ablatiuo: aut cũ prepositionibus per regimẽ. vt datũ Rome: scriptũ Lugduni. sed datum & scriptum venustius subaudiuntur. Uale ex officina nostra literaria. Uale Gandaui: aut Gandauo: aut ex vrbe Gandauo. Uale Gãdaui. s. scripta est hec epistola. vale. Gandauo. i. ab eo oppido mittitur hec epistola. Cice. lib. vj. ad atticum. Equotutico: & Brundusio datas. i. ab his oppidis missas. Idem lib. ix. ad Atticum

Rome scripsit Balbus. Vale Bergis e cubiculo nostro a cena e caupona. ad lunā &c. Vale ruri aut rure aut e rure &c.

¶ Tempus exprimitur in ablatiuo q̄r significare volumus qn̄ epistola est scripta vt Vale Gandaui calendis Januarij anno a natali Christiano sesquimillesimo. xiij. Vale tertio nonas Martias vel ad tertiū nonas Martias: sine discrimine: lʒ sint q̄ velint per actm̄ tp̄s incertū significari: vt capiatur ad per circiter: sʒ hos falli credo non solū ꝓpter Erasmū ꝛ Clichthoueū mihi ꝯcinentes: sed multo magis ꝓpter authoritatē Plini. lib. iij. natu. histo. cap. v. dicentis. Diua Angerrona cui sacrificatur. ad diē. xij. Calendaꝝ Januarij: ore obligato obsignatoq̄ simulachrum habet. i. die. xij. calendaꝝ Januarij: non aūt circiter eum diem nunquid Plini⁹ nesciuit quoto die sacrificabaṫ Angerrone. Si de tp̄e ambigetur hoc modo scribes: anno circiter nonagesimo. circiter calendas martias ad annos circiter nonaginta: ad annos ferme nonaginta. Nota Pliniū dixisse ad diē. xij. calendaꝝ quē loquēdi modū rarissime inuenies q̄r die meli⁹ subaudit: vt tertio calēdas Maij. i. die tertio: die ante calēdas ita declarato reliqua nec dices prima aut primo die Januarij &c. more indoctoꝝ sʒ loqueris per calēdas/nonas/Idusq̄ Semel tm̄ apud Cic. lib. xij ad atti. Tue lr̄e mihi reddite sunt. xiij. die. nec tn̄ dānauero si quis ita scripserit: pridie natalicia diue virginis: postridie natalem diui Joannis verū nullo modo melius q̄ per calendas/nonas/idusq̄ scripseris.

Tēporis significatio.

¶ Dies mensis cuiusq̄ sunt triplices calende: none: idus.

¶ Calende primus dies mēsis est. None septim⁹ dies mensis est in Martio/Maio/Julio/Octobri. In aliis semꝑ quintus dies est. Idus q̄ntusdecimus dies est in Martio/Maio/Julio/Octobri. In reliq̄s semꝑ tertiusdecimus. Hos ergo dies in ablatiuo signabis hoc pacto. Accepim⁹ tuas lr̄as calendis Januarij/Februarij &c. i. primo die eius mensis: duxi vxorē nonis Martij/Maij/Julij. Octobris. i. septimo die illius mensis. Filius me⁹ natus est nonis Januarij/Februarij/Aprilis/Maij Augusti/Septemb. No. De. i. quinto die ei⁹ mensis. celebraui aut obtuli deo primitias sacerdotij mei. Idibus Mar. Maij/Julij/Octo. i. xv. die eius mensis. Pater me⁹ cuius misereaṫ deus obijt idibus Janua. Feb. Apri. Ju. Augu. Sep. No. De. i. xiij. die illius mensis: ꝛ lʒ declarē primo die: quinto die: &c. nollē sic scribere aut loqui q̄r non est doctissimoꝝ vsus. Multa declarationis gratia dicuntur alioqui intolerabilia. Recte etiā dicimus teste Erasmo. scripsi ad te diem Calendaꝝ: nonaꝝ Iduum Januarij: pro scripsi ad te calendis &c.

Calende; Idus. None.

* Scripsi a te die calendarum

¶ Dies medij inter calendas nonas: idus ab his noīatur a sequētibus quidē nō precedētibus: vt dies inter calendas ꝛ nonas: a nonis nomē mutuātur: dies inter nonas ꝛ idus ab idib⁹: dies inter idus ꝛ calendas alterius mensis nominatur a sequentibus calendis. Ergo videto diligēter quotus dies sit ante calendas: aut nonas aut idus quē signare vis: ꝛ accipe numerū ordinalē cum actō calēdas: nonas vel idus: ꝛ ascendendo nūerato: vt ipse dies calendarum aut nonarū vel iduū sit primus. deinde ascendendo inuenies. ij. iij. iiij. &c. sed pro secūdo vbi dicimus pridie: quia secundus dicitur a sequendo: ꝛ ita si diceremus secundo calendas significari videretur dies sequens calendas &c. quod verum non est.

¶ Sumamus exemplū in Janua. Apri. &c. iiij. no. iij. pridie no. i. secūdo: tertio: quarto die Nonis. i. quinto die. hinc. viij. vij. vj. v. iiij. iij. pridie idus. vj: vij. viij. ix. x. xj. xij. die idibus. xiij. die. Hinc vide quot dies restant: ꝛ numera ascendendo: vt sit prim⁹ dies sequentis mensis: ꝛ vltimus dies in quo est: secūdus: inde asendendo die. iij. iiij. v. &c. in Janua. post idus dices. xix. calēdas Februarij. xviij. xvij. xvj. xv. xiiij. xiij xij. xj. x. ix. viij. vij. vj. v. iiij. iij. pridie calendas. i. die Januarij. xiiij. xv. xvj. &c. Ostendātur pueris hec per singulos menses calendario: vt facili⁹ memorie mandent subiectos hic versiculos edisce lʒ rudiusculos ꝛ vix bonos. Julius/Aprilis: septēq̄ nouemq̄ tricenos. Unū plus reliqui. Februus tenet octo vicenos. Sed si bisext⁹ fuerit supadditᷓ vnus. Pricipiū mēsis cuiusq̄ vocato calēdas Maius sex nonas. October Julius ꝛ mars. Quatuor at reliqui: tenet idus quilbet octo. Post quas q̄d restāt luces numerato calendas. Atq̄ diem primū mensis superadde sequentis.

* Pridie Calendas dicim⁹ nō aūt secūdo et quarto.

*Mensis noia venuste sumuntur adiectiue.

¶ Noia mensiū eleganter adiectiue sumuntur: vt tertio calendas Januarias: Februarias/Martias/Apriles/Maias/Junias/Julias aut quintiles/Augustas aut sextiles//Septēbres &c. ¶ Quarto calēdas cur potius dicam⁹ q̄ quarta rō pcipua

est authorum bonorum vsus: qr ni lz sepi⁹ masculine tps certū significet: tn etiā femine. Justinus.xj.lib. Sanitatē quarta die recipit. Idem.xiij. Ea die qua natus est. Liu. lib.iij. Crastina die armati ad lacum. Regillū assitis. Et lib.iiij. Die octaua q̄ creatus erat magistratu se abdicauit. Cice. de lege Agraria. Quales vos hodierna die maxima concione mihi p salute vestra prebuistis. Et.j. de nat. deorum. Deliberandi causa sibi vnam diem postulauit.

Superscriptio.

De superscriptione.

Superscriptio est exterior super epistolā scriptio nomen merita locūq eius ptinens ad quē scribimus: in hunc modū. Gandaui apud aedez diui Petri: subandit detur hec epła Gādaui scz habitanti rc. posses dicere Gādauū: vt subaudiat portet. Apud veteres (vt dixi) dignitatis officiūq nomē semp postponit: vt Cesari imperatori rc. nūc assentatio fecit vt preferat sic. Ornatissimo viro magistro Petro rc. in quā remis velisq pugnare decet: authore Erasmo. Badius aūt sic ait. Sunt qui nomen ppriuz ante officiū aut dignitatis preconia ponendū censeant: qđ in subscriptiōib⁹ quidē modestie gratia obseruamus: vt Sixtus dei gratia seru⁹ seruorū dei. Lodouicus pvidentia diuina Francorum rex. sz in superscriptionibus si officia z merita ppolleant anteponēda censeā: vt inuictissimo atq Christianissimo Francorum regi. Lodouico duodecimo. Hec Badius optime de iuuenibus senibusq meritus. Tam vero pro priuz nomē q̄ eius epitheta in dandi casu poni solent: qr subandit dent he litere: lz etiā dicere. Ad magnificū equitē auratū. s. mittunt he litere. Locus signat per carentiā rectoris in gtō/dtō/vel abltō: vt Rome ad aedē diui Petri. aut in actō. Romā z tunc subaudit mittunt he litere. Sic studioso adulescentulo Parrhisijs bonis literis insudanti. probo negociatori Brugis agenti rc. Nunc de epithetis agendū est: que quum vbiq tum in superscriptionibus maxime locum habent.

Officiū dignitatis. nomen anteponēdū.

* Epitheta in superscriptionibus maxime locum habent.

Epithetuz

De epithetis.

Epithetuz (quod appositū vocat Fabius) est adiectiuū vel loco adiectiui aliquid: qđ aut discretionis. aut pprietatis: aut ornatus gratia cuiq adijcitur: vt doctus: almus: prudēs rc. Ea queadmodū superscriptionibus adhibent: ex Sulpi. collegit Badi⁹ nr̄ in hūc moduz

Summo pontifici ascribenda epitheta.

Sanctissimo diui Petri successori. Summo Romanorum pontifici. Reuerentie olīq obseruatione. dignissimo pape antistitiq Romanorū maximo. Sāctissimo Christi in terris vicario. Summo vigilantissimoq christiani gregis pastori.

Imperatoribus apta

Diuo atq inuictissimo Romanorum imperatori. Felicissimo totius orbis moderatori. faustissimo rerum potiori. incomparabili orbis monarche diuo Cesari sempq Augusto/ Togatorum principi inclytissimo. Totius orbis triumphatori rc.

Cardinalibus apponenda.

In primis reuerēdo/ Cardinaliq p̄sbytero Sanctissimo archip̄suli ac firmissimo Romanorum pontificatus cardi. Sūma obseruatione dignissimo Romanorum pontificatus Cardinali. Multa reuerentia digno Romaniq pontificis cardineo.

Regi addicenda.

Inuictissimo Romanorum regi. Magnanimo triūphatori z Christianissimo Francorum Regi. Clementissimo hispanorum Rectori septriferos principi ac regi excellentissimo summaq virtute predito Pannonum Regi rc. que ipse effingas

Archiepiscopo z episcopo conuenientia.

In primis sancto patri z primatus Lugdunēsis archiepō. Reuerendo admodū in Christo patri antistiti z Neruiorum Tornatorūve p̄suli. Sanctissimo p̄suli z inclyto Leodiorum epō. Uigilātissime regi suo supintendenti cameracensiū epo.

Archiduci (quando ita receptum) duciq congrua.

Clarissimo atq inuictissimo archiduci. Inclytissimo bellatori z inuictissimo suorum ductori. Generosissimo atq eidem splendidissimo duci. In primis strenuo: ac preter ceteros fortunato horum aut illorum Duci.

Abbati et ceteris ecclesie primatibus applicanda.

Reuerendo patri. Obseruando cuz primis archipresbytero. Religiosissimo viro ecclesie. N. Archidiacono vigilātissimo gregis dūci pastori. Magistro ecclesie. N. Curatori eximio couentus Carmelitarum presidi. Obseruātissimo diuine legis inter

minores pri. Disertissimo fratrũ pdicatorũ cõcinatori ₵c. ¶ Comitibus equitibusq́ auratis debita. ¶ Fidelissimo imperatori maiestatis Comiti. Inclitissimi Flãdrini comitatꝰ pncipi. In primis strenuo bellatori eqtiq́ aurato. Aureo cingulo isigni to: sũmaq́ ꝟtute pdito nec minꝰ felici ibellis gerendis eqti. Alto loco nato clarisq́ natalibꝰ pspicuo eqti. Forti ad modũ eqti ₵ i pris strenuo ₵c. ¶ Religiosis ₵ docto ribꝰ quadrã: ia. ¶ Uenerabili pri. Uiro religioso ad modũ₵ in pmis colẽdo Multa sctitate cõspicuo. Sũma castimonia claro. Excellẽti abstinẽtia ornato. Sũma reli gione pdito. Uiro disertissimo doctoꝝ antistiti. Eloqũ Romanorũ principi Juris consultissimo. Medico peritissimo. Appollinee artis expertissimo. Diuinarũ litera rũ interpti prefectissimo. Diuine pagine pfessori eximio. doctissimo bonaꝝ artium doctori ₵c. ¶ Judici ₵ prefectis vrbiũ accõmodanda.

¶ In corruptissimo iuris administratori. Sãctissimo legũ executori. integerrimo le gũ interpreti. Uigilantissimo vrbis perfecto. diligẽti admodũ ciuitatis moderato ri. Optimo morũ censori: iustissimo edili: equissimo iudici: inuiolabili iusticie pũdi tori totius splẽdori ₵c. ¶ Ciuibus ₵ negociatoribus ceterisq́ bonis idonea

¶ Splendido ciui prudẽtissimo viro. Optimo laudatoq́ admodum negociatori. Mercuriali viro probissimo: negociatorũ optimo: diligẽti operario. Solerti opifi ci: probo mercatori. Studioso scholastico: ingenuo adulescenti. Spectate indolis puero ₵c. ¶ Matrone plerũq́ habebũt virorũ epitheta gñe tm̃ immutato.

¶ Epithetis diligenter studẽdũ est: spectandũq́ magna cura ẽ que cuiusq́ hominis sint partes: queq́ a quibus virtutes expectentur: vt hic vni cuiq́ apposita epitheta tribuamus: neq́ sola alijs congruũt in alios transferamꝰ pro sua quẽq́ dignitate laudemus nullum falso extollamus veluti ne ineruditũ sacerdotem cum primis aut disertissimũ: aut musarum delitias dixeris. ne auarũ vel in parũ notos liberalẽ. indoctũ theologũ, grauissimũ; potius q̃ diuine pagine scientissimũ nũcupabis. Et supinũ presulẽ q̃duis potius q̃ vigilantẽ: ₵ quã concu bina gaudere nosti: ne insignis castigatis virum predices. Nam quisq́ sibi cõsciꝰ hec in cõtumeliã trahit nõ aliter q̃ si deformẽ: senẽ formosam puellam appelles. Preterea fugiẽde sunt cõpellationes lasciue ₵ quasi calamistrate ₵ picturate ani mi lenitatẽ indicantes: velut purpureis literarum flosculis geminisq́ decorato: Suauissimo lepore pegasidum affluenti: nitido scientie cingulo insignito.

✱ Cõpel latiões la scine ani mi lenita tẽ indican tes fugien de sunt.

¶ Fugienda est teste Erasmo infelicitas eorum qui se certis q buldã vocibus allegãt: qs magna supstitione imutari aut verso pferri ordine pia culũ putãt: vt pontificẽ summũ: sanctissimũ patrẽ tm̃ dicamus. Epm reuerendum Abbatẽ venerabilẽ: Regẽ Christianissimũ. ducẽ illustrẽ. Comitẽ generosuz. Neq́ fas esse hec inter se cõmutarij. Ego miserrimũ puto seruire vocabulis. Quid em̃ si regẽ p patrie salute sese piculis obijcientẽ ptentissimum dixero: ridebit me crasso. Uilfertitus ore? Quid si sũmũ põtificẽ optimũ maximũ pastorẽ: nõ opprime dixe ro? At isti aliud dñs Petrus: ₵ petrꝰ dñs: magister noster. ₵ nr̃ magister esse volũt. deq́ his tricis doctissimi scz hoies sudantes disputant. Ergo omissis indoctorum nugis varie ppmateria vtemur epithetis: veluti pncipẽ a quo muneris q̃ppiã co neris auferre: cui ve accepto munere gratias agas: intẽpestiue fortissimũ inuictissi mũq́ appellaueris: rectius munificẽtissimũ aut benignissimũ noiaturꝰ. Ignosces primo errori dux mitissime Patere te exorari clementissime cesar? Turcarum vim a Christianoꝝ humeris depelle rex inuicte. restitue per calũniã oppressaz equissi me iudex. In bonam partẽ accipias vir humanissime. Nõ meũ est tibi consilium im partiri vir prudentissime. In hmõi orõnis gñe nõ sũt speciosa epitheta sz argumẽ ti põdus obtinẽt. ¶ Qð aũt dicũt abbatẽ demũ venerabilẽ dici: fallum est: q: sũmi principes recte venerabiles dñr: vt docet Bebelius optime de lingua latina meri tus. Leo pa. epla prĩa suoꝝ sermonũ. promisisse me memini venerabilis imperator Cornelius Tacitus. Uespasianꝰ. Uenerabilis senex. Idẽ in eplis diui Ambrosij ostẽdit etiã impatorẽ recte xpianissimũ dici. Serenũ de hoie dici apud doctos nõ inueni: sed bene serenã frontẽ. Ideo pseudocurtiũ nõ imitabor dicẽtẽ. Uiroꝝ vir tus comes nõ est serenissime princeps. doctissimi viri Nebrissen. ₵ Bebeliꝰ mihi cõcinũt. Optimꝰ maximꝰ ppie in reges pncipes ₵ sũmos põtifices cõueniũt a Jo ue mutuo sũptũ: abest aũt cõiũcto. Liuius lib. vij. Jouis optimi maximi tem pluz

Epithetis varie vten dum.

Serenusꝰ. Optimus Maximus Epitheto rũ transfi guratio.

¶ Trāsfigurant epitheta festiuiter in substātiua: vicē q̄ pnomi-
nis obtinēt que res ad fastū nobiliū ditiūq̄ enitādū est accōmodatissima: vt p ob-
secro te pater pientissime: pulchre dices: obsecro pietatē tuā pr̄. Gratulor tibi vir for-
tissime. Gratulor tue fortitudini: sīlr: tuā improbitatē: appello te iprobe. His si mo-
dice ꝛ in loco vtamur: ꝛ grauiorē āplificādo reddem⁹ orōnē ꝛ grata varietate nota-
bimus. nā vulgo in his null⁹ est mod⁹: neq̄ in loco faciūt hoc mō dn̄atiōis tue lite-
ras accepim⁹: ꝛ reuerēdissima tua pn̄tia mihi significauit: ꝛ charitati tue, breuiter
rn̄deo. Et nr̄a puitas: benignissime paternitati tue grās agit. Hec vt parū terse di-
cunt: ita illa plepide. Stultitie mee tua prudētia sit p̄sidio. Nr̄am tenuitatē tua li-
beralitas foueat. Nr̄am inopiā tua copia sustineat. Meminit de hac re Sulpitius
dicēs. Nō alienū fuerit si ad maximos viros scribēs eos qn̄q̄ a maiestate: autho-
ritate: dignitate: benignitate: dignatiōe: clemētia: dn̄atiōe facillitateq̄: ꝛ hmōi v̄bis
denoiabis. Immo nisi ita feceris quorūdā fastū offēdes. Dices tn̄ maiestas ꝛ dn̄a-
tio tua nō vr̄a: nisi sint plures: ꝛ per totā ep̄laꝫ benigna vteris orōne: q̄ plurimum
facit ad gratiam: sed caue ne alicubi quicq̄ barbare dicas.

Epitheta sordida, deuitēda sūt

¶ Et fugiēda sunt epitheta sordida. vt paternalis: discret⁹: pro
prudēs: authēticus: cōtēplatiu⁹: deificus. illuminat⁹: scientificus: socialis: fauora-
bilis/ subtilis/ habilis/ refulgēs/ disciplinat⁹/ v̄tuos⁹/ hūilis/ industrios⁹/ legalis/
studēs/ precors/ p̄cordialis/ cordintimus/ propitiosus/ stigalis/ defectuos⁹/ dispo-
tus/ singularissim⁹/ cōpetēs/ plenari⁹/ precatiu⁹/ rōnabilis/ abūdās/ incalculabi-
lis/ affectuos⁹/ pur⁹ ꝛc. quorū nōnulla oīno barbara sunt: quedā latina: sed ab in-
doctis accepta inepte: vt in opere de abusione lingue latine declarat maximū. Tu-
binge immo totius Alemanie decus Henricus Bebelius.

¶ Qualitas siue character epistole.

Epistole character.

Esiderius Erasmus orator ꝛ poeta dulcissim⁹ de epi-
stole charactere ita disserit. Qui in ep̄lis vnū quēpiā characterem aut
reqrūt: aut p̄scribūt (id qđ ab eruditioribꝰ video factū) ij mihi nimirū
de re p̄pe i infinitū varia nimis arte agere vidētur neq̄ multo minus
absurde facere: q̄ sutor si oipedi crepidas eadē forma velit consuere
hec multis probat: qbus consentanea sunt q̄ in prima epistola li. j. ponit Angelus
Politian⁹ qui diuersis in locis dānat eos qb⁹ nihil placet nisi qđ Ciceronē p̄ se
ferat quū ij sint plerūq̄ a Cicerone alienissimi. Qui de hac re multa scire velit: le-
gat ep̄lam Politiani ad Cortesiū cū responsione. Ergo nō est vnicus oim ep̄larum
character stylus vel qualitas: sed p̄pe infiniti. Nam varie sunt ep̄le p rei materia.
In re familiari quotidiano fere sermōe cōtexit ꝛ illaborato. q̄ si magnitudo rei eri-
gat: eam demū cēsebo optimā q̄ oi arte curaq̄ fuerit elucubrata ꝛ elaborata. qđ fa-
cile videre lꝫ in plerisq̄ Cicerōis ep̄lis: q̄ nō ad orōnis mō p̄cellas attollunt: sed in
tragediā vsq̄ exeūt Efferuescet ergo vel in tragicā vsq̄ vociferationē ep̄la si qn̄ res
ita expostulabit sumetq̄ ampulas ꝛ sesquipedalia v̄ba: neq̄ maximis in rebus p̄-

* Ep̄la optima, q̄ iudicāda sit,

inde ac de macerādis sallamētis: ꝛ holerib⁹ coquēdis loquet. ¶ Ep̄la vel Cicero-
nis exēplo lꝫ greca miscere latinis: obscuris illusionib⁹ vti: āphibolis significatio-
nib⁹: paroemis: enigmatis clausulis de repēte p̄cisis, vbi multa etiā dedita op̄a ob-
scuramus ne si forte intercipiant litere possint a quo minime volum⁹ intelligi. Eā
ego ep̄lam optimā iudico q̄ a vulgato hoc lr̄aꝝ gn̄e q̄ lōgissime recedat: q̄ sentētijs
exqsitissimis v̄bis electissimis ꝯstat: q̄ argumēto loco psone sit maxime accōmoda-
ta. Que amplis de reb⁹ sit grauissima: de mediocrib⁹ cōcinna: de hūilibus elegās.
In iocis acumine placeat: ꝛ lepore: i demōstratiōib⁹ apparata: i exhortando fortis
et aiosa: i ꝯsolādo blāda: in suadēdo grauis i narrādo graphica: letis in rebus festi-
ua: i afflictis luctuosa. Et (neq̄ sunt ifinita ꝓsequar) sit v̄sipellis: ꝛ vt polyp⁹ ad sub-
iecti soli habitū ita se ad argumēta accōmodet. Tēpoꝝ ꝑsonarūq̄ habeat ratio: vt
aliter seni loquaris alr̄ adulescētulis: alr̄ seueris: aliter his qui festiuiore sunt in-
genio: aliter aulicis: aliter ph̄is: aliter familiaribus: aliter autē ignotis: aut parum
bene cupiētib⁹. Sit ep̄la breuiuscula occupato: fucatior curioso: priscis verbis an-
tiquario: blādior amico: licentior familiari: asperior improbo. Quocirca qui vnam
quandam sermonis formā huic generi tribuere conantur: nō solum inanē: sed etiā
ridiculam operam sumūt. Ex omni authorū genere q̄ purissimā Romani sermōis
vim ꝛ supellectilem comparemus: que si suppetet: artem in epistola non admodū

efflagitabimus.si deerit:risum etiam movebit artis affectatio. ¶ Abruptum ꝛ pene satyricum initium in iocio:ꝛ in familiaribus mire delectat. Siccine veterem amiculum negligis? Eho quid agis obsecro?

De epistole breuitate preceptū nō habeo.pōt em̄ volumen vsq; extēdi:si materia exigat.neq; vlla epistola nō breuis videbitur:in qua preter argumenti dispendiū nihil adimere possis: vt videre licet in epistola Senece.lxvij.instar voluminis porrecta. In Ciceronis epistola prima ꝛ vltima lib.xij.ad Atticū.ꝛ vltima lib.xv.ꝛc. Ergo dictum Senece intelligitur de enormi ꝛ preter modū ingenti plixitate.Epistola ad Luciliū.xlv.Sed ne epl̄e modū excedā:que nō debet sinistrā manū legētis implere in aliū diē hanc litem cū dialecticis differam. Neq; hec dixerim q̄ eos probem:qui ridicule copiam affectantes emendicatis voculis: ꝛ male cōlutis epistolam infertiunt.Breuis eris si rerum exitus ita comico artificio pones: vt ex ijs que precesserunt conijciantur:magisq; noscenda: q̄ nota scribes

Epistole breuitas.

Sermo epistolicus erit latinus:planꝰ:ꝛ elegās. Latinꝰ quidē.i.sine vlla barbarie:sine vllis ineptijs. Planus.i.ex ambiguis aut nimium vetustis:nō obscurus. Elegans.i.sine affectatione exculta.Affectatio est nimia exornandi cupido:ꝛ anxietas quū oibus tum phis maxime indecora:vt ostēdit Sene.lix.epl̄a ad Luciliū.Minus tibi accuratas a me epl̄as mitti frustra q̄reris. q̄s em̄ accurate loquit̄: nisi qui vult putide loqui:qualis sermo meꝰ esset si vna sederemus aut ambularemus illaboratus:aut facilis.Tales volo esse epl̄as meas:quē nihil habent exercitū: nec fictum sed si fieri posset ostēdere q̄ loqui mallet.Ex his verbis colligunt mēdose philosophastri nostri cū reliquis barbarici clientibꝰ:nihil referre quō scribamꝰ dū vtcunq; intelligamur.Scribimus(inquiunt)vt loquimur imitantes Senecā.Uerū hoc interest/Seneca vt loquebatur ita scribebat:ergo latine: q: latine loquebat̄ ꝛ elegāter quidē.Uos barbare scribitis.q: barbare loq̄mini:.q̄ aūt nō deceat phm aut aride:aut barbare loqui vel scribere:ōndo ex eadē epl̄a Senece dicentis. Non me hercule ieiuna esse:ꝛ arida volo que de rebꝰ tam magnis dicunt̄ neq; philosophia ingenio renūciat:multū tamen opere impendi verbis nō oportet hoc etiam poene Cicero in par.asserit. Oratio sentētijs debet esse ornatior q̄ verbis. Et Quintilianus lib.viij.Nō ideo tn̄ sola est agenda cura verborū.Occurrā em̄ necesse est velut in vestibulo ptinus apprehensuris hāc pfessionē meā.resistā ijs qui omissa rerū (qui nerui sunt in causis)diligētia:quodā inani circa voces studio senescūt:idq; faciunt gr̄a decoris:qđ in dicendo mea quidē sn̄ia pulcherrimū sed quū sequit̄. non quū affectat̄.Curā ergo verborū rerū volo esse solicitudinē.Idem. Opus studio ꝛ precedente:ꝛ aquisita facultate:ꝛ quasi reposita.Nāq; illa querēdi:.iudicādi cōparandi anxietas dum discimus adhibēda est:nō quū dicimus. Cicero libro.j.de oratore.Qui est tam furiosum q̄ verborū vel optimorū atq; ornatissimorū sonitus inanis:nulla subiecta sententia nec scientia. Et Castritius rhetor apud Gelliū lib.xj. cap̄.xiij.Ne patiamur vt aures nostre cadentis apte orationis(sine grauitate sn̄ie et gratia)modis eblandite animum quoq; nobis voluptate inani perfundant.

Sermo epistolicus. Affectatio. Phorꝝ epl̄e stole. * Phum aride aut barbare loqui nō decet.

¶ Nunc vt pueri epistolam eleganter componant volo latius ꝛ copiosius declarare latinitatem/perspicuitatem/ꝛ elegantiam.

Latinitatē custodit quisquis in oratione sua nec barbarissat:nec soloecissat.Id quo facilius caueas subiecti barbara latine exposita. ¶ Barbara secundum Uallam ꝛ plures.

Barbara taxata.

¶ Barbara itaq; sunt Bācus Bācarius pro trapeza trapezita. Miles pro equite aurato.locū tenēs pro prefecto. Nullibi pro nusq̄.aliqualiter pro aliquo modo.nec dicitur aliqualis. Nullatenus p nullo modo:teste Ualla Calepinu: putat recte dici Appodio pro nitor podio. Approprio p propriū facto Ut plurimū p sepissime vtitur tamē Senen̄.ꝛ neotericoꝝ plures. Chorda pro fune. Farrum pro farre.Diuersimode omnimode pro diuerso modo ꝛc. Ampso p cōsulo prouideo.Banchalia p peristromatis aut peripetasmatis vel auleis Barbitonsor pro tonsore. Treuge pro inducijs Cloaca pro latrina aut forica Canister p canistrum.Caue te ab illo pro tibi.Ridiculose pro ridicule:quā totius p q̄ paulū

Euerso ꝑ ediuerso. ꝯtẽtoꝛ ꝑ cõtẽtꝰ ſuz: pariformiter ꝑ pari forma aut mõ. Lautitiꝰ ꝑ lautꝰ. Ex parte mea ꝑ verbis meis: aut noie meo. Maiori parte ꝑ plerunq; aut ſepius. Hoſpitale pro diuerſorio. Adytus ꝑ aditus philocaptus pro amante: aut amico. Baſtardus pro notho ſiue illegitimo. Juba pro galea. Caducꝰ ꝑ herede. preiudiciũ pro impedimẽto vel dãno. inducioꝛ ꝑ differo. ſerioſe ꝑ ſerio. Induſtrioſus ꝑ induſtrius. Proſtibulũ potiꝰ ſcortũ eſt: q̃ lupanar. Laniſta ꝑ lanio mu ricepo ꝑ felle Jnſiteo: ꝑ nego. ambaſiatoꝛ ꝑ legato. rancoꝛ pro odio: preſto pro paratus. pelliparius ꝑ pelione. penſionariꝰ ꝑ ſcriba. cariſtia pro caritate. baſti ꝑ clitellis. Jnſtãtia pro conatu petitione diligẽtia. Diſcretio pro ꝓuidẽtia. Quicq̃d eſt pro vtcũq; eſt. Ualla cenſat barbarũ. Uerg. tñ dixit. Quicq̃d. i. timeo Danaos: ꝛ dona ferẽtes: ꝑ vtcũq; eſt. Unꝰ pro alio pro alius ꝑ alio: vel ꝑ an. Pomeriũ ꝑ pomario. Bladũ pro frumẽto. preſentialiter ꝑ corã aut palã. Equipabulant ꝑ comedũt Secũdũ q̃ pꝛout. recõmendo recõmitto ꝑ cõmẽdo cõmitto. Pro parte verba Ciceronis ſunt. pro ex maiori parte. nouiter pro recẽter. Riparia pro littore ripa. Griپho ꝑ grips. moderni; ꝑ neotericis. Ulterius pro inſuper ad quo ꝑ quoad. hinc inde ꝑ vtrobiq;. Granellũ ꝑ paruo grano. Uolo ire ad partes. ꝑ ad patriã. Quindena ꝑ duabus ebdomadibꝰ. Conſtitue te in locũ meũ: pro trãſfer aut perge. De ꝓximo pro illico ꝓpediẽ ꝛc. Sub diuo ꝑ ſub dio. Jnueni vnũ amicũ meũ pro quẽdã certifico ꝑ certiorẽ facio. fruſtecula ꝑ fruſtula. Faſciculũ ꝑ faſciculus. Sin autem pro ſi non: mutuo ꝑ cõmodo difficiliter ꝑ difficulter. nec nũc quoq; ꝑ ne nũc quidẽ. Cum ſumma animi iucunditate pro voluptate. Jn ſolẽnijs pro ſolẽnibꝰ. De inſignijs pro inſignibꝰ. perſona pro corpore hois: vt miſi ſeruũ ad quendã. perſonã Cõmoda librũ pro. xv. diebus: pro ad. xv. dies. q: libro nõ egent dies. Ueſtigo pro inueſtigo ꝛ cõtra. Penes. S. Petrũ habitat ꝑ ꝓpe. Tãtũ eſtimo ꝑ tanti. Dignifico pro dignũ facio. preſto ſcribit pro celeriter: preſto venia ꝑ ꝓpediẽ. Quo ad animũ pro quãtũ ad animũ. Juſſit q̃ debeã ire ꝑ vt eã vel me ire. Finiculũ pro feniculũ: libzũcula ꝑ libella: caſtratellũ pro veruecino: cõuiuoꝛ te ꝑ ad cõuiuiũ voco: q: conuiuatur qui in conuiuio eſt. lectica ꝑ fulcris. forenſis pro extraneus ꝛ peregrinus. decadarũ ꝑ decadũ. a cetero pro poſthac. Bimode trimode ꝛc. pro bifariã trifariã. Burgẽſis pro ciue. burſa ꝑ crumena. Cauſo as. ꝑ facio. certioro ꝑ certiorem facio. Circũuicini pro accolis aut vicinis. cõiter ꝑ fere ꝛ vulgo. recõpẽſo ꝑ cõpenſo. Amplius pro poſthac. cõuentus pro habitaculo. cõdoleo tibi ꝑ caſum tuũ doleo. cõtrarioꝛ pro aduerſoꝛ. copia libri ꝑ exemplari. Correſpõdeo pro reſpondeo coſtus pro ſũptu. defacili pro facile. demeritũ ꝑ peccato. dietim ꝑ pro quotidie. hebergiũ pro hoſpitio. Diſſimulanter pro diſſimulare. diſturbiũ pro impedimento. reuoluo librum pro euoluo. Eccleſia pro tẽplo. faciliter pro facile. Fiendus ꝑ faciendus. Regratioꝛ pro grãs ago. Jniurioꝛ pro iniurius ſuz. inueho in te ꝑ inuehoꝛ Jtinero ꝑ iter facio. Mãgo ꝑ armigero: ꝛ armiger ꝑ milite. Pectino caput pro pecto: licet pectino in quodã ſenſu recte dicat̃. poetria ꝑ poetica: nã poetria eſt poetis. Preſumptuoſus ꝓſumo: ꝑ arrogãs ꝛ arrogo. Preteritus papa ꝑ ſuperioꝛ. priuate pro priuatim: q̃ hora pro quota. ſeparate ꝑ ſeparatim. ſexdecimus ꝑ ſextuſdecimus. inſimul pro ſimul. ſociare pro cõmitari: aut deducere. ſtufe ꝑ thermis vel balneis. Terminus pro vocabulo. trãſlato librũ pro trãſfero. ambo pro ſuggeſtu aleo pilo ꝑ alea pilaq; ludo. altero ꝑ muto. auca ꝑ anſer. ãnullo annilo ꝑ deitruo affiducio pro firmo ꝛc. Actualiter vel accuta pro nunc. Aduẽtagiũ ꝑ aduentitio. Ammirandus pro maris ꝓfecto. Apotheca ꝑ myropolio ꝛ pharmacopolio. Apremio ꝑ ꝓmio dono. Alleuio ꝑ alleuo. Baſſus ꝑ ſummiſſus. bannus bãnio ꝑ proſcribo. Bannus ꝑ ꝓclamatione. burſatoꝛ pro queſtoꝛ. Bulla pro diplomate bracha pro femorali. burgimagiſter ꝑ edili: aut queſtore erario. bõbiſo pro pedo. calliga pro tibiali. corneta cappa pro collario aut capitio. Cãpanatoꝛ pro ropalo inq̃t papa noſter. Carpa pro carpio. Ciuitatenſis pro oppidano. cambiũ pro mutuatione pecunie. caſualiter pro caſu. capella pro ſacello: capellanꝰ ꝑ ſacellano. carnifex pro lanio. camera pro cubiculo vel cenaculo. cauteloſe pro caute ꝛ per fraudẽ: cõplacentia ꝑ obſequio. Curta curialis pro aula aulicus. Cimiteriũ ꝑ cemiteriũ. Preelites ꝓcelo. clauſtrũ ꝑ cenobio. cõplexio pro qualitate ꝛ tẽperamẽto nature. cordialis ꝑ amico. camelotũ ꝑ vndulataveſte: ſymbalotũ recte dr. vide in vndulata. veſtis Calepi. Confeſſoꝛ pro audiente confeſſionem. Correlarium pro corolario

Naſo:
* Eſte ꝓcul vitte tenues inſigne pudoris reſto ſoli vbo ſum fere cohero.

* Diſpoſitionẽ ſunt q̃ ꝑ ꝯplexione dicant

Canonizare pro in sanctorum numerum referre. Defectus pro culpa. Dicto pro epistolam compono. Dictamen pro epistola. Ducissa principissa comitissa &c. pro dux princeps comes. Demereor pro male mereor. Discholus pro vago. Explicit pro explicitum est. Festivus pro festus. Fluetum pro holoserico. Flasculus aut flasco pro lagena. Gabella pro vectigali: Garcio pro verberone. Galienus pro galenus. Ribaldus pro sycophanta et medico aut rivali. Glosa pro glossa. Graduatus pro in dignitate constitutus. Gardianus pro minorum antistite. historio pro historiam scribo. husipodium pro iurulentis aut insculentis. heraldus pro caduceatore. incolumus pro incolumis. Impregno pro prole impleo. Jurista pro iurisconsulto. Incidentaliter/incidenter pro obiter. Indulgentia pro venia. Indilate pro continuo. Latinista pro latino. Lacticinium pro lactario. Leuca/milia pro miliari. Leccato pro parasito/helluone. Legista iurista pro iurisconsulto. Lymphatum vinum pro aqua temperatum. Missiua pro epistola. Materna lingua pro vernacula. Mastico pro cibum dentibus comminuo aut pro mando sive rumino. Mantellus pro chlamyde. Nobilista pro nobili. Procurator pro causidico. Plebanus pro preside sacre edis. Previlegiare pro privilegio donare. Patrio pro ad patriam eo. Repatrio pro redeo. Peramplius pro multo amplius. Penaliter pro cum pena. Processio pro supplicantibus. Passagium pro transitu. Patriloquium pro oratione dominica. Predico pro concionor. perla pro lapillo precioso latine conchyle vel conchylium margarita. Passionor pro perturbor afficior. Publicanus pro publico peccatore. Pincerna licet in sacris legatur pro pocillatore. Quittantia pro acceptilationis chirographo. Ruffianus pro lenone. Repertorium pro indice. Redimarius et receptor pro questore erario. Scultetus pro questore parricidij. Servitor pro cliente. Sacrista pro sacrario. Simplicitas pro ignorantia. Sotular pro calceo. Succarus pro saccarus. Turcus pro turca. Truffa pro stropha. Trusile pro pugione. Tenella pro forcipe. Villagium pro pago. Villa pro oppido. Vacantia pro vacatione. Urino pro lotium facio. Registrum: pro regestum bovinus pro bubulus. si Quintiliano credimus. Valla tamen utitur sepicule in Herodoto. Parlamentum pro senatu. Scabinus pro senatore. Ballivus pro pretore. Domini de parlamento pro selecto iudice. Lectura pro lectione. Ibis pro ciconia. Concordo pro concordor. Ad evangelium iuro pro per evangelium. Conciuis pro ciuis. Compatriota pro municipe meo aut conterraneo. Ad minus pro saltem. Penus pro penario. Sororius pro filio sororis. In chronica hoc legi pro in chronicis. Irascor cum Francisco pro Francisco. Mesculum pro mespilum. Baccalarius pro baccalaureus qui bacca lauri est coronatus. De condigno pro merito. Intendo pro volo. Totaliter pro omnino. Revelo pro manifesto. Requesta pro petitione. Stringente necessitatis articulo: pro necessitate cogente. Exemplifico pro exemplum do. Camisia pro suppario indutio subucula. Birrum pro pileo. Interula pro subucula. Coquinatrix pro conditrice. Coquinator pro coquo. Crucibulum pro lucerna. Encaustum pro atramento. Eiusmodi pro indoctis conficta sunt mille milia et singulis in regionibus diversissima. Nam indocti qui fingere licitum putant: quoties latinum verbum non succurrit: ex barbaris sumunt: ut catallum pro supellectile. Greppa pro cloaca &c. quibus utuntur notarij et scribe pontificum. Si vellem omnia declarare in maximum opus res cresceret etiam si enumerare tantum liberet. Ego irritare magis animos iuvenum volui quam satiare: ut emerent avide opuscula pape nostri et Henrici Bebelij in quibus hec et multa alia pulcherrime declarantur. Mihi ad alia properandum est.

De perspicuitate.

Perspicuitas est que reddit apertam et dilucidam orationem. ¶ Perspicuitatem consequimur verbis probis proprijs et usitatis. propria sunt certa cuiusque rei sua et pene una nata cum rebus ipsis. Usitata sunt que versantur in sermone et consuetudine quotidiana. Consuetudinem voco doctorum usum: nam indoctis nihil planum est nisi barbarum quibus Cicero Quintilianusque cum ceteris doctis spinosi et tenebris involuti videntur. verum ipsi spinas habent et noctuarum more in sole caligant. Nullum ego verbum (inquit Erasmus) non usitatum puto videri quod ab elegantia scriptoris exeat literis. Ergo propter obscuritatem que ex vetustissimis vocabulis etiam doctis parum notis oritur: ut sunt toper: antigerio &c. ut sciamus quatenus antiquis vocabulis utendum est: declarabimus quid de his doctissimi censeant.

Perspicuitas orationem dilucidam et apertam reddit

* Usitata verba consuetudo doctorum usus vocatur

obscuritas fit verbis ab vsu remotis

De antiquis Quinti. lib. viij. sic ait. Obscuritas fit etiã verbis ab vsu remotis: vt si cõmẽtarios q̃s Põtificũ ꝛ vetustissimoꝝ federa ꝛ exoletos scrutatus authores idipsũ petat. Ex hisq̃ inde cõtraxerit q̃ nõ intelligunt: hinc enim aliqui famã eruditionis affectant: vt quedã soli scire videant. In eodẽ libro. At psuasit quidẽ iam multos ista psuasio: vt id iam demũ elegãter atq̃ exquisite dictũ putent qd interpretandũ sit. Suffragatur Gelli⁹ Quintiliano. ait em̃ cap. vij. lib. xj. Verbis vti aut nimis absoletis exculcatisq̃ aut insolentib⁹ nouitatisq̃ dure ꝛ illepide par esse delictũ videt: sed molesti⁹ culpatiusq̃ esse arbitror verba noua: incognita: inaudita: dicere q̃ inulgata ꝛ sordẽtia. Noua aũt videri dico etiã q̃ sunt inusitata ꝛ desita tametsi sunt vetusta. Declarat hec Geli⁹ per apludã

✱ Nouis verbis vti non opz.

floces traces ꝛ bouinator. Phauorinus phs apud Gel. lib. j. ca. x. adulesẽti veterũ verboꝝ cupidissimo ꝛ pleraq̃ voces nimis priscas ꝛ ignotissimas in quotidianis cõibusq̃ sermonibus expromẽti. Curi⁹ inquit ꝛ Fabrici⁹ ꝛ Coꝛũcan⁹ antiquissimi nostri ꝛ his antiquiores illi trigemini plane ꝛ dilucide cũ suis fabulati sunt: neq̃ aurũcoꝛũ aut Siccanoꝛũ aut pelasgoꝛũ q̃ primi coluisse Italiã dñr: sed etatis sue verbis locuti sunt. Tu aũt perinde quasi cũ m̃re Euãdri nũc loquare: smõe multis annis iã desito vteris: q̃ scire atq̃ itelligere neminẽ vis q̃ dicas. Nõne homo inepte vt quod vis abũde cõsequaris: taceres. Sed antiquitatẽ tibi placere ais q̃ honesta ꝛ bona ꝛ sobꝛia ꝛ modesta sit. Viue ergo moꝛib⁹ p̃teritis: loqueris verbis p̃ntibus: atq̃ id qd a Caio Cesare excellẽtis ingenij ac prudẽtie viro in primo de analogia libꝛo scriptũ est: habe semp in memoꝛia atq̃ in pectoꝛe: vt tanq̃ scopulum sic fugias inauditũ atq̃ insolens verbũ. Cice. de claris oꝛatoꝛib⁹ Celiũ ꝛ Pacuuiũ male locutos videmus. Ibidẽ. Nõ est vtendũ prauissima ꝯsuetudinis regula. Ibidẽ. Nimia vetustas nec habet eã quã queris suauitatẽ: nec est iam sane tolerabilis.

¶ Antiquis quandoq̃ vtendum.

Antiquis quandoq̃ vtendum.

Veterũ nõ adeo refugienda sunt antiqua vt illis nunq̃ vtẽdũ sit. Quinti. lib. viij. Propꝛijs dignitatẽ dat antiquitas. Nanq̃ et sanctioꝛẽ ꝛ magis admirabilẽ faciunt oꝛonẽ quib⁹ nõ quilibet fuerat vsus: sed (vt inquit in p̃mo) opus est mõ vt neq̃ crebꝛa sint hec: nec manifesta: q̃ nihil est odiosius affectatione. De hac re Polytian⁹ ad Scalã sic scribit.

✱ Cesaris preceptũ magis suo q̃ nostro seculo valuit

Preceptũ illud Cesaris qd obijci ptinus solet vt tanq̃ scopulũ refugiamus infrequẽs verbũ: magis fortasse illo seculo valuerit: quo latine adhuc oẽs loq̃bant: q̃ nostro: iure em̃ tum argui poterat: qui cõtentus nõ foret etatis sue vocabulis: nũc aũt latinus sermo vulgo nescit nec a nutricibus iam: sed a magistris dr. Apud quos certe nulla magis haberi verba ꝛ vsitata debẽt ꝛ recepta q̃ q̃ de illis magnoꝝ authorũ thesauris pferant. Geoꝛgi⁹ Valla Placẽtin⁹ lib. xxxiiij. ita disserit antiqua fuerint eo min⁹ tolerabilia: quo plura in eoꝝ vsũ successerint: q̃ si nulla sint: tũ intrepide vti possum⁹. Nã eoꝝ asperitatẽ vsus molliet. Eo em̃ magis: toper repudiabimus quo preter asperitatẽ equalẽtia multa habem⁹: vt cito illico subito. Ita antigerio p valde. quasi anteq̃ res gerat.

Toper
Antigerio
Toꝛma.

¶ At nõ tam durũ toꝛmã dixerim quũ labore vie sanguis in crura descẽdit: ꝛ tumoꝛẽ facit: alio nõ possũ noie: cur nõ hoc vocem. Lucili⁹. Inguen ne existat papule toꝛma ne boa noxit. Nec boa respuendũ est teste Placenti. Pli. Ebuli folia contrita: ꝛ e veteri vino imposita boam sanas .i. rubẽtes papulas. Est autẽ boa moꝛbi genus: quũ coꝛpoꝛa papularũ multitudine rubent: ad similitudinẽ eoꝝ qui a boa serpẽte icti turgescũt: vel a fimo bubulo: cuius litu maxime tollitur.

Intertrigo
Tedulo.
Oppido,

Intertrigo vetus est elegans: ab interterendo ꝛ est frictio coxarũ inuicẽ fere ex itinere per sudoꝛẽ egritudo. vel moꝛbus aut malũ. grece paratrima dicit. Columel. lib. vij. Intertrigo bis die soluitur aqua calida: mox decocto agrico sale cum adipe perfricatur. Tedulus pro fastidioso: qui olbus tedio est nõ tam libẽter dixerim: nec omnino repudiauerim. Oppido p valde vetus est nõ penitendũ: vt oppido doctus: id est valde multum: quasi quantum oppido satis esset: verbis nõ inueni iunctũ: quare nõ dices oppido amo: lego: inuenies tamen oppido perij. Pꝛosapia .i. pꝛogenies: vetus est nõ respuendum: si parce vtaris. Exantlo .i. perpetioꝛ: effundo: exhaurio. supero vetus est nõ refugiendũ: licet Quintilianus dissentiat: quia post Quintilianum doctissimi eo verbo vtũtur: inter quos Polytianus / Beroaldus ꝛc. Et ante Quintilianum Cicero. Nullum autẽ verbum a Cicerone dictum hoꝛridum incultumq̃ videri debet: testibus Perotto et Geoꝛgio Valla. Cicero in Tusculanis. quod quũ exantlauisset omnes laboꝛes tamen

incideret in mortis malũ sempiternũ.i. exantlasset aut supasset. Plaut.i sticho. Necedepol vinũ poculo exantlauit. Lucil.li.xxx. Quãtascũqȝ mõ erũnas: quãtosqȝ labores exantlaris.i.ꝑpessus fueris. Capit̃ ꝓ pficio. Pacuuiꝰ.: Non põt Menalippe hic sine tua opa exãtlari clauꝰ. Exantlo dr̃ ab ex ꝛ antlo.i. haurio. Liui. Florẽ antlabãt liberi ex carchesijs: hinc antlia.i. machinulla ad hauriẽdã aquã excogitata Mart. Curua laboratas antlia tollit aquas. per c exanclo nõ opinor recte scribi.

¶ Tuburcinor aris. vetus deponẽs ꝓ raptim comedo neutiqȝ reijciamꝰ qm̃ ei eq̃le nõ habemꝰ verbũ: vt ait Valla/Placẽtinꝰ. Plautꝰ in persa. Tuburcinari de suo siquid est domi. Titinnius. Tuburcinari sine me vultis reliquias.

¶ Reor quoqȝ verbũ scd̃e ꝓ arbitror: priscũ, Cicero putat: ꝛ eo vti ɔsuesse cottã: q̇s tñ eo nõ vtit̃: Autumare quoqȝ nũcupare ꝛ fari vtcũqȝ poetica videant̃: in oṙonẽ tñ solutã cadũt. Nec fastidiemꝰ penitꝰ. Sculnã vel seculnã ꝓ seq̃stro. Nec ex iure manu consertũ: quũ res iudicãda ad p̃torẽ; ducit̃ vt vindicet̃. Ita manias ꝛ maniolas ex pinsa farina in hũanas figuras deducta dixerũt: ꝛ manias: laruas q̇s nutrices vagiẽtibꝰ pueris se immissuras minitabãt̃. Et mãticula ꝓ furari ꝛ machinã nouã ordiri. Pacu. Ad mãticulãdũ astu aggredit̃. Cur nũc quoqȝ nõ olineta oliuarũ collectio vt vindemia vindemiaꝝ dr̃. Et offendices nexus q̇ retinẽt sub mẽto astrictos ꝑspiras galeros: ne labant̃ a capite. Cur nõ rupicos rusticos rupes icolẽtes Et petimina i hũeris iumẽtoꝝ vlcera ꝙ ima.i. ꝓfunda petãt: Peredia ꝟo ꝛ bibesiã nõ tã libẽter ꝓ cupiditate edẽdi ꝛ bibẽdi dixerim: nec tñ ꝓrsus excluserim ex oṙone vt q̃nqȝ locũ nõ habeãt: iudicabit aũt poetice ꝛ oratorie cõsultꝰ. At qũo alit̃ ꝙ porcã voces terrã īter duos sublatã sulcos seminio obnoxiã nõ video. Patrimũ quoqȝ ꝛ matrimũ: q̇ patrẽ hȝ ꝛ matrẽ cur nõ dixerim: quũ alia voce significare idẽ mihi nõ ꝑmittat̃. ¶ Gluere ꝓ certare nõ prorsus exterminabimꝰ sȝ iudicio opꝰ vbi vtendũ sit. Peculatũ furtũ publicũ facile dixerim: ꝛ lixulas ꝓ globulis ex pinsa farina in sartagine frixis: aut circulis ex farina: caseo ꝛ aq̇s cõmistis. Quisqlias nõ repudiabo ꝓ parui momẽti rebꝰ: sic hilũ/nenias/strophas/p̃stigias/ꝛ id genꝰ reliq̃ lȝ ꝑ quã vetusta: libẽter oṙoni meẽ admiscebo. Et specilla ꝓ ocularibꝰ: ꝛ vindictas pro rebus de q̇bus controuersia est: ab eo ꝙ vindicant̃ ex cõtrouersia dictis.

¶ Nouare autẽ ac fingere ꝟba liberius cõcessum poetis ꝙ oratoribꝰ: licebit tñ id fieri nõ affectate ac prudẽti iudicio. Beatitudinẽ ac beatitatẽ Cicero dura q̃ fingit intelligit: sȝ molliet inq̇t vsus, ita primũs syllabarũ ꝓtulit: vt asinius fimbriatũ ac figulatũ. Ex greco quoqȝ formata noua et plurima a Sergio Flauio ꝓlata. Ens ꝛ essentia: q̃ cur tãtopere (inquit Quintilia.) aspernemur nõ video nisi ꝙ iniquiores aduersus nos sumꝰ iudices. inde fit vt ꝟboꝝ inopia laboremus. Recte Cice. Si (inquit) zenoni licuit quũ rem aliquã inuenisset inusitatã: inauditũ q̇ȝ ei rei nomẽ imponeret: cur nõ liceat Catoni. Cicero vixꝰ audebat dicere medietates: ꝙ durũ videbat̃ ꝛ fauor vrbanusqȝ ꝙ noua. Illud vitandũ: ne q̃ sit affectate nouationis suspitio. est em̃ in ea re nimius Apuleius: ꝛ iure odiosus: nõ nihil etiã affectatus Aulꝰ Gel. vt veterũ quoqȝ ꝟboꝝ amantiũ. Mallet siq̇dẽ adagiũ ꝙ ꝓuerbiũ dicere: recte aliq̃n: vt pecuniã mutuaticã: in quo ip̃a ꝓprietas fulget: vt etiã nebulo suo noīe sicut quẽcũqȝ depalmauerat; ꝓ eo qd̃ est palma ceciderat. De veteribus ac nouis plurima id genꝰ alia affert Geor. Valla latissime de hac re disputans. Dicit idẽ barbare dici multoties: nullibi. iureconsultus: impresentiarum. De nullibi facile assentior: lȝ eo vtat̃ Polytianꝰ/ Beroaldusqȝ: ꝛ Neotericoꝝ plures. Multoties vtunt̃ Priscianꝰ ꝛ Bapti. Mãtu. ꝛ (si nedũ absit) Seneca de breuitate vite. Multoties Tantali more inter opes ꝛ copias positi. ꝛ de paupertate ꝑpessi sunt multoties inopiã. Baptista pius etiã dixit paucies pro raro. Cicero iureconsultus dixit in secũdo de legibus. Et ad Herenniũ. impresemtiarum de ambiguo vbi Cicero ait. Impresentiarũ hoc interdicere non alienũ fuit. Grossus: grossities: aut grossitudo vulgi vocabula a doctoribus dãnantur:, quia dicendũ est. Crassus: crassitudo id si verum est: oportet fateri mendum esse apud Senecam libro tertio de beneficijs. Aspice trabis ꝓprietatẽ. estimes altissimam siue grossitudinen ꝛc. hic vitio librariorum proprietatem pro procerritatem et grossitudinem pro crassitudinem legitur. Et in.iiij.nat. Pilus pilo grossior pro crassior. Hec eo diligentius colligo vt nemo ignoret periculosissimũ esse verbum: nusq̃ȝ legitur ꝛ a bonoꝝ contubernio longe pellendũ: modeste autem dicere possumus non crediderim inuenie

* Exantle pro ꝑfi cio.
Antlia.
Tuburcinor.
Reor.
Autumo.
Sculna.
Manie.
Maniole.
Manticulari.
Olineta.
offendices
Rupici.
petimina.
peredia.
Bibesia.
Porca.
patrimus
matrimus
Gluo.
peculatus
Lixule.
quisquilie
Specilla.
vindicte
noua ꝟba
* Beatitudo.
* Beatitas.
Ens.
Essentia
* Apuleius quorũdã ꝟborũ opifex dr̃ a Lãciloto.
* Gellius supstitiose nimiũ loquitur.
De palmo
multoties
paucies.
Iurecõsultus.
Impresentiarum.
Grossus.

ri: nõ memini legere ⁊c. Hoc quoq; caute videndũ est: an ne ea q̄ doctissimi rephẽderũt sint a posteris etiã summe authoritatis viris vsurpata. nã tñ itrepide ijs vtemur vt pijssimus. Cic. in Antoniũ negat latine dici. Seneca ⁊ alij q̄plurimi nõ abhorrẽt. Sene. de breuitate vite Quod vtrũq; ⁊ pijssime idẽ ⁊ fortissime tulit. Et principis pijssimi recreat clemẽtia. Enucleo est q̄ dãnet: Ciceroni elegãs visũ est: vt i petitionib⁹: nec q̄cq̄ in ãplificatione nimis enucleãdũ. De nouis. Quin. li. viij. ait. Si q̄d periculosius finxisse videbimur: q̄busdã remedijs p̄muniẽdũ. ẽ: vt ita dicam: si lz dicere pmittite mihi sic. qđ idẽ etiã in ijs q̄ licẽti⁹ trãslata erũt pderit: q̄ nõ tuto dici possint. hec Fabi. ita dices. Uarro librorũ helluo si tñ fas eo ṽbo in te tam p̄clara vti: vt neoterici loquunt: vt Enniano ṽbo vtar: vt prisce loquar ⁊c. Ex iã dictis satis liquet fas esse vti interdũ etiã antiq̄ssimis: qđ eo audaci⁹ agendũ est: q; latine dictiões plurime nõ Enniane solũ: aut Pacuuiane: sz ⁊ Ciceroniane vulgo ignorãt: in quarũ locũ irrepsere barbare. ideo iamiã tẽpus est: q̄ intra penetralia veste obscurata diu populo bonus eruat atq; proferat in lucẽ speciosa vocabula rerũ que priscis memorata catonibus atq; cethegis: id ni fiat actũ est: licet latinitas perijt.

Pijssimus

*enucleo

Elegantie precepta triginta.

Elegãtia est orõnis exornatio: quã vt ɔsequaris necesse est vitia fugere Nã vt Fab. lib. viij. ait Prima ṽtus est vitio carere. Huic sentẽtie suffragat illud Horatianũ. Uirt⁹ est vitiũ fugere: ⁊ sapiẽtia prima stultitia caruisse Ergo vitãda est turpis traiectio: vt has res ad te scriptas luci misim⁹ Aeli. Et crebra vocaliũ cõcursio: q̄ vastã atq; hiantẽ reddit orationẽ: vt vacce enee amoenissime impẽdebãt. Fugiẽda etiã est eiusdẽ litere nimia assiduitas. vt o Tyte tute tati tibi tãta tyrãne tulisti. Et eiusdẽ ṽbi assiduitas nimia: vt nã cui⁹ rõnis ratio nõ extat: ⁊ rõni ratio nõ est fidẽ habere. Nec vtemur cõtinẽter simr cadẽtibus ṽbis. vt flẽtes/ plorãtes/ obtestãtes/ lachrymãtes. Cauẽda etiã est longa ṽborũ cõtinuatio: q̄ ⁊ auditoris aures ⁊ oratoris spm̃ ledit. Uitanda ambiguitas. vitanda ois barbaries: ne q̄cq̄ elegãtie studet: q̄ latinitatis rõas negligit. ¶ Primũ elegãtie p̄ceptũ est. Oratorẽ varietas plurimũ delectat ideo nullũ elegãtie p̄ceptũ supstitiose obseruãdũ est. Neq; enĩ (vt Fabi⁹ inq̄t) leges sunt oratorũ quadã veluti imutabili necessitate ɔstitute. nec rogatiõib⁹ plebisve scitis sancita sunt ista p̄cepta: sz vti in statuis/ picturis/ poematis/ ceterisq;/ ita quoq; i exornanda viri eloquẽtis orõne plurimũ semp roboris ac venustatis habuit varietas. Atq; (qđ dici solet) tenẽdũ cauẽdũq; est istud an̄ oia: ne ars vlla dicendi (si fieri pōt) esse videat. ¶ Ad hãc varietatẽ ɔsequẽdã totis virib⁹ studẽdũ est copie rerũ ⁊ verborũ: vt idẽ sciamus multis modis efferre: vt multũ delectauit epl'a tua. Lr̃e tue me vehemẽter exhilararũt ⁊c. De copia rerũ ⁊ verborũ edidit nup. opus pulcherrimũ [illegible] paruo ere cõparat. Hoc vos aureũ opus adulescẽtes: nocturna ṽsate [illegible]: ṽsate diurna. ¶ Scđm. Uersus gaudet sibi aliquid p̄poni. Ci. Quãq̄ te Marce filij ⁊c. Nec aspernat initiũ: sz iter ip̃m ⁊ verbũ pulchre interijcit parenthesis. Uerg. Tytire dũ redeo (breuis est via) pasce capellas. parenthesis est interpositio sentẽtie qua ablata sensus manet perfectus. vt hec oratio: (breuis est via) est parẽthesis: ⁊ clauditur duabus semilunijs/ sic()

*Creber vocaliũ cõcursus fugiendus.

Uarietas.

Parẽthesis.

¶ Tertiũ. Particule/ dũ/ quũ/ quia/ donec/ ⁊c. nõ impatiẽter quippiã sequunt. Teren. Omnes quum valemus recta egrotis consilia damus.

¶ Quartũ. Adiectiuũ substantiuo venuste preit: vt magna virtus verũ nõ illepide aliq̄d interijcit: vt magna dei clemẽtia. puersum Neronis ingeniũ: Mancinellus dicit: pronomina adiectiua meus, tuus/ suus/ noster/ vester/ venustius postponi.

¶ Quintũ. Suplatiuus tñ ⁊ negatiua signa: ⁊ hoc signũ ois: ⁊ quoduis adiectiuũ. quo magnificũ q̄d significam⁹: post alia ponũtur: plerũq; vt bñficia in me ɔtulisti maxima. Qui te vehemẽti⁹ q̄ ego colat: habes pfecto neminẽ. Que dedisti nobis dona fuerũt egregia. Alexãder ille magnus. Cato ille cẽsori⁹: q̄ facis grata sũt oia

*Pronomina adiectiua venustius substantiuis postponũtur.

¶ Sextũ. Inter p̄positionẽ ⁊ ei⁹ casuz non nihil apte intercesserit vt in pr̃is domo Ad principis aulã ponit prepositio venuste inter adiectiuuz ⁊ substantiuũ: vt feraci in agro. Ornatissimo in loco. maxima ad res. iustis de causis.

¶ Septimum. Dictio abs tergo recta fere precedet: vt Petri liber. laude dignus e veneri ducit si quid interijciat vt; inopis pauci miserent. Hec regula aduersari videt grãmatico ordini. ideo in priori Syntaxeos editione dixi. Construit orator pprie/ que destruit ip̄e grammaticus quibus est ferme contrarius ordo.

¶Octauum Uerbu3(si fieri potest)in fine locabitur: vt Carthaginem Scipio delevit.hic obliquus nominatiuum venustius precedit ꝙ contra.
¶Nonū. Antecedenti relatiuū preit aut illepide:vt quos diligo castigo.Quas ad me dedisti literas fuerunt venuste ⁊ sepe sequenti libentius cōuenit.vt est vrbs in Flandria quod Gandanū. dicitur.declaratio est in Syntaxi.
¶Decimū. Uerbū substantiuū post duos ntōs diuersorum numerorū posteriori pulchrius cōformantur: vt mandata tua meditatio mea est.
¶Undecimū.Adiectiuū venuste in substantiuū vel in aduerbiū ꝯtitur hoc modo quid cause:p qua causa.Satis viriū ꝓ sufficientes vires:ne ab honestate natura ꝗ discedamus.i.ab honestate naturali.Totum in Syntaxi declaratur copiose.
¶Duodecimū.Interrogatiuū minus amat exordiu3:vt partes orōnis quot sunt? Nomini quot accidunt?venustius ꝙ quot sunt partes orationis ⁊c.
¶Decimūtertiū.Infinitiuus finito preponitur:vt Rome quid faciam:mentiri nescio.tibi inseruire desydero.
¶Decimūquartum pulcherrima vero oratio fuerit maxime lugubris per multa actiue vocis infinitiua.Liui⁹ lib.j. Tarquinius circūire: prehensare minorū maxime gentium partes:admonere paterni⁹ beneficij ac pro eo gratiam repetere. allicere donis iuuenes ⁊c. hic finitum non iungitur quia intelligitur cepit: aut ponitur infinitum pro preterito imperfecto indicatiui.
¶Decimū quintū. Eleganter particule exceptiue subdit̄ relatiuū hoc modo. Homo illiteratus est: sed cui paucos anteponas in rerum gerendarum scientia melius ꝙ cui tamen ⁊c. quia intelligitur in priori is aut talis:vt sed talis ⁊c.
¶Decimū sextū. Quedā venuste subaudiunt̄: vt vnde mihi lapidē.sic in prolepsi et zeumate ⁊c. Teneto memoria/Cuiusuis tacitando do casus sepe regentem.
¶Decimūseptimū.Cōiunctionū ordo oīno seruandus:vt sed tu:tu autē:q: tu: tu em̄. Em̄ ꝓ at vetus est:⁊ preponit̄. Terē. Em̄ solus nequeo. Decimusq̄ꝫ etiā dices nō quisꝫ dicim⁹ ⁊ ad patrē:nō p̄rem ad. Interdū etiā in ꝓsa prepō postponit̄: que p̄positiui ordinis est. Tacit. Quos penes potētia ⁊ si res vetarētur formido.
¶Decimūoctauū.Aduerbiū ante verbū sed nō lōge ab eo poni gaudet.vt Lelius Scipione familiarissime vtebatur.ille me hospitio humaniter me suscepit. Poterit ⁊ post verbū locari:vt iussa tua exequar diligenter
¶Decimūnonū. Interiectiones per.parenthesim interim cōcinne interijciantur: vt qui(malum)fieri potuit.Nauibus(infandum)amissis vnius ob iram.
¶xx. Gerūdiuis ꝓ gerūdijs ornate vtemur.vt pecunie acqrende grā auarus multa patitur:pro pecuniā acquirēdi grā. hoc precepū in Syntaxi copiose declaraui.
¶xxj. Seruet̄ ordo nature ⁊ oratio crescat: vt vir ⁊ femina:ortus ⁊ occasus: diligo et amo rogo oro obsecro fur sacrilegus. Quomodo fiat positiuorū auxesis.i. incrementū in Syntaxi copiose declaraui. Perdoctus cū primis doctus. Itē longe doctior:ꝙ doctissimus ⁊c.que oīa diligenter discant̄:q: elegantie plurimū afferunt.
¶xxij.deriuatiuis ꝓ primitiuis interdū venuste vtemur: vt saltito ꝓ salto: lectito pro lego.sic lusito factito ⁊c.sepius ꝓ sepe:tristior ꝓ tristis: celerius ꝓ celeriter ⁊c. velim pro volo:fecerim ꝓ feci.sic vt tempus tēpori respōdeat:fecero pro faciam ⁊c. Ubi cōiunctiuus ꝓ indicatiuo venuste ponitur. Idē delphinus elephantus ⁊c. ꝓ delphin ⁊c.amiculus pro amico modestie ⁊ suauitatis gratia.
¶xxiij. Relatiuū ꝟbo aūcedentis venustius postponit̄ ꝙ ꝑ parenthesim p̄ponit̄: teste Nigro. vt Cneū Pōpeiū qui Romanoꝝ auxit imperiū:summopere diligo.nō tam eleganter dr̄ Cneū Pompeiū summopere diligo qui Romanū imperiū auxit.
¶xxiiij.Nigri preceptū est.Quando est aliqđ substātiuū cū p̄positione aliqua iūctu3 qđ sit de natura precedētis vel subseqūtis clausule:prepositionē in relatiuū vertimus ⁊ verbū substantiuū adiungim⁹: vt pro tua hūanitate multa in me bn̄ficia cōtulisti.elegātius sic dr̄. Que tua hūanitas est multa in me bn̄ficia cōtulisti.
¶xxv. Licet inter adiectiuū ⁊ substantiuū interꝗ verbū ⁊ aduerbiū sine additione alicuius ⁊ cōiunctio nō intercedat:q: male dr̄/ Petrus est orator ⁊ doctissimus pro oratore doctissimus:tn̄ venuste cōiunctio intercedet siquidē apponat̄ in hūc modū. Petrus est orator ⁊ doctissimus quidē.vel ⁊ qui idē doctissimus. Cicero orator fuit ⁊ singularis quidē. Hānibal pugnauit in Romanos ⁊ fortissime qđē vel ⁊ quidē fortissime.Cic.xiij. ad atticū. Uenit ad me ⁊ quidē id tpis vt retinēdus esset

*Prepositio q̄ p̄positiui ordis est interdū in prosa postponit̄.

Vergil. Sūt mihi bissentem pstāti corpore nymphe.

¶Uigesimūsextū. Pro orone de verbo habeo: eleganter verbo substātiuo vtimur ut pro habeo te derisui: es mihi derisui. Ornate sunt similes orones licet p habeo non declarant: vt litere tue fuere mihi iucunditati. pro fuere mihi iucunde. Item sunt nobis mitia poma: eleganti⁹ dr: q̄ȝ habemus mitia poma. Rursum festiuius dixeris: vir magno ingenio: q̄ȝ habens magnū ingeniū ꝛc. quibus supersedeo q² ex Syntaxi nota sunt vt alia plurima/ veluti: opus est facto. inuentū curabo ꝛc.

¶Uigesimū septimū. Si superlatiuus durius sonet per positiuū ꝛ maxime venustius loquemur. vt maxime memorabile facinus pro memorabilissimum.

¶Uigesimūoctauū Franscici Nigri est Si aliquē maximopere laudare aut vituperare volum⁹: laudationis aut vituperationis causam in gtō constituemus: crimen aut scelus addemus. Exemplū primi. Marcus Antonius plurimū eloquentia valuit: quod melius dicitur. Marcus Antonius plurimū eloquētie gloria valuit. Exemplū secundi Lucius Catilina cōiuratione damnatus est: quod elegantius dicitur/ Lucius Catilina coniurationis scelere damnatus est.

¶Uigesimūnonū. Si cupiā duo equaliter attribuere voluerimus id per tum vel a geminatū politissime efficiemus. vt Aphricanus singularis ꝛ vir ꝛ imperator: ꝑpter magnā ꝛ doctoris authoritatē ꝛ vrbis. Preclarus ꝛ miles ꝛ ciuis: vir tum bonus tum temperatus imperator: tum callidus: tum fortis. Cicero tum ingenio: tū eloquentia valuit. i. eque valuit ingenio ꝛ eloquentia. q᷑ si alterum prepolleat: minus cuȝ dictione quum preponetur: ꝛ precedente particula tum sequetur maius in hunc modū. C. Lelius amat Scipionē cum ob doctrinā eius: tū propter virtutem. i. ob doctrinam ꝛ maxime ob virtutem. Cice. Quum omnibus consulendum est: tum qui armis positis ad imperatoris fidem confugiunt.

¶Xxx. Nō oronū solū sed singularū etiā dictionū elegantia vigili studio discenda est: que nō certis regulis sed multa veterum ꝛ eorū qui veteres recte imitati sunt lectiōe cognoscitur. Plurima in Syntaxi nostra enucleaui: adijciā tumultuarie paucula quibus nō contenti adeatis vbi hec cognoueritis libros Laurētij Valle elegantissimos: ꝛ opusculum Senensis exquisitissime elegantie refertum. Accipite adulescentuli pauca ad pulchriora ab alijs petendum irritamenta.

Facio tibi iniuriā an latine dicatur.

¶Afficior ꝛ ꝓsequor te honore. i. honoro te vt in Syntaxi diximus afficio te iniuria et contumelia: aut facio tibi iniuriā aut cōtumeliam vtrūqȝ recte dici testat̄ Valla. Cicero teste Erasmo negat latine dici facio tibi iniuriā. Ego tamē sic ausim loqui propter authoritatē Seneca in ep̄la. lxxij. Quisq̄s volet tibi ꝯtumeliā facere faciat et iniuriā. Idē alibi. Qui cōtumelia afficitur hoc elegātius est. cōtra malim facio tibi molestiā q̄ȝ afficio te molestia. Interdico tibi domo. elegantius dixeris q̄ȝ per actm̄ interdico tibi domū: ꝛ hoc tn̄ latine dices vt ꝓbaui. afferā de acta plura testimonia. Seneca de beata vita. Desine phis pecuniā interdicere. Idē ep̄la. lxxxvij. Interdicit sibi ac suis ammirationē taliū rerū. Idē de paupertate. Possessiones si
Interdicit sibi ac suis ammirationē taliū rerū. Idē de paupertate. Possessiones si
bi nō interdicit. Et ep̄la. lxv. Interdices mihi inspectionem rerū nature.

Interdico

Interest.

Animal.

Quid vocātur hec

¶Quanti interest, elegāter dr nec male quantū interest. Seneca ep̄la. lxxj. quantū existimas interesse. Idē animal ꝓ belua cepit aut bruto animali in ep̄la. lxxxv. Rationi nullū animal obtēperat. ꝛ ep̄la. lxxv. Adijce q᷑ multa que bona videri volūt animalibus q̄ȝ hominibus pleniora cōtingunt. Ideȝ in ep̄la. cx Intuere quid sint res nostre nō quid vocantur: elegans est pro quo nomine vocentur.

Appeto.

¶Appeto pro appropinquo elegans est: neqȝ solū historicum est. Seneca epistola. xxij. Appetere nox cepit.

Imprimis amantissimus.

¶Imprimis amans veritatis elegantius q̄ȝ amantissimus dixeris. nec hoc tn̄ barbarum est nisi mendum sit apud Senecam lib. vj. q. nat. Nero Cesar vt aliarum virtutum ita veritatis imprimis amantissimus.

Affectus.

¶Affectus multo venustissimū est pro eo qđ est nō ad finem ipsuȝ: sed prope fini progressus: annus nondū confectus: sed affectus est. Cicero de ꝓuincijs cōsularibus. Bellum affectum videmus ꝛ (vere vt dicam) bene confectuȝ. Et idē. Que per eum affecta sunt perfecta reipublice reddat.

Imaginor

¶Imaginor cū iactō haud inuenustū est. Seneca de conso. ad albinam. Auaritia diuitias imaginatur. Apule⁹ de asino Pestiferos imaginari amplexus. Quintili. in. xij. Etē̄ oratorē imaginat̄ ac fingit

Halo.

¶Halo recte dicitur: sed accusatiuus est halo vt dido apud Senecā primo de. q.

nat. Hūc greci halo vocāt. nec barbarū est. Filialis. Idez ad albinā. Ubi mater ipsa semper filialis. Dominū presbyterū propter vulgi fastam vitandū salutabo in plateis non in epistolis. Sene. epi. iij. Obuios si nomen nō succurrit dn̄os salutamus.

Filialis. Dn̄m presbyterum.

¶ Sunt qui comparatiui ablatiuum in e q̄ in i desinere malint: quibus authoritas refragatur veterū vt in declinationibus ostendi. Repetitio exornat hoc pacto Te noui. te colui. te ardentissime amaui. ¶ Coniunctio venuste omittitur sic. studio doctrina: virtute non parum vales.

Repetitio. *Coniūctio.

¶ Inter ne & quidē aliquid semper interijcit. faciunt aūt vehementiorē negationē q̄ non veluti pro nō verbū locutus est: venuste dices ne verbū quidez locutus est.

Nequidē.

¶ Quid q̄ elegantiam habet hoc pacto: quid q̄ mentiri te chirographus conuincit. plinius. Quidq̄ nocturne existimatione quietis homo dimidium sue vite spatium viuere creditur. ita doctissimi quiq̄ loquuntur.

Quid q̄.

¶ Dicier monstrarier & similia fere poetica sunt: vtūtur tamē in prosa etiā interim oratores: verum admodum rarenter. Vati. lib. v. epi. fa. Pro se cautam dicier vult.

Dicier.

¶ Nescio quis nescio quem &c. eleganter per contemptū dicunt vbi etiā nomen nō ignoramus sed per contemptuz nescire simulamus. Cice. xv. ad atti. Sibi a nescio quo missam a nescio quo pro nescio a quo lepidum est. Init homo nescio quo. Pli. Tum mihi nescio quis in aurem insusurrauit. Cice. Quū precepta nescio que disci pulis suis palam tradidisset. Seneca. Paululum nescio quid visus est balbutire.

*Persius at pulchrū est digito monstrari & dicier hic est.

¶ Hic ille: hic ipse: maiores efficacie causa dicimus. Verg. Hunc ipsum satis externa ab sede profectū. Cicero in Clodium. Nemo negat hunc ipsum ocij et pacis hostem causam arrepturum ad incendia.

Nescio q̄s: A nescio q̄. Hic ipse.

¶ Ne dicam: lautum est si recte quis vtatur. Ne dicam teste Valla preponit̄ actis si substantiuū nominatiui casus precedat. Cice. pro Deiotaro. Crudelis castor ne dicaz sceleratū & impiū. At substantiuo sequente habebit similes casus vt crudelis ne dicam sceleratus & impius castor. hic intelligi nō potest cum: vt in exemplis vbi recte accusatiuus sequitur. Ubi nominatiuus abest habet similes casus etiaz substantiuo antecedente. Idem. An sperasset viuo milone ne dicam consule.

Ne dicaz.

¶ Intellectio siue subauditio nō obscura elegans est: vt in zeumate & ceteris a nobis in Syntaxi declaratis. si obscura vitabitur: nisi apud maximos authores reperiatur: tum poterimus parce imitari: vt est illud Ciceronis ad Herennium. Obfuit plurimū eo tpe reipublice: consulū siue malitiā: siue stultitiā dicere oportet: siue potius vtrūq̄. hic in gtō consulū intelligit̄ ntūs factū: q̄ sensus est factū consulū obfuit eo tempe plurimū reipublice: siue illud factū cōsulū dicere oportet malitiā &c.

intellectio.

¶ Rationem habeo. i. considero. vt tue valetudinis rationem habere debes. i. respectum. rationem tecum habeo. i. commertiuz. vt nullam tecum rationem habere cupio. Barbari dicunt: nolo tecum habere ad faciendum.

Rationem habeo.

¶ Fruor in Syntaxi declaratur vt plurima alia. Ouid. Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.

¶ Complector te amore. i. amo te. Complector rem animo. i. consydero ac voluo.

Cōplector.

¶ In animo est. i. prepono. vt in animo ad te venire. Idem significant animus est et mens est. Verg. Mens omnibus vna sequendi.

In aio est.

¶ Certum est: deliberatum est. decretum est: pro decreui & deliberaui: vt certum est mihi ad te proficisci. vel sine datiuo. Verg Certum est in syluis inter spelea ferarū malle pati certum est amicitiam opibus prestare. i. manifestum est.

Certum.

¶ Aeque pro tantum eleganter sic vtemur. eque te amo ac oculos meos: eque. i. tm̄ ac vel atq̄. i. vt vel quantum. ¶ Haud secus sentio ac vel atq̄ vel q̄ tn̄: pro nō aliter q̄ elegans est. Verg. Haud secus ac iussi faciunt.

Aeque. Haud sec⁹.

¶ Alias pro modo vel aliquando lepide geminatur hoc modo: vt non semper eodem vultu sunt homines: alias quidem leti, alias tristes.

Alias.

¶ Loquendo per nō modo: nō tm̄: nō solū: nulla negatione post habita debet minus & lenius cū predictis poni dictionib⁹. mai⁹ aūt & vehementi⁹ sequi cū verūetiā verū quoq̄: vt nō tm̄ te diligo: verūetiā summe amo. q̄ si negatio sequat̄ res maior preponet̄. & res minor sequet̄: adiuncta negatione: sed ne quidē. vt nō modo te non amo: sed ne diligo quidē. Aliqn̄ ne quidē preponit̄. Cic. Mihi vero quicq̄d acciderit in tam ingrata ciuitate: ne recusanti quidem euenerit non modo nō repugnanti.

Nō tantū. Nō solum Nō modo. Nō quidē

¶ Per nedū sine negatione loquēdo dz maius precedere: nedū interponi & minus

Nedum.

sequi vt virtutem exactissima opera nedum scientiã comparare laboremus. at per nedum adiuncta negatione loquendo debet minus precedere. neduz in medio poni ꝛ maius sequi. vt hic scientiam non sibi comparat nedum virtutem non colit.

Munus. Partes. Cõsequor. Munus ꝛ in plurali partes pro officio capim⁹ venuste: vt adulescentiũ munus est maiores natu vereri. Ces. in commẽ. Alie em̃ sunt legati partes: alie impatoris

Uerbis consequi non possum quantum gaudij ex literis tuis ceperim: pro nequeo exprimere concinne dicitur. Ouidius Desinet ante dies et in alto phebus anhelos Aequore tinget equos quam consequar omnia dictis.

Tantisper Dum. *Quoad. Tantisper pro tandiu petit post se: dum pro donec cuz magna elegantia. Terentius. Tantisper meum dici te volo dum quod te dignum est facias. Pro dum ponitur aliquando quoad: vt tantisper hoc verbo vtar: quoad melius inuenero.

Quin. Quin pro cur: non eleganter carpitur. Teren. Qui stas lapis: quin accipis. Aliquando exortatur. Idem. quin tu vno verbo dic quid est quod velis. Affirmat pro quinetiam. Uerg. Quin aspera Juno Que mare nunc terrasq; metu celũq; fatigat. Consilia in melius referet. Nullius est quin te amet .i. qui nõ. Nunq̃ ad te venio quin discedam doctior: id est vt non. Non possum quin plorem ꝛc.

Usurpo. Usurpo pro in frequenti vsu habeo elegans est: vt crebra est apud Ciceronem huius verbi vsurpatio.

*Memorie proditũ est. Memorie proditum est: pro scriptum est ꝛ mandatum literarum monumentis: et similia lepide dicuntur.

increbruit Hec res apud me increbruit. i. ad aures peruenit: venustissime dicitur.

Rumor. Nec illepidum est/ rumor est: pro homines dicunt: vt vulgo dicitur pro eo quod rustici aiunt. Communiter dicitur. Fabius. Uulgo dicitur scelera non habere consilium. Rumore accepi. id est intellexi. Elegans accipio pro intelligo.

Accipio ꝑ intelligo.

Tendo. Contra sermonem tuum tendo. i. tibi respondeo. Contra iter tuum tendo. i. tibi occurro.

exercitatio Multa his pulchriora inuenies apud Uallam/ Perottum/ Dathum/ pluresq;: neq; pauca ex Syntaxi nostra. Ego ne opus nimium turgescat finem facio. Legite iuuenes vbi nostra cognoueritis: etiam aliorum opuscula. quos autem legere debeatis docuit Fabius libro primo dicens. Lectio non cruda: sed multa iteratione mollita: ꝛ velut confecta memorie imitationiq; tradať: ac diu non nisi optimus quisq; ꝛ qui credentez sibi minime fallat: legendus est. Seneca in. ij. epistola ad Lucil. Distrahit animũ librorum multitudo. Ibidem. Cum multa percurreris vnum excerpe quod illo die concoquas. De exercitatione. Fabius lib. j. ait. Nec ipsa sine doctore perito: studio pertinaci/ scribendi/ legendi/ dicendi/ multa ꝛ continua exercitatione per se nihil valent.

Ars epistolica Joannis Despauterij Niniuite finit feliciter. Anno Christi. M. CCCCC. xxx.

Rudimenta Joãnis Despaute.

Rudiméta Despauterij Secundo edita in treis partes diuisa.

Pueris vtilissima ꝛ pene necessaria. Quicquid in iuuenum introductorio continetur multo significantius ꝛ verius cõplectentia. Adiectis multis scitu dignissimis: cũ questiũculis de penitentia.

¶ Adiecte sunt nuperrime adnotationes: quibus hanc notam * preposuimus.

AUDACES · FORTUNA · IUUAT · TIMIDOSQ; REPELLIT

¶ Despauterius. M. Joanni Vineano Vuormboltensi Compatri suo charissimo. S. P. D.

Conquesti sunt apud nos plerique: in quorum et tu albe Vineane doctissime: nondum puerorum rudimenta reperiri ulla pueris satis facilia: quod etiam in meis nonnulla deprehendantur: grammatice vestibulum adeuntibus nimis ardua. Quocirca cum amicis compluſculis me rogasti ut rudimenta secundo ederem: modo (si fieri posset) faciliori excogitato. Parui amicorum votis: hoc certe libentius: quod scivi priorem editionem adhuc crudam fuisse precipitatam. Itaque opusculum elucubravi tripertitum. Prima pars minutissima queque continet brevissime. Secunda vulgatiores latinitatis regulas complectitur. quibus mediocriter cognitis primam grammatice nostre vel Alexandri etc. partem bonis avibus adulescentuli adeant. Tertia pars maiora quedam habet et firmiora illuminatis iam paululum ingeniis. Vernaculum nusquam adieci: hanc provinciam preceptoribus relinquens: ut qui non nostratibus solum hoc opusculum scripsi: verumetiam Gallis/Hispanis/Anglis etc. Adieci questiunculas fortassis non omnino aspernandas de Penitentia: confessione: peccatis: articulis fidei: et id genus reliquis: ut ab ineunte etate, sacris pueri imbuantur: citra que vana sunt omnia. Hanc ergo secundam Rudimentorum editionem tuo nomini dicatam: qui puerorum doctor es diligentissimus: boni consule et meam apud Bergenses famam a Despauterio mastigibus viriliter tuere cum amico communi. M. Joanne Centipondio medico expertissimo. Vale. Cominii Quarto Idus Decembres. Anno. M. D. xiiij.

Partes grãmatice quot sunt? Quatuor. Que? Litera vt a. Syllaba vt pa. Dictio vt pater. Oratio vt pater noster. Quid est litera? Minima pars vocis composite que scribi potest indiuidua. Quot sunt litere? Uigintidue. Que? A b c d e f g i k l m n o p q r s t u x y z. Quare omittis h? Quia litera nõ est sed aspirationis nota. Quare omittis ⁊ ꝯ ⁊c? Quia litere non sunt sed syllabarum compendia siue abbreuiationes.

*Literarum compẽdia sunt ⁊ ꝯ:non litere.

¶ Quotuplex est litera? Duplex. Quomodo? Uocalis ⁊ consonans. Quid est vocalis? Que plenam per se voceʒ facit. Quot sunt vocales? Quinqꝫ. Que? A e i o u. Quibꝰ additur y greca. Quid est consonans? Litera que cum vocali sonat. vt b cum e. Quot sunt consonantes? Sedecim. Que? b c d f g k l m n p q r s t x z. Quid est syllaba? Literarum comprehensio sub vnico spiritu: ⁊ aliquando vna litera. vt a ue. Quid est diphthongus? Duarum vocaliuʒ in eadem syllaba vim suam retinentium complexio. Quot sunt diphthongi? Quatuor. Que? ae oe au ⁊ eu. ⁊ in paucis ei. vt aeneas/coena/author/euge/ei. Pro ae ⁊ oe profertur nunc e. Quid est dictio? Minima pars orationis aliquid significans. vt homo. Quid est oratio? Dictionuʒ congrua ordinatio vt homo albus. ¶ Partes orationis quot sunt? Octo. Que? Nomen. Pronomẽ. Uerbũ. Aduerbiũ. Participiũ Coniũctio. Prepositio. Interiectio. Quot sunt partes orationis declinabiles? Quatuor. Que? Nomen. Pronomen. Uerbum. Participiuʒ. Quot sunt partes orationis indeclinabiles? Quatuor. Que? Aduerbium. Coniunctio. Prepositio. Interiectio.

Poeta que pars orationis? Nomen. Quare? Quia significat substãtiam cum qualitate propria vel communi. Poeta quale nomen? Substantiuũ. Quare? Quia potest per se stare cuʒ verbo in sensu perfecto. vt poeta scribit. Albus quale nomen? Adiectiuũ. Quare? Quia nõ potest per se stare cum verbo in sensu perfecto. vt albus currit nõ dicitur: sed albus equus currit. Nomini quot accidunt? Sex. que? Qualitas/comparatio/genus/numerus/figura/casus quibus iungimus cum declinatione Speciem. Poeta cuius qualitatis? Appellatiue. Quare? Quia nisi res desint multorũ nomen est in vnica significatione. Roma cuius qualitatis? Proprie. Quare? Quia in vnica significatione vnius nomen est. ¶ Quot sunt qualitates in nomine? Due. Que? Propria ⁊ appellatiua. Poeta comparatur? Non. Quare? Quia eius significatio augeri vel minui nequit in comparando. Albus comparatur? Ita. Quare? Quia eius significatio potest augeri vel minui in comparando. vt Albus albior albissimus. Poeta cuius gradus comparationis? Nullius. Quare? Quia nullum substantiuum comparatur. Albus cuius gradus comparationis? Positiui. Quare? Quia significat rem suam sine excessu. Albior cuius gradus comparationis? Comparatiui. Quare? Quia significat rem suam cum excessu non summo. Albissimus cuius gradus comparationis? Superlatiui. Quare? Quia significat rem suam cum excessu summo. Comparationis gradus quot sunt? Tres. Qui? Positiuus vt doctus. Comparatiuus vt doctior. Superlatiuus vt doctissimus. Poeta cuius generis? Masculini. quare? Quia declinatur cum hic. vt hic poeta. Musa cuius generis? Feminini. Quare? Quia declinatur cum hec. vt nominatiuo hec musa. Templũ cuius generis? Neutri. Quare? Quia declinatur cum hoc. vt nominatiuo hoc templuʒ. Parens cuius generis? Communis. Quare? Quia declinatur cum hic ⁊ hec. vt nominatiuo hic ⁊ hec parens. Felix cuius generis? Omnis. Quare? Quia declinatur cum hic ⁊ hec ⁊ hoc. vt nominatiuo hic et hec et hoc felix. Passer cuius generis? Epiceni. Quare? Quia sub vno articulo masculum et femellam significat. vt hic passer. Dies cuius generis? Dubij. Quare? Quia pro eadem re in vario genere reperit̃. vt hic vel hec dies. Genera nominũ quot sunt? Septem. Masculinũ/femininũ/neutrũ/commune/omne/epicenũ/⁊ dubiũ. Poeta cuius numeri? Singularis. Quare? Quia singulariter profert̃. Poete cuius numeri? Pluralis. Quare? Quia pluraliter profert̃. Quot sunt numeri in nomine? Duo. qui? Singularis. vt hic magister. Pluralis vt hi magistri. Poeta cuiꝰ figure? Simplicis. quare? quia nequit diuidi in duas ꝑtes vel plures intelligibiles prioris sensus capaces. Respublica cuiꝰ figure? Cõposite

* Qualitates in nomine.

Quare? quia põt diuidi in duas partes vel in plures itelligibiles ꝓ͛oris sensus capaces vt in res ⁊ publica. Figure noim quot sunt? due. ꝗ? Simplex vt decẽs potẽs Cõposita vt indecẽs impotẽs. Poeta cuiꝰ casus? Nti quare. qꝛ i eo casu declinãdo reperit: vt ntõ hic poeta. Quot sunt casus in noie? sex qui? Ntũs: gtũs: dtũs: actũs vctũs: ⁊ abltũs. Poeta quote declinatiõis? Prime. quare? qꝛ eius gtũs cuꝫ dtõ desinit in ae diphthongõ vt poeta poetae poetae. Dñs quote declinatiõis? Scõe. q̃re? qꝛ eius gtũs desinit in i ⁊ dtũs in o. vt dñs dñi dño. Homo quote declinatiõis? Tertie. quare? quia eius gtũs desinit in is ⁊ dtũs in i. vt homo hoĩs homini. Manꝰ quote declinationis? q̃rte. quare? qꝛ eius gtũs desinit in us. ⁊ dtũs in ui vt manꝰ manꝰ manui. Species quote declinationis? quinte. quare. qꝛ eiꝰ gtũs desinit in ei ⁊ dtũs in ei: vt spẽs speciei speciei. Quot sũt declinatiões noim? q̃nq;. que? Prima secũda: tertia: quarta: ⁊ quinta. Declina Poeta. Ntõ hic poeta. Gtõ huius poete. Dtõ huic poete. Actõ hunc poetã. Vctõ o poeta. Abltõ ab hoc poeta. Et plr Ntõ hi poete. Gtõ hoꝝ poetaꝝ. Dtõ his poetis. Actõ hos poetas. Vctõ o poete. Abltõ ab his poetis. Poeta cuiꝰ speciei? deriuatiue. quare? qꝛ deriuat̃. ab alio. A quo? a poeo. i. facio creo: qꝛ poeta est factoꝛ carminũ. Res cuius speciei? Primitiue. quare? qꝛ a nullo deriuat̃. Quot sunt species in noie? due. que? ꝓ̃mitiua ⁊ deriuatiua. Poeta quote persone? Tertie quare? qꝛ significat rem de qua fit sermo. Nã Omne nomẽ: oẽ pronomẽ: oẽ participiũ: est tertie ꝑsone: preter ego cũ casibus suis: quod est prime persone: ⁊ tu cum suis casibus: quod cũ omni vocatiuo est secunde persone.

*** Species in noie.**

Numerus pronoim.

Ego que pars orõnis? ꝓnomẽ. quare. quia loco ꝓprij nois ponitur ⁊ certã significat personã. ¶ Quot sunt ꝓnomina? q̃ndecim. que. Ego tui sui: ille: ipse iste: hic: ⁊ is meus: tuus: suus: noster: vester: nostras: ⁊ vr̃as. Ego quale pronomẽ? demonstratiuũ. quare? Quia per ipm aliquid demõstramus. Quot sunt ꝓnomina demõstratiua. decẽ: que. ego: tu: hic: iste: meꝰ tuꝰ: noster: vester: nr̃as: vestras. Quale ꝓnomẽ est is. Relatiuũ. quare: qꝛ per ipm aliq̃d referimꝰ: vt diligo Joãnẽ ⁊ filiũ eius. Quot sunt ꝓnoia relatiua. quatuoꝛ que. Is suꝰ: ipse: sui. Ille refert ⁊ mõstrat vt hic aliq̃n. Pronomini quot accidũt? Sex. que? Species genꝰ numerꝰ figura persona casus cũ declinatione. Ego cuius speciei? Primitiue. quare? quia a nullo deriuatur. Quot sunt ꝓnoia primitiue speciei? Octo. que? Ego: tui: sui: ille: ipse: iste: hic: is. Meꝰ cuius spẽi: deriuatiue. Quare: qꝛ deriuat̃ ab alio. A quo. A gtõ mei. Quot sũt ꝓnoia deriuatiue speciei? Septẽ. Que. Meꝰ tuus suus nr̃ vester nr̃as vestras. Quot sunt species in pronoie? Due. que? Primitiua ⁊ deriuatiua. Ego cuius gñis Omnis. Quare. quia omni generi conuenit: vt ego vir. ego femina. ego aial. Quot sunt ꝓnoia ois gñis: quinq; que. Ego tu sui nostras vr̃as. Ille cuius generis. Masculini. Quare. quia masculino generi cõuenit. vt ille puer. Illa cuius gñis. Feminini: quare. Quia feminino generi cõuenit. vt illa mensa. Illud cuiꝰ generis? Neutri. quare: quia neutro generi cõuenit. vt illud templũ. Genera pronoim quot sunt? Quatuoꝛ. que. Masculinũ femininũ: neutrum ⁊ omne. Ego cuius numeri? singularis. Nos cuius numeri? Pluralis. Ego cuiꝰ figure? simplicis. egomet cuius figure Cõposite. Ego quote ꝑsone? Prime. quare? qꝛ significat rem de se loquenteꝫ. Quot sunt pronoia prime persone? Unum. quod? ego mei vel mis ⁊c. Tu quote persone? secunde. quare. quia significat rem ad quam fit sermo. Quot sunt ꝓnoia secunde persone? Unũ. quod. tu tui vel tis cum omni vocatiuo. Ille quote persone. Tertie. quare. qua significat rem de qua fit sermo. Quot sunt pronomina tertie persone. Reliqua omnia. Persone pronominũ quot sunt? Tres. que? Prima: secunda: tertia Ego cuius casus. Nominatiui. quare. quia in eo casu declinãdo reperit̃. Ego quote declinationis? Prime. quare. Quia eius genitiuus desinit in i. ⁊ datiuus in i. vt ego mei mihi. Quot sunt ꝓnoia prime declinatiõis? Tria. ꝗ. ego: tui: sui. Ille quote declinationis. secũde. quare. quia eius gtũs desinit in ius syllabas vel ius syllabas vt ille: illius: hic: huiꝰ. Quot sunt ꝓnoia secũde declinatiõis? quinq;. ꝗ. Ille ipse iste hic is. cũ idẽ. Meus quote declinationis? Tertie. quare. quia eius genitiuus desinit in i vel in e. ⁊ dtũs in o. vel in e. vt meus mei mee meo mee meo. Quot sunt ꝓnomina tertie declinationis? Quinq;. que? Meus tuꝰ suꝰ noster vester. Nostras quote declinationis? quarte. quare: qꝛ eius genitiuꝰ desinit in atis. ⁊ dtũs in ati. vt nostras nr̃atis nr̃ati. Quot sũt ꝓnoia quarte declinatiõis? Duo. ? que Nostras ⁊ vr̃as Quot sunt declinationes pronominũ? quatuoꝛ. que. Prima: secunda: tertia: quarta. declina ego. persone prime generis omnis ego mei vel mis ⁊c.

Relatiua ꝓnomina.

*** Pronomina ois generis**

*** Prime declinationis ꝓnoia.**

*** Pronominũ declinationes.**

Amo que pars? Verbum. Quare? Quia est pars orationis cum
tempore: et persona sine casu: aut agere aliquid: aut pati: aut neu
trum significans. Agere:, vt verbero. Pati: vt verberor. Neutruz:
vt sum. Amo quale verbum? Personale. Quare? Quia nisi sit de
fectiuum: per tres distinctas personas in vtroqз numero coniu
gatur:, vt amo amas amat &c. Oportet quale verbum? Imperso=
nale. Quare? Quia quũ sit plenum coniugatur solum per vocez
similem tertie persone singularis numeri: vt oportet oportebat
oportuit &c. Quotuplex est verbum? Duplex. quomodo? Personale et impersonale.
Oportet quale impersonale? Actiue vocis. Quare? quia in t desinit: et vernacule di
citur gallice per il. theutonice per het: vt oportet il faut: het moet. Amaт̃ quale im=
personale? Passiue vocis. quare? Quia in tur desinit: vt vernacule dr gallice per on
theutonice per men: vt amaт̃ on ayme: men mint. Quotuplex est impersonale? Du
plex. Quomodo? Actiue vocis et passiue vocis. Verbo quot accidũt? Septem. Que?
Qualitas: coniugatio: genus: numerus: figura: tempus: persona. Amo cuius qua=
litatis? Qualitas verbi est in modis et in formis. Amo cuiꝰ modi? Indicatiui. Qua
re? Quia per ipsum aliquid indicamꝰ: vt amo scientiã. Ama cuius modi? Impera=
tiui. quare? Quia per ipsum aliquid imperamꝰ: vt parẽtes ama. Amarẽ cuius mo=
di? Optatiui. quare? Quia per ipsum aliquid optamus: vt vtinã deũ amares. Ama
uerim cuius modi? Coniunctiui. quare? Quia ipsi alterũ verbũ coniungimꝰ: vt si
me amaueris te amaberis. Amare cuius modi? Infinitiui. quare? Quia neqз nũe
rum neqз personã finit. i. per se recipit. Quot sunt modi in verbo? Quinqз. Qui? In
dicatiuus/ Imperatiuꝰ/ Optatiuꝰ/ Coniũctiuꝰ/ Infinitiuꝰ. Amo cuius forme? Per
fecte. quare? Quia a nullo deriuaт̃. Esurio cuius forme? Meditatiue. quare? Quia
cuз primitiuo significat meditari siue potius desiderare: vt esurio: cupio esse: dictu
rio: cupio dicere. Semp in urio: et quarte cõiugationis. Lectito cuiꝰ forme? Freqũe
tatiue. quare? Quia cũ primitiuo significat freqũeter: vt lectito. i. freqũeter lego: cur
so freqũeter curro. Semp in to vel so vel xo: vt nexo: et sunt prime cõiugationis. Ca
lesco cuiꝰ forme? Inchoatiue. quare? Quia cũ primitiuo augmenti inchoationẽ si=
gnificat: vt calesco. i. incipio magis calere qзз calui. Semp in sco et sunt tertie cõiuga
tionis: vt tepesco sordesco. Forme verborũ quot sunt? Quattuor. que? Perfecta: vt le
go. Meditatiua: vt esurio. Freqũẽtatiua: vt lectito. Inchoatiua: vt feruesco calesco.
Amo quote cõiugationis? Prime. quare? Quia habet a longũ ante re vel ri in infi
nitiuo: vt amo re. amor ri. Excipiт̃ do dare: qr a correptũ habet. Doceo quote coniu=
gationis? Scd̃e. quare? Quia hз e longũ ante re vel ri in infinitiuo: vt doceo re. do
ceor ri. misereor reri. Lego quote cõiugationis? Tertie. quare? Quia hз e breuẽ an
te re in infinitiuo vel ante ris in indicatiuo: vt lego re. legor ris. loquor ris. Audio
quote cõiugationis? Quarte. quare? Quia hз i longũ ante re vel ri in infinitiuo: vt
audio re. audior ri. metior tiri. Coniugationes verborũ quot sunt? Quattuor. que?
Prima/ scd̃a/ tertia/ quarta. Amo cuius gñis? Actiui. quare? Quia desinit in o et ac
cepta r litera facit ex se passiuũ: vt amo or. lego or. Amor cuius gñis? Passiui. quare
qr in r desinit et ea dẽpta redit in actiuũ amor: amo. Sedeo cuius gñis? Neutri. quare
qr in o desinit et accepta r latinũ nõ est. Nam sedeor nõ dr. Loquor cuius gñis? De
ponentis. quare? Quia desinit in r et ea dempta latinũ nõ est. Nam loquo nõ diciт̃.
Largior cuius gñis? Cõmunis. quare? Quia in r desinit et dẽpta latinũ nõ est: et hз
vtrãqз significationẽ actiuã et passiuã: vt largior te: largior a te. Da cõmunia. Vul
gatiora sunt hec. Largior/ Experior/ Veneror/ Moror/ Osculor/ Hortor/ Criminor/
Amplector/ Interpretor/ Hospitor. Quot sunt gña in verbo? Quinqз. que? Actiuuз
passiuũ neutrũ deponens commune. Amo cuius numeri? Singularis. Amamus
cuius nũeri? Pluralis. Amo cuius figure? Simplicis. Adamo cuius figure? Com=
posite. Amo cuius tpis? Presentis. quare? qr rem nũc esse vel fieri significat. Ama=
ui cuius tpis? Preteriti. quare? Quia rem p̃teriйsse significat: sic amabã et amauerã
Amabo cuius tpis? Futuri. quare? qr rem futuram esse significat. Quot sunt tem=
pora in verbo? Tria. que? Presens/ preteritũ/ et futurum. Amo quote persone: pri=
me. quare? quia attribuiт̃ rei de se loquenti: vt ego amo. Amas quote persone? Se
cũde. quare? Quia attribuitur rei ad quem fit sermo: vt tu amas. Amat quote per=
sone? tertie. quare? qr attribuitur rei de qua fit sermo: vt Petrus amat. Quot sunt
persone in verbo? Tres. Que? Prima vt lego. Secunda vt legis. Tertia vt legit.

Verbi sectio.

Verbũ impersonale duplex.

* Modi verborum

* Forme verborum

* Grãmatici pleriqз nõ per infinitiuos: sз p scd̃as indicatiui modi singulares p sonas coniugationũ discrimen faciunt idqз multo rectius.

Genera verborum

Tempora verborum

Persone verborum.

Hodie que pars? Aduerbium. Quare? Quia est pars orationis que adiecta verbo: significationem eius explanat atque implet. Aduerbio quot accidunt? Tria. que? Significatio: comparatio: et figura cum specie. Hodie cuius significationis? Temporis. quare? Quia per ipsum tempus significamus. Significationes aduerbiorum quot sunt? Pene innumere vt loci temporis etc.. Da loci etc. Hodie cuius gradus cõparationis? Nullius. quare? Quia eius significatio nequit augeri vel minui in comparando. Docte cuius gradus comparationis? Positiui. Doctius comparatiui. Doctissime superlatiui. Hodie cuius figure? Composite. Ex quibus. ex hoc et die. Nunc cuius figure? Simplicis. Hodie cuius speciei? Deriuatiue. Nunc cuius speciei? Primitiue.

*Declinationes in participio.

Amans que pars orationis? Participiũ. quare? Quia est pars orationis partẽ capiens: nominis partẽque verbi. Quid recipit a nomine? Genera et casus. Quid a verbo. Tempora, et significationes. Quid ab vtroque? Numerũ et figurã. Participio quot accidũt? Sex. que? Genus. casus: tempus significatio: numerus: figura. Amans cuius gñis? Omnis. vt omne participiũ in ans et ens. Amatus cuius gñis? Masculini: amata feminini: amatũ neutri Amans cuius casus? Nominatiui. amãs quote declinationis? Tertie. Quot sunt declinationes in participio? Tres. Nam omnia in ans et in ens sunt tertie declinationis nominis. Omnia in us: et in um secũde. et feminina in a prime. Amans cuius tpis? Presentis. quare? Quia desinit in ans vel in ens: vt legẽs. Amatus cuius tpis? Preteriti. quare? quia desinit in tus: sus: xus: vel uus: vt lectus: lesus: nexus: mortuus. Amaturus cuius tpis? Futuri. quare? quia desinit in rus vel dus: vt lecturus legendus amandus etc. Amans cuius significationis? Actiue. quare? quia ab actiuo verbo descẽdit. A quo? Ab amo. Amatus cuius significationis? Passiue. quare? quia a passiuo verbo descẽdit. A quo? Ab amor. Stans cuius significationis? Neutre. quare? quia a neutro verbo descẽdit. A quo? A sto. Loquẽs cuius significationis? Deponẽtis. quare? quia a deponenti verbo descẽdit. A quo? A loquor. Osculãs cuius significationis? Cõis quare? quia a cõmuni verbo descẽdit. A quo? Ab osculor. Significationes participiorum quot sunt? Quinque. que? Actiua: passiua: neutra: deponẽs: cõis. Ab actiuo quot Duo etc. Amans cuius speciei? Deriuatiue: vt omne participiũ. quia deriuatur a verbo Amans cuius nũeri? Singularis. Amãtes cuius nũeri? Pluralis. Amans cuius figure Simplicis. Adamans cuius figure? Composite. Unde componitur? Ex ad et amans.

*Participiorũ significationes.

*Disiunctiue iccirco cõiũctiones dicuntur quia dictiones annectunt sensum disiungunt.

Et que pars orationis? Coniunctio. quare? Quia est pars orationis adnectẽs ordinãsque sententiã. Coniũctioni quot accidũt? Tria. que? potestas. Figura et ordo. Et cuius potestatis? Copulatiue. quare? quia tam sensum quam dictiones coniũgit. Uel cuius potestatis? Disiũctiue. quare? quia dictiones connectẽs sensum disiungit. Quidẽ cuius potestatis? Expletiue. quare? quia explet et explanat sensum. Nam cuius potestatis? Causalis. quare? quia causam rei demõstrat. Ergo cuius potestatis? Rationalis. quare? quia rationẽ rei demõstrat. Potestas cõiunctionũ quot species habet? Quinque. Quas? Copulatiuas disiũctiuas: expletiuas: causales: rationales. Da copulatiuas etc. Et cuius figure? Simplicis. Atque cuius figure? Composite. Unde componitur? Ex at et que. Et cuius ordinis? Prepositiui. quare? quia preponitur ditioni vel orationi quã copulat: vt deus et homo. Quot sunt coniunctiones prepositiui ordinis? Sedecim. que? Et/at/ast/ac aut/vel/nec/neque/quando/quatinus/ siu/seu/siue/neue/ni/sed. Aũt cuius ordinis Subiunctiui. quare? Quia postponitur dictioni vel orationi quã coniũgit: vt tu aũt. Quot sunt coniunctiones subiunctiui ordinis? Octo. que? que/ve/ne/quoque/aũt/ quidẽ/vero/enim. Igitur cuius ordinis? Cõmunis. quare? quia tam preponi quam postponi potest. Quot sunt coniunctiones communis ordinis? Relique oẽs. Ordines coniunctionum quot sunt? Tres. que? Prepositiuus/subiunctiuus/communis.

Ad que pars orationis? Prepositio. quare? Quia est pars orationis que preposita alijs partibus in orõne: significationẽ earũ: aut complet: aut mutat: aut minuit: vt perdoctus: indoctus: subtristis. ¶ Prepositioni quot accidũt? Unum. quid? Casus tm̃. Quot casus? Duo. qui? Actũs et abltũs Ad cuius casus? Accusatiui casus. quare? Quia actõ seruit: vt ad patrẽ Quot sunt prepositiones accusatiui casus? Triginta: et versus: que? Ad/apud/ante etc. A cuius casus? Ablatiui. Quare? Quia ablatiuo casui seruit: vt a domo. ¶ Quot sunt prepositiones ablatiui casus? Quindecim. Que? A/ab/abs etc.

¶In cuius casus? Utriusqꝫ. quare? Quia vtriqꝫ casui seruit: accusatiuo ꝛ abltō: vt eo in forum: nō in cubiculo. Quot sunt prepositiones vtriusqꝫ casus? Quatuor. que In sub/super/ꝛ subter: quando actō casui seruiunt? Quando nos vel quoslibet ꝛc.
¶Cum qualis prepositio? Inseparabilis. quare? Quia a compositione non separatur. Quot sunt prepositiones inseparabiles? Septem. que. Di/dis/re/se/an/co/con/ vt diduco/ distraho/ recipio/ secubo/ amplector/ cohereo/ congredior. Abs simplicis figure est. Absqꝫ composite.

*Prepositiones inseparabiles.

Heu que pars orationis? Interiectio. quare? Quia est pars orationis significans mentis affectu voce incognita. Interiectioni quot accidunt? Unum. quid? Significatio tm̄. Quot sunt significationes interiectionū? pene innumere. vt gaudentis/dolentis ꝛc. Heu cuius significationis? Dolentis. quare? Quia dolorē perípsum indicamꝰ. Da dolentis: vt heu hei/ah. Da gaudētis: vt euax/oh. Da admirātis: vt pape. Da timentis: vt atat ꝛc.

τελοσ

¶Secunda pars huius opusculi: latinitatis regulas vulgatiores breuissime complectens.

Deus sanctus: est ne oratio bene latina? Etiaꝫ. quare? Quia adiectiuū et substantiuuꝫ concordant in genere/numero/casu. Declara. Deus est substantiuum: ꝛ sanctus est adiectiuum generis masculini: numeri singularis casus nominatiui. Sic pater meus/doctus magister/liber lectus/casta virgo/pia mater/durum caput. Quotuplex est adiectiuum? Triplex. Nomen: vt bonus. Pronomen: vt meus. Participium: vt lectus.
¶Ego miser: est oratio latina? Est. quare? Quia demonstratiuū et res demonstrata concordant in genere/numero/casu. Declara. Ego est demonstratiuū et miser est demonstrata: generis masculini: numeri singularis: casus nominatiui.

*Quotuplex adiectiuum.

¶Deus viuit quē adoramus: est oratio cōgrua? Etiā quare? Quia relatiuū ꝛ antecedens concordāt in gn̄e/numero/persona. Declara. Deus est antecedēs: ꝛ quē relatiuū: gn̄is masculini: numeri singularis: persone tertie. De quibꝰ relatiuis intelligitur regula? Solū de qui/que/qđ/is/ipse/hic/ille. Qui ꝛ ipse sunt omnis persone
¶Quem queritis. Iesum nazarenum: est oratio congrua? Etiam. quare? Quia interrogatiuum ꝛ responsiuuꝫ concordant in casu. Declara. Quem est interrogatiuū et Iesum nazarenum: est responsiuum vtrunqꝫ accusatiui casus.
¶Doctior illo: est orō latina? Etiā. quare. qꝛ comparatiuus hꝫ abltm̄. Declara. doctior est cōparatiuus: ꝛ illo est abltūs. Sic clarior sole nigrior pice ꝛc. hic casus declaratur per qꝫ alioquin genitiuus daretur: vt fortior manuū est dextera.
¶Optimus plebis: est orō latina. Ita? quare. qꝛ superlatiuus gtm̄ habet vel singularem nois collectiui vel pluralē nominis nō collectiui vt doctissimus poetarū Declara. Optimus est superlatiuus ꝛ plebis gtūs nominis collectiui: quod ꝑ vnica re nō capitur: vt plebs: populus: turba: exercitus: grex ꝛc.
¶Urbs Roma: est oratio latina. Etiā? quare. quia quoties duo nomina substantiua ad eandē rem pertinentia sine coniunctione in oratione conueniunt: eiusdem erūt casus. Declara. vrbs Roma sunt eiusmodi nomina: ambo nominatiui aut vocatiui casus. Sic pontius pilatus: magister Ioannes. ꝛc.

*Collectiuuꝫ qđ sit

Liber Petri est oratio congrua. Etiā? quare. quia quoties duo nomina substantiua ad diuersa pertinentia sine cōiūctione cōueniunt: alterū erit genitiui casus. Declara. Liber magistri sunt eiusmodi nomina: ꝛ magistri est genitiui casus. Sic crista galli: custos tēpli. pudor virginis.

Ego sum: est oratio congrua. Etiam? quare. quia omne verbum personale finiti verbi vult ante se nominatiuum eiusdem numeri et persone. Declara. Sum est verbum personale finiti modi: et ego nominatiuus. Utrunqꝫ est numeri singularis: ꝑme ꝑsone. Sic ego canto: tu ploras: lusor iurat. nos flemus: vos ridetis: rane coaxant. ¶Qui sunt modi finiti. Indicatiuus. Imperatiuus. Optatiuus et Coniunctiuus.

Lego dicit ne latine? Quid ni? quare: quia in omni ꝟbo prime vel secūde persone: aliquando etiam in verbo tertie persone subauditur nominatiuus. Declara. Lego est verbum: prime persone: in quo subauditur nominatiuus ego. Sic respice finem: vitemus peccatum: pluit: aiunt ꝛc.

Modi finiti.

Vocor Petrus: est oratio congrua? Etiā. quare? Quia omne verbū substātiuū: omne verbū vctiū: et omne verbū vim eorū habēs regit post se ntm̄ vt sum bonus appellor: Joannes. Quis vocaris Crederis dives. Declara Vocor est verbū vocatiuū: et habet post se ntm̄ Petrus. Quid est verbū vocatiuū. Quod nomen rei passiue indicat. Quot sunt verba vocatiua? Quinq. que? Nuncupor: appellor: vocor: dicor: nominor. Quid est verbū substantiuū? Per quod alia verba declarant aut coniugant. Quot sunt verba substantiua? Unum. quod? Sum. omnia alia solent vocari adiectiua: q: substātiui significato aliquid adiiciūt vt amo. i. sum amans. Da horū vim habētia? Fio: euado: existo: exto: venio: videor: indicor: cognominor: inscribo &c. vt fio doctus: videor tibi stultus &c.

*Verbum vocatiuum
* Quot sunt verba vocatiua.
Verba omnia dicūt adiectiua preter sum.

Me legere est oratio congrua? Etiā. quare? Quia infinitiuus verbi personalis habet ante se accusatiuū. Declara. Legere est infinitiuus huius verbi personalis lego: et habet ante se accusatiuum me.

Volo legere: est oratio latina? Etiam. quare? Quia quoties duo verba sine coniunctione conueniunt: alterum erit infinitiui modi. Declara. Volo legere sunt duo verba sine coniunctione: quorum legere est infinitiui modi.

Amo deū: est oratio latina? Etiā. quare? Quia. Omne verbū actiuū cuiuscūq generis regit post se accusatiuū. Declara. Amo est verbū actiuum et habet post se actm̄ deum. Sic aro terram: loquor verbum: furor aurum: osculor matrem: Hic accusatiuus in oratione passiua fit nominatiuus: vt amo te. Tu amaris a me.

Amor a deo. est oratio congrua? Est. quare? Quia omne verbū passiuū cuiuscunq generis: regit post se ablm̄ cum prepositione a vel ab. Declara. Amor est verbum passiuum et habet post se ablatiuum deo cum prepositione a. Sic vapulo a preceptore: osculor a matre: diligor a fratre &c.

Studeo grāmatice: est ne locutio apta? Etiā. quare? Quia omne verbū acquisitiue positū regit post se dtm̄. Declara. Studeo est verbū acquisitiue positū: et habet post se dtm̄ grāmatice. Sic medeor vulneri: assum lectioni: faueo iusto.

Do tibi panem: est oratio congrua? Maxime. Quare? Quia omne verbum actiuum acquisitiue positum cupit post se accusatiuum cum datiuo. Declara. Do est verbum actiuum acquisitiue positum: et habet post se accusatiuum panem cum datiuo tibi. Sic gratias agamus domino. Scribo tibi epistolam &c. Accusatiuus fit nominatiuus in passiua locutione. Datiuus manet: vt do tibi panem panis datur tibi a me &c.

Ieiunaui biduum: est oratio congrua? Etiam. quare? Quia omne verbum vbi questio fieret per quandiu petit post se accusatiuum vel datiuum temporis. Declara. Hic questio fieret per q̄diu: vt q̄diu ieiunasti? Respondetur ieiunaui biduum vel biduo: in actō vel abltō. Sic studui Louanij duos annos vel duobus annis. Nauigaui duas hebdomadas vel hebdomadibus &c. Cur dixisti per q̄diu? Quia ad quando solus ablatiuus respondetur. Ut quando venisti. Hora tertia.

Amans deum: est oratio latina? Etiā. quare? Quia Omne participiū cum gerundio et supino in um: petit post se casum sui verbi. Declara. Amans est participium ab amo: et habet post se accusatiuum deum: vt amo. Sic studens musice: amatus a deo: venio lectum historiam: tempus est canendi hymnum.

*Inferēdi casus aliquādo respondetur

Vado scriptum: est ne bona latinitas? Est profecto. Cur? Nam prius supinum petit verbum motus ad locum. Declara. Scriptum. est prius supinum: et habet ante se verbum motus quod est vado.

Rarum inuentu: est ne eleganter dictum? Etiam. quare? Quia Supinum in u eleganter iungitur adiectiuo: vt facile dictu: turpe relatu: id est ad referendum &c.

Studui Louanij: est oratio bene latina? Etiam. quare? Quia propria oppidorum et pagorum prime et secunde declinationis singularis numeri cum appellatiuis domi: belli: humi: militie: ponuntur pro aduerbijs loci in genitiuo vbi questio fieret per vbi. Declara. Hic quereretur per vbi: vbi studuisti: et Louanium est nomen oppidi secunde declinationis singularis numeri: ideo in genitiuo dicit studui Louanij. Sic sum Rome: domi: iaceo humi &c.

Natus athenis est oratio cōgrua? Etiā. quare? Quia propria oppidorum et pagorum pluralis numeri vel tertie declinationis cū abltō ruri ponunt pro aduerbijs in dtō et aliquādo in abltō: vbi questio fieret per vbi. Declara. Hic per vbi quereret. vbi natus est Plato: et Athene est nomen oppidi pluralis numeri ergo in da

vel abltō. dicitur natus Athenis. Sic habito Hierosolimis. Studeo tyburi. Terētius est natus carthagini. Contineo me ruri ꝛc.

Vado Romam est oratio congrua? Etiam. quare. Quia propria oppidorum ꝛ pagorum ponuntur sine prepositione in accusatiuo cum appellatiuis rus ꝛ domum vbi questio fieret per quo. declara. Hic quereretur quo vadis. ꝛ Roma est nomen oppidi ergo per accusatiuum dicitur vado Romam. Sic eo Gandauū. Nauigo Antuuerpiam: venio domum: ambulo rus.

Venio Roma dicitur ne congrue? Etiam. quare? Quia propria oppidorum et pagorum ponuntur in ablatiuo sine prepositione vbi questio fieret per vnde vel qua cum appellatiuis domo ꝛ rure. Declara. hic per vnde quereretur vnde venis: ꝛ Roma est nomen oppidi ergo in ablatiuo dicitur venio Roma: Gandauo: rure: domo. Qua ibis. Gādauum. Cortraco. Ubi: idest in quo loco. Quo ad quē locum. Unde de quo loco. Qua per quem locum Inuenies prepositionem aliquādo additam: vt sum in domo: vado ad Romam: venio de Roma ꝛc. sed multo sepius omittitur.

* Cicero in verrem Eo die verres ad mes sanam venit. Sallustiꝰ i catil. Naz ab roma aberat

O melibee est oratio congrua? Etiam. quare? Quia aduerbiū o habet vocatiuū. Sic heus: vt heus bone vir.

Occulo caute: est oratio congrua? Etiam. quare? Quia aduerbiū adiacet suo verbo in bono sensu. declara. Caute est aduerbiū. ꝛ adiacet huic verbo occulo. Sic cāto suauiter: aspicio crudeliter: incedo honeste: viuo caste: iaculor lōge ꝛc.

Parum vini: est oratio latina? Etiam quare? Quia nonnulla aduerbia loci temporis: ꝛ quantitatis ornate regunt gtm̄. declara. parum aduerbiū quātitatis: habet genitiuum vini: sic eo loci: huccine rerum: eo superbie: nusquam terrarum: tunc temporis: pridie pasche: postridie nuptiarum: satis pecunie: modicū vini: abunde ingenij ꝛc

Uir ꝛ vxor: est oratio cōgrua? Etiam. quare? Quia cōiūctio habet similes casus sine diuerso regimine. declara. Et est ꝯiūctio ꝛ habet ntōs vir ꝛ vxor. Cur dixisti sine diuerso regimine? quia sic non necessario ponerētur in eodē casu vt liber meus et Petri. Emi ducato ꝛ pluris. Idem contingit in interrogatiuo ꝛ respōsiuo vt, Cuius est penna? mea. Quāti emisti? ducato.

Uir ꝛ vxor litigāt. est oratio latina? Est. quare? Q: copulata p cōiūctionē copulatiuā equipollēt vni plurali. declara. vir ꝛ vxor sunt copulata p cōiūctionē ꝛ copulatiuā: ꝛ equipollent vni plurali: q: apponitur verbum pluralis nūeri litigant.

Ad patrem: est oratio cōgrua? Est. quare? Quia ad prepositio accusatiui casus habet post se accusatiuum patrem.

A domo: est oratio latina? Est. quare? Quia a ꝑpositio ablatiui casus habet post se ablatiuum domo.

Hei mihi: est oratio latina? Etiā. quare? Quia hei ꝛ veh. cupiunt datiuum: vt hei misero mihi. Ueh soli. O heu: ꝛ pro volunt nominatiuum accusatiuum et vocatiuum: vt heu me miserum. Heu prisca fides. O fortunati. O nobilem animum. O fortunatos nimium (bona si sua norint) agricolas: pro summe Iuppiter. Pro deum atq; hominum fidem.

Tertia huius opusculi pars continēs paulo maiora ꝛ difficiliora pro ante dicta intelligētibus.

Quam artem profiteris? Grāmaticā. Quid est grāmatica? Ars recte scribēdi: recteq; loquēdi. Quot sunt partes grāmatice? Quatuor. que? Litera/ syllaba/ dictio/ ꝛ oratio. Unde ꝺ: litera? A litura quā patit plerūq;. Litere quot accidūt? Tria. que? Nomen quo appellat. Figura qua ꝺe pingit. potestas qua valet. Habēt ne litere aliud nomē? Habent. quod Elementum? Quare. Nam vt ex terra: aqua: aere: igne: corpus cōstatur: ita ex literis syllabe dictionesq; constant. Differunt ne aliqd litera ꝛ elementum. Etiam. si proprie loquamur. Nā litera scribitur: elementū profertur: sed differentia raro obseruatur. Quotuplex est litera? Duplex. Uocalis ꝛ cōsonās. Quot vocales sunt aliqñ cōsonantes? Due. que. i ꝛ u. Qñ. Dum ꝑponunt vocali in eadez syllaba. vt ianua: ieiunus: iecur: adijcio: iocus: Iuno: vanitas: veritas: vita: volo. vult. Fit id semper. Minime. vbi nō. In grecis ꝛ hebreis i solū est vocalis. vt Iesus/ Iesse/ Iason ꝛc. Quotuplex est ꝯsonās? Duplex. quō. Muta ꝛ semiuocalis. Quot sunt mute. No

* Quot sunt ptes grāmatice. lr̄a/ elementū/ differunt: vocales q̄ interdū cōsonantes fiunt.

nem. Que? b.c.d.f.g.k.p.q.t. Quare dicunt̃ mute. q: respectu aliarũ lr̃arũ paruim sonant. Quot sũt semiuocales? Septẽ. que? l.m.n.r.s.x.z. Quare dicunt̃ semiuocales. q: plenã vocẽ nõ habẽt vt vocales: z clarius sonãt ̃q mute. Quot sũt liq̃de? Due. que? l. z r. olim etiã m. z n. Quare dicunt̃ liq̃de? q: post posite multis sinũt p̃cedẽtem vocalẽ corripi tã ̃q liqueãt: z cõsonãtiũ vim perdant. vt pharetra volucris. Quot sũt duplices? Due. que? x. z z. Quare dicunt̃ duplices? q: duarũ lr̃arũ loco ponunt̃ vt. x. pro. cs. aut. gs. vt pax grex. z z. p ss. vt patrizo p patrisso. Syllaba quid ẽ zc. vñ dicit̃ syllaba? a syllabanin .i. cõp̃rehẽdere: q: syllaba ẽ lr̃arũ cõprehensio ideo sola vocalis impropie syllaba dr̃. Da syllabã sine vocali. nulla est. Quot accidũt syllabe? quatuor. que? Tenor. sp̃us. tẽpus. numer⁹. Tenor ẽ accẽtus aut grauis aut acutus. aut circũflexus: vt bona. dos. bo acuit̃ na deprimit̃ sine grauat̃. dos circũflectit̃ Sp̃us aũt asper est. vt crux: aut lenis vt lana. Tẽpus est plationis mẽsura. Lõga syllaba habet tẽpora duo: breuis vnũ zc. Numer⁹ est quo syllaba cõstat vt ab vna litera ad sex. vt a ab abs: mõs frons stirps. Aldus vnicũ septẽ lr̃arum affert ex Uitruuio qd̃ est strigls? Que est regula de syllaba ti? Quoties ti p̃ponitur in eadẽ dictione vocali pfertur vt ci: vt gratia tẽtatio doctior. Quot modis hoc verũ non ẽ Tribus. quib⁹. precedente. x aut s. vt mistio: vel mixtio. questio. Differẽtia impediẽte: vt litium a lis. vitium a vitis vt differant a nominatiuis litium vitiũ Et quũ dictio greca fuerit aut hebrea: aut tiara: mãtia Matthias. Quid est dictio zc Dictioni quot accidũt? Duo. Figura z species. Quot modis dictiões cõponũt̃? Quatuor quib⁹. Ex duobus integris: vt suburbanus: egoipse: adamo: suburbane: persepe: adamãs. Ex duobus corruptis: vt efficax ab ex z facio. Idẽ ab is z demũ quasi is iterũ: efficio efficaciter: efficiens Ex integro z corrupto aut syllaba adiectione vt ineptus: egomet: pficio inepte: pficiẽs. Quid est syllabica adiectio? Syllaba cui⁹ significatio in cõpositiõe tantũ deprehẽdit̃. vt in p̃nomine he quatuor. met: te: ce: pte. vt egomet: tute: huiusce: suapte. Tumet nõ dicit̃: sed tute aut tutemet vt differat a verbo. Ne dicas magistermet nescit q: met soli p̃nomini datur. Ex corrupto z integro: vt nugigerul⁹ a nugarum gerulus. isthic ab iste z hic: alludo affabre alludẽs. Aliq̃n ex cõpluribus: vt imperterritus egometipse adobruo: inexpugnabiliter adoperiẽs. Figure quot sunt? Due. Simplex z cõposita. Cur cũ Prisciano nõ ponis decõposita? q: deriuatio rectius dicitur ̃q figura. vt magnanimitas magnanimus. Figura q̃d est? Simplicis a cõposito discretio. Quoto modo cõponitur respublica. Primo: q: ex duobus integris. Municeps scd̃o. quia ex duobus corruptis Da integra. Munera capiens. Ineptus tertio modo cõponitur. zc.

Nomẽ quid est? Pars orõnis cũ casu corpus aut rẽ p̃prie cõmuniter ve significãs? Quid est corpus? q̃quid sentitur: vt lapis: aer. Quid est res. Quicq̃d nullo sensu pcipit̃: vt angel⁹: aĩa: v̾tus. Unde dicit̃ nomen? ab onoma: id ẽ nomẽ: aut a nosco: q: rẽ notificat. Quotuplex ẽ nomẽ? Duplex. adiectiuũ z substãtiuũ. Unde dicitur substãtiuũ? a substo: quia adiectiuo substat. Unde dicit̃ adiectiuũ. ab adijcio: q: substantiuo adijcit̃. Quot modis substãtiuũ declinatur? Duob⁹. quibus. Per vnũ gen⁹: vt hic pater: hec mater hic dñs. hec dña. Per duo gñа: vt hic z hec parẽs. Quot modis adiectiuũ declinat̃ Tribus quibus? Per vnũ finẽ: vt hic z hec z hoc felix. Per duos vt hic z hec fortis z hoc forte? Per tres vt hic acer: hec acris. z hoc acre. bonus bona bonũ zc.

¶ Nomini quot accidũt? Sex. que? qualitas cõparatio. zc. Cur donat⁹ omittit psonã: q: accidẽs datur quũ variat̃. Omne antẽ nomẽ est tertie persone preter vtõs Cur omittit speciẽ. quia per figurã facile intelligitur. Cur omittit declinationem: q: in casu continetur.

¶ Qualitas quid est? Cõmunis a proprio noie distinctio. Jacob⁹ cui⁹ qualitatis? proprie Quomodo p̃prie: quũ sit multorũ nomẽ: vt Jacobiq; pariles. Hoc non est in vnica signifiatione. Sol cuius qualitatis. Appellatiue. Quõ appellatiue quũ sit vni⁹ nomẽ. esset multorũ in vna significatiõe nisi res deessent. Sic de⁹ luna zc. Quot sunt propriorũ nominũ species? Quatuor. que? Prenomẽ: nomẽ: cognomen Agnomẽ. Prenomẽ est quod differentie aut amicitie causa nomini p̃ponit̃ vt Publius. Nomẽ est p̃prie vniuscuiusq;. suũ vt Uerg. Cognomẽ est cognationis nomẽ vt Maro. Agnomẽ est qd̃ ab aliquo euentu imponitur: vt Torquatus. Perottus Sulpitius. Aldus. ceteriq; Itali ferme in suis rudimentis ponunt ex Prisciano

* Nulla syllaba sine vocali.

* Syllabice sũt adiectiões q̃ p se nihil significant. Decõpositaz figurã quare non ponat.

Persona q̃re a Donato omittat

varias nomi species. Eas si qs desideret: e Sulpitio sic habeto. sin nolit: ad alia his omissis pperato. Species est qua cognoscit primitiuũ a deriuatiuo. Species nominũ due sunt: primitiua z deriuatiua. Cõmunes ppriorũ appellatiuorũqz spẽs (vt censet Priscian⁹) he sunt. Corporale qd corpus significat: vt lapis. incorpale qd incorporeuz. Homonymũ qd vna voce diuersa significat: vt nepos. Sinonymũ qd quũ diuersum sit voce: idez significat: vt ensis gladius mucro. appellatiuorũ pprie spẽs sunt decẽ z octo. Adiectiuũ est qd adijcit pprijs vel appellatiuis: z significat laudẽ vel vituperationẽ vel mediũ vel accidẽs vnicuiqz. Ad aliqd nomẽ est qd sine intellectu illius ad qd dr pferri nõ potest. vt pater filius. Quasi ad aliqd est qd quũ significẽt aliqd ɔtrariũ aut adherẽs. tñ nõ etiã illud significat ex quo accipit denominationẽ: vt dies: nox. Gentile qd gentẽ significat. vt grec⁹: italus. Patriũ qd a patria sumit: vt Romanus. Interrogatiuũ qd cum interrogatione profert: vt qualis. Infinitũ qd incertum quidã significat. vt quis. Relatiuũ qd refert aliquis. vt alius Collectiuũ qd in singulari multitudinẽ significat: vt populus. Diuiduũ qd a duobus vel pluribus ad singulos refertur vel ad plures in nũero pari. vt vterqz: bini: terni.. Fictitiũ est qd a pprietate sonorum per imitationẽ fit. vt tintinabulũ. Generale qd in spẽs diuidi põt: vt animal. Speciale quod a genere diuiditur. vt homo. Ordinale qd ordinẽ significat: vt prim⁹. Numerale qd numerũ demõstrat: vt duo Absolutũ qd per se plenũ est: vt ratio. Temporale qd tempus ostendit: vt mensis. Locale qd locũ aut spaciũ indicat: vt longinqu⁹. Species deriuatiuorũ sunt he. patronymicũ/ possessiuũ/ cõparatiuũ/ suplatiuũ/ diminutiuũ/ denominatiuũ/ verbale/ participiale/ z aduerbiale. Ex his qz reliqua suo loco dicemus: nunc hec nosse sit satis. Possessiuũ est quod cum genitiuo principali significat aliquid ex his que possidentur. Diminutiuũ est quod diminutionẽ sui primitiui absolute demõstrat: Denominatiuũ est gñaliter omne qd a primitiuo nomine denominat. Uerbale qd a verbo: vt amator. Participiale qd a participijs: vt amand⁹. Aduerbiale qd ab aduerbijs: vt crastin⁹ zc. ¶ Cõparatio quid est? Rei ad rem collatio. Positiuus quote declinationis? Semp secũde aut tertie. z in feminino prime. vt doctus cta. ctuz. fortis forte. Cõparatiuus quote declinationis? Semp tertie cõis gñis sub or. z neutri sub us: vt hic z hec fortior z hoc fortius. Suplatiu⁹ quote declinationis? Semper scde z prime in mus ma mũ: vt fortissimus ssima. fortissimũ. Cõparatiuus vnde formatur? A gtõ vel dtõ positiui in i adiecta or: vt docti ctior. forti fortior. Suplatiuus vnde format? A ntõ in er: adiecta rimus: vt piger pigerrim⁹. paup pauperrim⁹. aut a positiui gtõ vel dtõ in i adiecta s et simus: vt docti doctissimus. forti fortissimus. ¶ Que faciũt ɔparatiuũ aut suplatiuũ irregulariter? He? Sinister sinisterior sinistim⁹. Bonus melior optim⁹. Malus peior pessim⁹. Magn⁹ maior maxim⁹. Paru⁹ minor minim⁹. Mult⁹ plurim⁹: multa plurima: multũ plus plurimũ. Munific⁹ munificẽtior munificẽtissim⁹ sic honorific⁹/ mirific⁹/ magnific⁹/ z similia a facio. Item maledic⁹: beneuol⁹ zc. Iuuenis iunior sine suplatiuo. Nequã nequior nequissim⁹ Extra exterior extimus. Citra citerior citim⁹. Ultra vlterior vltim⁹. Prope ppior pximus. Dexter dexterior dextim⁹. Maturus maturior maturrim⁹ vel maturissim⁹ Satur rior. turrim⁹ vel saturissim⁹. Uetus terior. terrim⁹. Post rior. strem⁹. Supra perior prem⁹. Intra terior intim⁹. Infra ferior. fimus. Ante terior. sine superlatiuo. vt adolescẽs z senex zc. Facilis cilior. cillimus. Sic eunt agilis/ gracilis/ humilis/ similis/ docilis zc. Hec sm vulgatiorẽ opinionem dicta sunt de quibus acutius in libro quarto grammatice nostre disputamus.

¶ Comparationũ exempla.

¶ Sanctus in masculino gñe. Ntõ hic sctũs ctior. tissim⁹. In feminino gñe. Hec sancta ctior. ma. In neutro gñe. Ntõ hoc sctm̃ ctius. mũ. gtõ hui⁹ sancti ctioris. simi. huius sctẽ ctioris. ctissime. hui⁹ sancti sanctioris ctissimi. Dtõ huic sctõ ctiori. mo. huic sctẽ ctiori. ctissime. huic sctõ ctiori. ctissimo. actõ hunc sanctũ sanctiorem sanctissimũ hanc sanctã sanctiorẽ sanctissimã. hoc sanctũ sanctius sanctissim⁹. Uocatiuo o sancte sanctior sanctissime. o sancta sanctior sanctissima. o sanctum ctius. sanctissimũ. abltõ ab hoc sancto sanctiore vel sanctiori sanctissimo. ab hac sancta sanctiore vel sanctiori sanctissima: ab hoc sancto sanctiore vel sanctiori sanctissimo. Et pluraliter nominatiuo hi sancti. sãctiores sanctissimi: he sancte sanctiores sanctissime hec sancta sanctiora sanctissima. gtõ horum sanctorum sanctiorum sanctissimorũ: harum sanctarum sanctiorum sanctissimarum: horum sanctorum sanctiorum sanctissimorum. Datiuo his sanctis sanctioribus sanctissimis: in omni genere. accusatiuo

*Propriorũ appellatiuorũ ɔmunes spẽs.

*Deriuatorũ spẽs.

*Comparatiui z superlatiui formatio.

*Cõparatiui z superlatiui irregulariter formati.

hos sanctos sanctiores sanctissimos.;has sctās sanctiores sanctissimas.,hec sancta sanctiora sanctissima. Uctūs similis est ntō. ꝛ abltūs dtō. Sic ꝯparabis. Magnꝰ maior maximus ꝛc. in us. Sed multꝰ cōparatiuū in singulari nō habet in masculino et feminino gñe. ❡ Niger in masculino gñe. ntō hic niger nigrior nigerrimꝰ. In feminino gñe Ntō hec nigra nigrior nigerrima. In neutro gñe. ❡ Ntō hoc nigrum nigrius nigerrimū. Gtō huius nigrioris.mi. huius nigre nigrioris nigerrime. huius nigiri nigrioris nigerrimi. dtō huic nigro nigriori nigerrimo. huic nigre nigriori nigerrime: huic nigro nigriori.mo. Actō hūc nigrū orem.mum. hanc nigrā orē mā. hoc nigrū nigrius mū. Uctō o niger nigrior nigerrime: o nigra nigrior ma. o nigrū us.mum. Abltō ab hoc nigro ore. vel nigriori mo. ab hac nigra ore. vel ori. ma. ab hoc nigro ore. vel ori.mo. Et plr ntō hi nigri nigriores rimi. he nigre ores. me: hec nigra ora.ma. Gtō hoꝝ nigroꝝ nigrioꝝ moꝝ. harū nigraꝝ nigrioꝝ marū: horū nigroꝝ nigrioꝝ. moꝝ. Dtō his nigris nigrioribꝰ nigerrimis in oi gñe. Actō hos nigros nigriores mos. has nigras ores.mas. hec nigra ora. ma. Uctūs ē sitis ntō: ꝛ abltūs dtō. Sic eunt pulcher: ater: macer: tener: miser ꝛc. ❡ Dulcis in masculino ge. Ntō hic dulcis dulcior dulcissimꝰ. In feminino. Ntō hec dulcis or. ma. In neutro. Ntō hoc dulce dulciꝰ dulcissimū. Gtō huiꝰ dulcis oris.mi. huiꝰ dulcis oris me. huiꝰ dulcis oris.mi. dtō huic dulci ori.mo. huic dulci ori.me. huic dulci ori.mo. Actō hūc dulcē dulciorē dulcissimū. hāc dulcē dulciorē mā. hoc dulce dulciꝰ dulcissimū. Uctō o dulcis dulcior me. o dulcis dulcior ma. o dulce dulciꝰ simū. Abltō ab hoc dulci ciore. vel dulciori mo. ab hac dulci ciore. vel dulciori sima.;ab hoc dulci dulciore vel dulciori.ssimo. Et plr ntō hi dulces dulciores simi. he dulces ores. me. hec dulcia. dulciora dulcissima. Gtō horū dulciū orū. morū. harū dulciū dulciorum marū: horū dulciū ciorū. morū. Dtō his dulcibꝰ dulcioribꝰ mis. in omni gñe Actō hos dulces ciores.mos. has dulces ores.mas. hec dulcia ciora.ma. Uctūs similis est ntō: ꝛ abltūs dtō. Sic eūt fortis: suauis: mitis ꝛ silia. ❡ Felix in masculino. gñe? Ntō hic felix felicior felicissimꝰ. In feminino gñe. hec felix or.ma. In neutro ge. Ntō hoc felix cius.mū. Gtō huius felicis oris. mi. huius felicis oris.me. huius licis.oris.mi. Dtō huic felici ori.mo. huic felici ori me. huic lici.ori.mo. actō hūc felicem orē.mū. hāc licem.orē.mā. hoc felix cius. mum. Uctō o felix felicior felicissime. o lix.or.ma. o felix cius.mum. abltō ab hoc felice vel lici. liciore vel ori.simo.;ab hac felice vel ci.ore. vel ori.ma. ab hoc felice vel ci.ore.;vel ori.mo. Et plr ntō hi felices ores.mi. hee felices ores .me. hec felicia ora. ma . Gtō horū feliciū orū. morum. harū liciū.orū.marū. horū ciū.orū morū. Dtō his felicibꝰ.oribus.mis. in oi genere actō hos felices ores.mos. has felices ores.mas. hec felicia ora.ma.;vctūs sitis est ntō: ꝛ abltūs dtō. Sic eunt misericors: prudēs: solers audax ꝛc.

Quare Donatus soluz quatuor gña ponit.

❡ Genus quid est? Sexus: discretio: ꝛ masculini a ceteris distinctio Gña noiz quot sūt? Septē. Que. masculinū ꝛc. Cur Donatus solū quatuor ponit?;quia ꝯmune dicitur i cōe duum. quod vulgo cōmune nūcupatur: ꝛ cōe triū quod omne dicitur. ꝛ sub cōe. i. epicenū. Dubium semper masculinū aut femininū aut neutrum est. ꝛ ita Donatus sufficienter genera enumerat.

Propria natura ꝑpriorū qn prodant.

❡ Numerus quid est? Dictionis forma q̄ discretionē quātitatis facere pōt. Noia in plurali Caret. Cur. quia oia propria vt propria sunt: carēt plurali. nisi sint tantum pluralia: vt athene. Cur dicis vt propria sunt. quia propria pro multis eiusdē nois propriorū naturam perdunt: vt Jacobi Scipiones ꝛc.

❡ Casus quid est? Declinationis gradus. Et sūt sex ntūs qui ꝛ rectus genitiuus qui ꝛ patrius ꝛ possessiuus. Dtūs qui ꝛ cōmendatiuus . Actūs qui ꝛ causatiuꝰ. Uocatiuus qui ꝛ salutatorius. abltūs qui ꝛ cōparatiuus ꝛ latinus dicitur. Quot sūt recti? Duo. Ntūs ꝛ Uctūs. Quot obliqui? Quatuor. Gtūs. Dtūs Actūs Ablatiuus ❡ Declinatio quid est? Dictionis per casus in fine variatio. Unꝰ quote declinationis? Nullius in nomine. Cur. quia habet secundā declinationē ꝑnominis: vt vnꝰ vna vnum: vnius vni. Quot sunt talia Nomez. quei. Unus/ vllus/ vter/ nullꝰ/ solꝰ alter/ totus/ alius/ ꝛ quis. Quot istorum habent vocatiuū? Tria. que. totus/ solus et vnus. Declina magister per regulas Donati. Nō dicimꝰ: quia declinationum regulas ex alio libro perfectius Christo fauente dicemus.

Uñ dicitur pronomen.

Pronomen quid est. Pars orationis que pro nomine posita tantundez: pene significat personāq; interdum recipit. Unde dicitur pronomen. a pro et nomen quia pro nomine ponitur ne nominis iteratio fastidium pariat. Quot sunt.

pronomina? Quindecim.que? Ego/tu/sui/ille/ipse/iste/hic/is/meus/tuus/suus/nr̄ vester/nr̄as/vr̄as. Cur omittis quis/talis/qualis/a Donato inter p̄noia nūerata? Quia quis/talis/qualis/teste Priscia. noia sunt nō p̄noia: licet cū multis aliter doceat Donatus. Cur ita? Quia propriū est p̄nominis certā significare personā licet Donatus dicat: personāq̧ interdū recipit: ꝛ loco proprij nominis poni. hoc istis non cōuenit: ergo nomina sunt nō pronomina. Ideo etiā qualitas omittitur: quia nulla pronomina sunt infinita. Ergo in p̄nomine nō est genus cōe duū qḋ Donatus posuerat propter talis: qualis. Nam nr̄as/vr̄as/omnis gn̄is sunt: qꝛ legimus nostratia verba ꝛc. Quot p̄noia habēt vctōs? Quatuor. que? Tu/meus/noster/nr̄as Quotuplex est p̄nomen? Quintuplex. quomodo? Demonstratiuū/relatiuū/possessiuū/gentile/ꝛ reciprocū. Meus quale p̄nomen? possessiuū. quare? Quia per ip̄m possideri aliquid significamus. Quot sunt p̄noia possessiua? Quinq̧. que? Meus/tuus/suus/noster/vester. Quod est nomen his simile? Cuius cuia cuiuz. vt cuia est pena. Nostras quale p̄nomen? Gentile ꝛ patriū. quare? Quia per ipsuz gentē patriā q̧ indicamus: vt nostras. id est nostre gentis vel patrie. Quot sunt p̄noia gentilia? Duo. que? Nostras ꝛ vestras. Quod est nomen his simile? Cuias: vt cuias es? Romanus ꝛc. Sui quale p̄nomen? Reciprocū. quare? Quia sui significationē in se reflectit vt inuidus sibi nocet: se ledit. Quot sunt p̄noia reciproca? Duo que? Sui ꝛ suus

¶ Declina nostras. Nominatiuo hic ꝛ hec ꝛ hoc nostras. genitiuo huius nostratis datiuo huic nostrati. accusatiuo hunc ꝛ hanc nostratem et hoc nostras. vocatiuo o nostras. abltō ab hoc ab hac ab hoc nostrate vel nostrati. Et pluraliter nominatiuo hi ꝛ he nostrates ꝛ hec nostratia. Genitiuo horum ꝛ harum ꝛ horum nostratiū. Datiuo his nostratibus. Accusatiuo hos ꝛ has nostrates ꝛ hec nostratia. Uocatiuo o nostrates ꝛ o nostratia. Abltō ab his nostratibus. Eodez modo declinatur vestras Cur nostras ꝛ vestras preter morez pronominū sumunt in declinatione articulos quia habēt tertiā declinationē nominū. Cur meus/tuus/suus/noster/vester/nō sumūt articulos: quū habeāt secundā declinationē nominū? Quia adiectiua sunt Jam doctissimi asserunt adiectiua secūde carere articulis: vt bonus/bona/bonuz.

¶ Declina Idem. Nominatiuo idem eadem idem. Genitiuo eiusdē. Datiuo eidez Accusatiuo eundē eandē idem. Abltō ab eodē eadem eodem. Et pluraliter ijdem: vel eidem eedem eadem. Genitiuo eorundē earundem eorundem. Datiuo eisdem vel ijsdem. Accusatiuo eosdem easdem eadem. Ablatiuo ab eisdem vel ijsdem.

Verbum quid est? Pars orationis cū tempore ꝛ persona sine casu aut agere aliquid: aut pati: aut neutrum significās. Unde dicitur verbum? A verbero: quia aerem verberat quum profertur. Amandi que pars orationis? Uerbum. Amandi significat cum casu: quomodo est verbum? Cum casu quidem significat: sed absq̧ genere masculino: feminino: aut neutro: iam intellige sine casu cui genus accidit. Amandi cuius temporis ꝛ quote persone? Ex declaratione noscitur: vt amandi te gratia venio: id est vt amem. hic presentis temporis est prime persone. Et ita respondetur: de omni gerundio ꝛ supino. Quid est gerundium? Uerbum in di do dum: significationē eius a quo descendit gerens vt legendi. do. dum. Quid est supinum? Coniugationis finis in um vel in u desinens vt lectum lectu. ¶ Oportet quale verbum? Impersonale actiue vocis et coniugatˀ sic. Indicatiuo modo tempore presenti. Oportet. Preterito imperfecto. Oportebat. Preterito perfec. Oportuit. Prete. plusq̄ perfec. Oportuerat. Futuro. Oportebit. Imperatiuo modo tempore presenti. Oporteat. Optatiuo vtinā. Oporteret: oportuisset: oporteat. Coniunctiuo cuz Oporteat: oporterit: oportuerit: oportuisset: oportuerit. Infinitiuo. Oportere: oportuisse. Futuro caret. Sic eunt penitet: decet: ꝛ plura.

¶ Da impersonalia actiue vocis? Refert/Interest/Est: que tria quemuis gtm̄ capiunt preter primitiuos mei/tui/sui/nostri/vestri/nr̄m/vr̄m. Pro quibus interest et refert capiūt abltōs mea/tua/sua/nr̄a/vr̄a. Et est ntōs meū/tuū/suū/nr̄m/vr̄m vt magistri interest diligenter docere. discipuli refert strenue discere: nō tua interest me carpere si quid peccem: meum est te castigare: non tuum est hoc scire.

Accidit/euenit/et contingit fitq̧ placetq̧.
Et libet/atq̧ licet/liquet/expedit/adde docetq̧/
Succedit/constat/prestat/restatq̧/vacatq̧/
Sufficit/et conducit/auenit verbum atq̧ datiuum.
Ut libet mihi abire: prestat mihi agere q̄ iniuste ditari.

* Genus cōe duum nō est in p̄nomine.

* Amādi verbū est ꝛ significat cum casu.

* Actiue vocis impersonalia.

Penitet ꝛ tedet miseretqꝫ pigetqꝫ pudetqꝫ.
Quartos cum patrijs infinitum ve requirunt.
Ut penitet me peccati: aut penitet me peccasse.
Quartum vult decet atqꝫ iuuat declarat oportet.
Ut me delectat studere. non decet te irasci. Omnia dicta fere interdum personalia sunt vt domum tuam decet sanctitudo ꝛc.

¶ Impersonaliũ passiue vocis ꝯiugatio liquet ex Donato. vt amatur: docetur ꝛc.

¶ Uerbo quot accidunt? septem. qualitas: coniugatio ꝛc. aut octo: si pro qualitate modum formamqꝫ ponas.

*Marti. quod cuperes pēnas nūc habuisse tuas.

¶ Modus quid ē. Diuersa inclinatio animi, varios ei⁹ affect⁹ indicās. Modi quot sunt? quinqꝫ. qui. Indicatiuus ꝛc. quare omittis modū impersonalē quē ponit Donatus? quia quū verbum impsonale modos habeat vt personale: iure ab alijs inter modos non locatur. Imperatiuus etiam deprecatiuus dicitur: qꝛ per ip̄m aliquid precamur. vt miserere mei deus. que sunt optatiui note. vtinā o si: vt: q̄: ꝛ si qua sūt aduerbia optandi alia: da exēplum de vt. Ouidius de diana. Oraqꝫ retro flerit ꝛ vt vellet, prōptas habuisse sagittas. da exemplū de q̄. Nero apud Suetonium: q̄ vellem nescire literas. Da optatiui exemplū sine nota. Alphis. Ouidiana. Uellem nulla forem. Coniunctiuus vocatur etiā subiūctiuus quia ipsi alterū verbum subiungitur. que sunt note coniunctiui? Si: dum: quum: quin: vt: nisi ꝛc.

¶ Forma quid est? Uerbi species. Lectito vnde formatur. patebit ex alio libro.

¶ Cōiugatio q̄d est? Uerbi declinatio. Cōiugatiōes v̄boꝝ quot sunt: quatuor. Cur ergo donatus solū ponit tres. Tertia donati cedit in tertiā breuē, ꝛ tertiam longā quā quartā dicim⁹. Prima q̄ est. Nō dicimus: qꝛ breuius ꝛ facilius per a ante re ꝛc. cognoscim⁹. licet donat⁹ recte doceat. Sum cui⁹ cōiugationis aut gñis? Nullius quare qꝛ est penit⁹ anomalū nec in o nec in or desinēs. Cur est anomalū: qꝛ irregulariter, coniugat. vt edo es est: fero: volo: q̄ tria sunt tertie cōiugationis: qꝛ dicimus edunt: ferunt: volunt ꝛ legunt. Sum autem est penitus irregulare.

¶ Quotuplex est preteritū. Triplex. Imperfectū. quod rem inceptā fuisse nōdum perfectam significat: vt legebam. Perfectū: q̄d rem perfecte actam significat. vt legi. Plusq̄ perfectum q̄d rem diutule preterijsse significat. vt legerem.

¶ Amabā vnde formaẗ. ab amas secūda psona p̄ntis indicatiui dēpta s ꝛ addita bam aut bar: vt amabā amabar. a doces docebā docebar. Sed in tertia et quarta etiam mutatur i in e. vt legis. lege: legebā: legebar: audiebam: audiebar.
Amaui vnde formaẗ. In preterito pfecto nō est formationis generalis regula.

¶ Amaueram vnde formatur. A preterito perfecto amaui: versa i in e. fit amaue ꝛ addita ram fit amauerā rim amauerim ro amauero. Amaui addita s. ꝛ sem fit amauissem ꝛ se fit amauisse. ¶ Quot tempora fiunt a preterito pfecto indicatiui. quinqꝫ ƀm terminationem. que ram. ssem. rim sse da versus.

*Tp̄a q̄ fiunt a p̄terito pfecto indicatiui.

Preteritum verbi de se dat tempora quedam.
Ram: sem: rim: ro: se: formabit cetera presens.

¶ In passiua voce hec tp̄a sumūtur ex pticipio ꝛ v̄bo sum: vt lect⁹ erā vel fuerā ꝛc.

¶ Amauerim potest ne esse optatiui modi. Potest certe: qꝛ diomedes p̄teritu perfectum optatiui in rim ponit: vt vtinā amauerim. ꝛ id verum esse autoritate ostendit Priscian⁹. Uirg. libr. vj. hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. i. vtinā fuerit Luca. libr. j. Conditor artis finxerit ista. Tages. i. vtinā tages vir ille finxerit ista.

¶ Amabo vñ formaẗ: a scd̄a persona p̄ntis indicatiui singl'aris abiecta s. ꝛ addita bo: in passiuo bor, vt amas bo. bor. doces cebo bor ꝛc. in p̄ma ꝛ scd̄a coniugatione. Legam vnde formatur. a prima positione verbi v̄sa o in am et in passiuo in ar. vt a lego legam legar. ab audio audiam audiar. Sic cetera in tertia ꝛ quarta coniugationibus: preter ibo: quibo: ꝛ antique audibo scibo ꝛc.

¶ Ama vnde formatur. a scd̄a psona presentis indicatiui abiecta s. vt amas ama. doces doce. audis audi ꝛc. in prima scd̄a ꝛ quarta. In tertia mutatur i in e. vt legis lege. In passiuo additur re: vt amare legere ꝛc.

¶ Unde formaẗ tertia persona p̄ntis imperatiui. a prima positione versa o in et vel ent in prima coniugatione. In alijs versa o in at vel ent. vt amo amet ament. doceo doceat doceāt ꝛc. In passiuo adijciẗ ur. vt ameẗ Prima psona pluralis impatiui presentis ꝛ futuri fit ex tertia psona presentis abiecta t ꝛ addita mus: vt amet amemus. In passiuo mus in mur vertitur, vt amemur ꝛc.

¶Amate vnde formatur. A tertia persona presentis indicatiui amat adiecta e: sic a docet docete: a legit legite: ab audit audite. In passiuo pro te dz mini: vt amamini
¶Amato vnde formatur. A tertia persona amat addita o ꝛ in passiuo or: vt amato amator. Ita a docet doceto docetor: a legit legito legitor: ab audit audito auditor.
¶Amatote vnde formatur. Ab amato addita te. ita doceto docetote ꝛc. In passiuo tote vertitur in minor: vt amaminor.
¶Amanto vnde formatur. Ab amant addita o: et in passiuo or vt amantor. Sic a docent docento ꝛc. Amantote fit ab amanto addita te syllaba.
¶Amarē vnde formatur. A scḋa psona indicatiui amas ablata s: ꝛ addita rem: aut in passiuo rer. Sic a doces docerē docerer. ab audit audirē audirer. sed in tertia i vertitur in e vt legis legerē. Hec vox est in pn̄ti optatiui ꝛ in ptō impfecto cōiunctiui.
¶Amem vnde formať. Ab amo: verso o in em: ꝛ in passiuo in er. vt amer in futuro optatiui ꝛ pn̄ti ꝯiūctiui prime ꝯiugationis. In alijs o vertiť in am ꝛ ar: vt legā gar.
¶Amare vnde formatur. A secunda persona presentis indicatiui abiecta s ꝛ addita re: vt ab ama: amare. Sic a doces docere. ab audis audire. In tertia vertitur i in e: vt a legis legere. In passiuo re vertitur in ri: vt amari. Nisi in tertia vbi adiecta re vertitur e in i: vt a legere legi ꝛc.

Aduerbium quid est? Pars orationis que adiecta verbo significationem eius explanat atq; implet. Aliquando etiam mutat aut minuit: vt fortiter fecit: non ibo parum comest. ¶Unde dicitur aduerbium? Ab ad .i. iuxta ꝛ verbum q: iuxta verbum ponitur: vt declaret eius significationem. Unde deriuantur aduerbia? A nomine: vt docte fortiter. Sed audacter potius ꝙ audaciter dicitur: ꝛ difficulter: nō difficiliter: facile non faciliter. Ab adiectiuis secunde fiunt aduerbia in e. vt a pulcher pulchre. Ab adiectiuis tertie in ter. vt a comis comiter. hec sepe obseruantur: non semper. A nomine substantiuo vt vicatim hostiatim oppidatim viritim .i. de viro ad virum ꝛc. A pronomine. vt huc a verbo: vt sensim a sentio. Tractim a traho. a nomine ꝛ verbo. vt pedetentim a pes ꝛ tento a prepositione: vt intro ꝛc. Ponuntur item nomina pro aduerbijs: vt sole recens orto .i. recenter toruum intonat: pro torue ꝛc.

* Aduerbia vn̄ deriuentur.

¶Quot sunt interrogatiua locorum? Sex precipua. que? Quo: id est ad quem locū Qua: id est per quem locum. Ubi: id est in quo loco. Unde: id est de quo loco. Quorsum: id est quem locum versus. Quousq;: id est ꝙ longe vsq; ad quem locum.
¶Que aduerbia respondentur ad quo? Huc/illuc/istuc/eo/aliquo/alio/foras/intro/vsq;/nusq;/siquo/nequo ꝛc.
¶Que respondentur ad qua? Hac/illac/istac/ea/alia/siqua/nequa ꝛc.
¶Que respondentur ad vbi? Hic/illic/istic/ibi/ibidem/alicubi/alibi/vel aliubi/intus: foris: passim: vsq;: nusq;: vbiq;: sicubi ꝛc.
¶Que respondentur ad vnde? Hinc: illinc: istinc: alicunde: intus. foris: necunde: sicunde: superne: inferne ꝛc.
¶Que respondentur ad quorsum? Horsum: illorsum: istorsum: antorsū: retrorsū: dextrorsum: sinistrorsum: leuorsum: sursum: deorsum ꝛc.
¶Que respondentur ad quousq;? Hucusq;: illucusq; ꝛc.

Participiū quid est? Pars orationis partē capiens nominis partē q; verbi. Unde diciť participiū? A partē capiēdo. ¶Quot sunt tempora in participio? Tria. q̄? Presens: ptm̄: ꝛ futurū. Ans ꝛ ens sunt presentis ꝛ preteriti imperfecti tpis. Tus: sus: xus: ꝛ uus. preteriti perfecti ꝛ plusq; perfecti tpis. Dus: ꝛ rus: futuri tpis. ¶Presens vnde formať A preterito imperfecto indicatiui versa bam vel bar in ns. vt amabā amans. letabar letans. legebā legens ꝛc. Excipiunť iens: quiēs: ab ibam: ꝛ quibā
¶Preteritum vnde formatur? A supino in u addita s. vt a lectu lectus.
¶Futurū vnde formatur? In rus fit a supino in u addita rus. vt a lectu lecturus. In dus fit a genitiuo presentis versatis in dus: vt amans amantis fit amandus.
¶Quomodo declarať participiū in vernacula lingua? Presens sic. amans aymāt ininnende. Preteritum sic amatus ayme: ghemint. Futurum in rus sic amaturus qui aymera. die sal minnen: per relatiuum scilicet qui que quod ꝛ verbuz eiusdem temporis. In dus sic amandus qui sera ayme: die sal ghemint zijnt ꝛc.
¶Quot sunt terminationes pticipiorū? Octo. que? ans: ens: tus: sus: xus: uus: rus dus: Quot modis participiū fit nomen? Quatuor. Quibus? Mutatione regiminis

* Participium. quatuor modis fit nomen.

vt amans vini. Neq enim dicitur amo vini sed vinū. Comparatione: vt amans quum facit amantior comparatiuum. Compositione: vbi non ita componitur verbum vt innocēs indoctus. Neq enim innoceo aut indoceo dicitur. Amissiōe tēporis vt amandus pro dignus amari ꝛc.

*Coniunctiones enclitice.

Coniunctio quid est? Pars orationis annectens ordinansq sententiā. Unde dr cōiunctio? a cōiungēdo: qꝛ ceteras partes in oratione cōiungit Que qualis cōiunctio? Encletica siue inclinatiua Quare? Quia precedente in syllabam extollens ipsa inclinatur.

¶ Quot sunt coniūctiones enclitice? Tres. que? q ve/ne/vt dixitq cōmuniter ve: sentisne.

*Prepositio duob⁹ modis in oratiōe locatur.

Prepositio quid est? Pars orationis ꝛc. Unde dicitur prepositio? a ꝑponendo: quia preponitur ceteris partibus in oratione.

¶ Prepositio quot modis in oratione locatur? Duobus. Quibus? per cōpositionē qn est pars dictionis cōposite figure: vt adamo per appositionem quando non est pars orationis cōposite figure: vt ad partem.

¶ Da prepositiones accusatiui casus? Ad apud ꝛc.

Quomodo dicimus eñ. Ad patrem/apud villam/ante edes/aduersum vel aduersus inimicos. Cis rhenum: citra forū: circiter annos: circū vicinos: circa templū. Contra hostes. Erga propinquos: extra terminos: inter naues.
Intra moenia: infra tectum: iuxta macellum.
Ob augurium: per partem. Penes arbitros.
Pone tribunal post tergum. Preter officium: prope fenestram.
Propter disciplinam. Secundum fores. Secus viam. Supra celum
Trans ripam: vltra fines: vsq oceanum: vticam versus.

¶ Da prepositiones ablatiui casus? A/ab/as ꝛc.

Quomodo: dicimus enim. A domo: ab homine: abs quolibet.
Cum exercitum: coram testibus: clam custodibus. De foro: e iure: ex prefectura.
Pro clientibus: pre timore: palam omnibus. Sine labore. Absq iniuria.
Tenus pube: quod nos dicimus pubetenus: proculdubio: procul vrbe.

¶ Da prepositiones vtriusq casus? In/sub/super/ ꝛ subter.

*Uirgili⁹ Arma sub aduerso posuit radientia quercu.

¶ Quando accusatiuo casui seruiunt? Dum motū ad locū significamus: vt eo in templum: curro sub antrum: cado super aquas. Ingredior subter lodicem.

*Uirgili⁹ Multa super priamo rogitansque Hectore multa.

¶ Quando ablatiuo seruiunt? Dum quietem aut in loco motum significamus: vt sum in cubiculo: iaceo sub sponda. Sedeo sup viridi fronde: dormio subter lodice. In pro erga ꝛ cōtra: accusatiuum solum habet: vt pro circiter: aut pauloante: velut i Crudelis in hostem: pius in patrem: sub noctem dixere vale. Super ꝓ de ablatiuo gaudet: vt super hac re plura tibi alias. Clam vtriusq fuit casus vt ꝑcul. Sed finem facio: quia in Syntaxi plene docebimini.

Interiectio quid est? Pars orationis significans mentis affectum voce incognita. Unde dicitur interiectio? ab interiicio: i. interponor. Nam aliis partibus orationis interiicitur: seriem orationis rumpens.

¶ Significationes interiectionū quot sunt? Pene innūere: vt gaudētis dolētis ꝛc. Da gaudētis: vt euax/oh/o. Da dolētis: vt eu/hei/o/ah. Da admirantis: vt pape/vah/o. Da expauescentis: vt at at/hei/ah. Da deridētis vt aha/ehe/ahu/phi. Da satiati: vt ohe. Da exclamantis: vt pro/o/ah. Da irascentis: vt nefas/malum infandū pronefas o. Da laudantis: vt euge. Da vitantis: vt apage. Da ridentis: vt ha/ha/he. Da deprehendentis: vt atat. Da silentis: vt aust. Da minantis: vt veh. Eadem interiectio sepe est diuersarum significationum.

Nota quō fiunt interiectiones.

¶ Quomodo malum/nefas infandū/que nomia sunt: fiunt interiectiones? Nam quicquid animus interiicit quo detracto contextus manet integer. fit interiectio. Uirgilius in .j. eneid. Nauibus (infandum) amissis vnius ob iram Prodimur. Ordo enim erat. Nos prodimur amissis nauibus ob iram vnius Junonis: sed cū exclamatione interiicit: infandum: quasi dicat: pro scelus indignum.

¶ Questiuncularum Despauterii de octo orationis partibus cum latinitatis regulis finis.

¶ Deo gratias.

¶ Eiusdem Despauterij de penitentia: questiuncule puerulis non inutiles.

*Penitētie effect⁹: necessaria recte penitenti.

Penitentia quid est? Peccati commissi cum intima cordis contritione ⁊ firmo amplius nō peccandi proposito emendatio. Quid est penitentie effectus? Penitentia angelos letificat: impios iustificat/amissa bona rēuocat: ⁊ ad vitam eternam inuitat. Quot sunt recte penitenti necessaria? Quinqȝ. Que? Uenie spes/ Cordis contritio/Culpe cōfessio/Eorū que sacerdos fieri iussit completio/Peccati fuga. Quomodo peccatum vitatur? Peccandi occasionē cauēdo: vt pote voluptatem/ludos/spectacula/ prauum sodalem: ⁊ id genus reliqua. Cui nihil dimittitur? Qui neqȝ dimittit alijs: neqȝ ablata pro viribus restituit. Qui id probas? Nam in dominica oratione dicitur. Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. Et diuus Augustinus ait. Non dimittitur peccatum: nisi restituatur ablatum. Ergo quibuscunqȝ malefecimus verbo vel opere pro parte virili satisfaciamus ⁊ quicquid odij in quēuis cōcepimus/eradicemus: vt cōfessio nostra sit deo accepta. Quid est confessio? Confessio est coram sacerdote idoneo vel in extrema necessitate/ coram quouis peccatorum declaratio. Qualem decet esse confessionem? Ueram/de proprijs peccatis/integram/citam frequenterqȝ firmā/modestam/ volūtariam/apertam cum mora vt plane intelligatur: cūqȝ sufficienti contritione: ita vt hominē talia fecit multū peniteat: cū firmo amplius non peccandi: ⁊ deinceps penitentiam agendi proposito.

*Confessio qualis eē debeat:

Quid confiteri volenti agendum est? Ante omnia secū in cubiculo: aut cellula vel alio secessu sepe ⁊ multū secū cogitet: vbi/quomodo/qn̄/cum quibus/quoties: ⁊ ꝙ enormiter peccauerit: an locutione/an cōsensu/an voluntate an opere. Quid boni omiserit: quod factum oportuit. Nec satis putet si mentitum fuisse fateatur: sed qua in re: quid mali attulerit mendaciū explicet: nec solū dicat peccaui in gula: sed addat quantū. an ebrius fuerit: an vomuerit ⁊c. Idqȝ vbi ⁊ quoties ⁊c. Ubi antē quis secū oīa diligenter discusserit: ⁊ pēsiculauerit: tum demum cum magna reuerentia: nō tanꝙ fabulā recitaturus adeat sacerdotē: ⁊ facto signo sancte crucis: dicat/Bn̄dicite. Deinde post pauca verba sacerdotis ita pergat. Confiteor deo celi: ⁊ beate Marie virgini: ⁊ oībus sanctis dei. ⁊ tibi pater: quia ab hora qua peccare potui in presentē diem peccaui nimis cogitatione: locutione: ⁊ opere Mea culpa/mea culpa/mea maxima culpa. Hic incipiat dicere quomodo peccauerit. Primū cogitatione: deinde locutione: postremo opere ⁊ omissione. Opere in pctīs mortalibus: in peccatis cōtra spiritū sanctū ⁊c. Omissione in mandatis: operibus misericordie ⁊c. Que omnia paucis mox apertam. Ubi autē quecūqȝ nouerit confitens sacerdoti diligenter addet. Quocūqȝ modo: ego miserrimus peccator: in omnibus peccauerim dico meā culpā: ⁊ rogo a deo veniam: ⁊ precor beatissimam virginem Mariam cum omnibus sanctis: ⁊ te pater: vt oretis pro me dn̄m Jesum christū: peccatorū meoꝝ veniā: si plura occurrerēt: libēter cōfiterer. A te autem pater mi suppliciter peto vt a peccatis me absoluas: ⁊ sacro sancte ecclesie me restituas.

*Petm̄. Delictum Pctā mortalia.

¶ Quid est peccatū? Precepti diuini inobedientia. Quid est delictū Est boni quod fieri oportuit omissio. Sed differentia peccati ⁊ delicti plerūqȝ confunditur. Quotuplex est peccatū? Triplex. quomodo. Originale a protoplasto: qđ baptisma te deletur. Ueniale quod venia non caret etiā sine confessione. Et mortale qđ sine confessione ⁊ penitētia ad eternā mortem ducit. Quot sunt pctā mortalia? Septē. que. Supbia/Ira/Inuidia/Gula/Luxuria/Acidia/⁊ Auaritia. Que sunt pctā in spiritū sanctū? Pertinax/agnite veritatis impugnatio: q: deus misericors est peccatis/Uenie a deo impetrāde desperatio/In malis obstinatio/ Proximi virtutis odiū ⁊ inuidētia/Penitētie contēptus. Que sunt pctā aliena: ad mala patranda? iussio/irritatio/cōsensus/consiliū/laudatio/permissio/confugiū/⁊ participatio. Que sunt pctā coram deo vindictā poscentia aut clamantia? Homicidiū/Peccatū sodomiticum vel cōtra naturam/Pauperum oppressio/Mercedis detentio. Que sunt circunstantie peccata aggrauantes? Ordo/locus/scientia/tempus/etas/cōditio/numerus/mora/copia/causa/modus/dignitas/pusilla resistentia.

*Pctā in spm̄ sctm̄. Pctā coraz deo vindictā poscentia.

*Circunstantie aggrauātes peccata.

¶Quot sunt fidei articuli? Duodecim. Qui? In apostolorum simbolo hunc in modum qui sic locantur.
¶Petrus. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre.
¶Andreas. Et in Jesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum.
¶Jacobus maior. Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex Maria virgine.
¶Joannes. Passus sub pontio pilato: crucifixus mortuus et sepultus.
¶Thomas. Descendit ad inferna tertia die resurrexit a mortuis.
¶Jacobus minor. Ascendit ad celos: sedet ad dexteram dei patris omnipotentis
¶Philippus. Inde venturus est iudicare viuos et mortuos.
¶Bartholomeus. Credo in spiritum sanctum.
¶Mattheus. Sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum communionem.
¶Simon. Remissionem peccatorum.
¶Judas Thadeus. Carnis resurrectionem.
¶Matthias. Uitam eternam. Amen.

*Ecclesie precepta. ¶Quot sunt ecclesie precepta? Quinque. Que? Festis audire sacrificiũ quã Missam vocant. Semel vt minimũ vno quoque anno confiteri. Sacram eucharistiam reuerenter paschate sumere. Festa publica celebrare. Jeiunia quatuor temporum cum vigilijs et quadragesima diligenter obseruare.

Sacramẽta quot sũt ¶Quot sunt sacramenta? Septem. Que? Coniugium. Sacerdotium. Baptismus. Confirmatio. Sacrosancta Eucharistia. Confessio. postrema vnctio.

¶Quot sunt dona spiritus sancti? Septem. Que? Sapientia/scientia/intellectus consiliũ/fortitudo/pietas/timor domini. ¶Quot sunt opera misericordie spũalia? Septem. Que? peccantẽ corrigere. dubitanti recte consulere. ignorantẽ docere. mestũ cõsolari. iniurias ferre. delinquenti ignoscere. pro salute proximi orare. ¶Quot sunt corporalia misericordie opera? Septem. Que? Aegrotos visitare: egrum necessarijs donare: captiuum redimere: nudum vestire: peregrinũ hospitari: mortuũ sepelire. et vt summatim dicam cunctis miserijs subuenire pro viribus et compati.
¶Quot sunt beatitudines? Octo. Que? Continentur pulchre in his dei nostri Jesu Christi verbis mellitissimis.
¶Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum.
¶Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.
¶Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.
¶Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.
¶Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.
¶Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt.
¶Beati pacifici: quoniam ipsi filij dei vocabuntur.
¶Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iusticiã: qm̃ ipsorum est regnũ celorum.
¶Quot sunt virtutes cardinales? Quatuor. Que? Justitia. Prudẽtia. Temperãtia. Fortitudo. ¶Quot sunt virtutes theologice? Tres. Que? Fides. Spes. Charitas.
¶Quot sunt sensus? Quinque. Qui? Uisus. Auditus. Olfactus. Gustus. Tactus.
¶Quot sunt antique legis precepta? Decem. Que? his Aldi versibus que declarantur elegantissime.

id est ex toto corde. id est honora.
Mente deum tota venerare: et semper adora.

¶Precepta decalogi sunt decem: que habentur in exodo. capite vicesimo. Primum preceptum est: Non habebis deos alienos coram me.

id est sine optima causa sup. per. id est maiestatem. id est diuorum dei. s. et sanctorum
Non iures frustra sanctissima numina diuum.

* Dies sabbati est omnis festus dies quem ecclesia sancta publice celebrari precipit.

¶Secundum preceptum. Non assumes nomen domini tui in vanum. Nec enim habebit in sontem dominus: qui assumpserit nomen domini sui frustra.

id est preterea. id est aliquid. id est operari.
Hinc caueas festis quicquam exercere diebus.

id est prohibitum. sup. tu. id est multum honora patrem et matrem.
Quod vetitum est: magno pius affice honore parentes.

¶Tertium preceptũ est. Memento vt diem sabbati sanctifices. id est omnem diem festum: quem publice celebrari sancta ecclesia precipit. ¶Quartum preceptum est Honora patrem tuum et matrem tuam: vt sis longeuus super terram.

id est: ne interficias. id est falsus.
Non occide hominem. Nunq̄ furare. malignus.
id est et. sup. tu. s.caue.
Esse caue testis. Necnon bonus: effuge lectum.
id est violare sup hominis. id est nuptias. id est maculare maritales.
Concutere alterius. Tedas fedare iugales.
id est non solum. per legem.
Non modo ne turpis sis: lege iuberis adulter:
Sed ne nupta quidem alterius tibi mente petatur.
id est vt. id est cupiuisse.
Cuncta aliena (bonus quo sis) cupijsse caueto.

¶Quintum preceptum.. Non occides. ¶Sextum. Non mechaberis. ¶Septimū. Non furtum facies. ¶Octauū. Non loqueris contra proximū falsum testimoniū. ¶Nonum. Non concupisces domum proximi tui. ¶Decimum. Nec desiderabis vxorem eius. Non Seruum. Non Ancillam. Non Bouem. Non Asinum. Nec omnia que illius sunt. Teda est fax. sponse cuz tedis nubentes ad maritum nocte ducebantur vnde vir ducere vxorem dicitur: et tedas pro nuptijs capimus.

Hec quicunq̄ decem summi precepta tonantis.
id est Christianus. id est seruauerit. id est molestijs absolutus.
Christicola vt debet seruarit: carcere liber.
id est ad regnum celorum. id est illico ascendet.
Corporis ad celi felicia tecta volabit.
id est hilaris. id est perpetue qui carebit. idest fruetur gaudio.
Letus et eternum cariturus morte quiescet.

¶Quisquis Christianus dominum deum suum ex toto corde suo: ꝛ ex tota anima sua diligens hec decem omnipotentis dei mandata seruauerit: ex hac lachrymarū valle ad vitam ducetur eternam: quam nobis donare dignetur mitissimus dominus deus noster Jesus Christus. Amen.

τελοσ.

¶Impresse sunt he questiones Lugduni. Anno Christi. M.D.xxx. vltima Januarij.

Orthographia Ioan. Despau.

Orthographie p̄cepta

Ioānis Despauterij Niniuite ex varijs authoribus collecta.

¶ Adnotamentis que prioribus nuperrime accesserunt hanc notam * prepositam inuenies.



AVDACES· FORTVNA·IWAT·TIMIDOSQꝫ REPELLIT

¶ Joannes Despauterius Niniuita. Barptolomeo Nicolao bybliographo. S.

Non possum tibi non gratulari Barptolomee Nicolae quando & literatos abs te vehementer amari intelligam cui rei cum multa: tum hoc potissimum est argumento: quod vbi de orthographia opus nos edidisse rumore acceperas: huc ilico aduolitasti rogitans instanter orthographie isagogen istuc scriberem. quod diutule quamuis non parum occupatus distulerim tue tandem petitioni iudicaui succurrendum quandoquidem perhonesta est: et multis (ni fallor) tyrunculis profutura. Verum pro materia breuis sim rem nunc ordiar.

¶ Tabula alphabetica.

¶ In orthographie precepta Joannis Despauterij Niniuite index alphabeticus. Incipit.

¶ Finis tabule.

Orthographia est recte scribendi peritia. nā orthos cū th aspirato rectus est: et graphe scriptura. Unde et a byblon .i. liber cum y greco in prima. bybliographus librorū scriptor. Omnis autem scriptura literas. syllabasqʒ cōsiderat. Ideo quid litera / quid syllaba sit videam⁹. Litera est elemēti nota et scripture pars minima: vt a b. Elemētū est minima pars vocis composite: vt a prelatum. Itaqʒ litera figuratur. Elementum profertur. Ideo autem hoc nomen litere pnunciatio accepit vt eñ e terra aqua aere et igni que vocata sunt elemēta corpora fiūt: ita ex illis syllabe dictionesqʒ cōstant. Sunt autē litere viginti et due a b c ⁊c. Elemēta vero proprie sunt infinita: docente etiā Prisciano. h vero litera nō est: sed aspiratiōis nota anthore Prisciano: quāuis aliter diomedes docuerit. Differētias inter literas et elementa nonnunqʒ confunduntur. Syllaba est vnica literarum cōplexio: vt bar: pto. Uocales improprie syllabe dicuntur: vt a in amo sed nunc de his specialibus est dicendū: et prius de literis.

Orthographia.

Litera

Elementū

* Litere quare vocentur elementa.

Literarum diuisio.

Literarum nomīa apud latinos monosyllaba sūt oīa preter zeta aut zita. quod tamen plures ze proferūt. Male ergo proferuntur effe et hache patet per Priscianum qui ponit h nomen neutri generis in a terminatum. Est autē omnis litera aut vocalis aut consonās. Uocalis est que per se vocem habet vt he quinqʒ a e i o u. et y greca. Consonans que est vocali consona: vt b k q x ⁊c. at cum o nulla sonat latinis litera. Harum alie mute: sunt alie semiuocales: inter quas sunt liquide et duplices. Mute sunt que a seipsis incipientes in vocales desinunt: que sunt octo b c d g k p q t. quib⁹ ex officio additur f. pro greca φ phi ponitur. Et mute dicuntur qr parū sonant. non qr nihil semiuocales (que ferme vocalibus in sono equatur) sunt que a vocalibus incipientes in seipsas desinunt. vt he sex l m n r s x: et ex officio z. quia pro s plerumqʒ ponitur: aut gemino aut simplici. Liquide sunt que syllabā vnam breuem corripi sinunt vbi alias esset positio. vt atlas cygnus migro. Non piget mi Barptolomee in hac isagoge quam tibi scripsi. vt etiam pueris non negetur: annotare puerilia. Ut est illud in primis quod subijciam. literas solere plerumqʒ bifariā figurari vt A Magnum qr principio tantum damus a vero paruū cuilibet. sic de b: et alijs indicabis. ſ longū in fine non ponimus nisi encletica subnectat. vt paruus magnusqʒ videtur: nāqʒ encleticis ad precedentis dictionis substantiā pertinere. s serpentinum nunqʒ medium et per raro initium sibi vendicat. U magnū petit semper principium: paruum vero quodlibet. At iam ad reliqua.

*Omnis lra vocal est aut consonans.

Documenta pro mala euitanda scriptura

Quisquis recte vult scribere ante oīa opus est nihil immutet / addat / aut abijciat. Immutāt quidā scioli cum in verbis o p u scribunt: vt legont legitor: quia cum o in ont nullū desinit verbum nec in or: nisi in forsan sit prima positio. vt nector pterqʒ in futuro imperatiui. Sic impetiunt g pro c scribentes in Cneus Caius amurca licurgus: in quibus c scribi deberet et proferri g. Fit et alijs modis: immutatio sed super sedendum puto ne non isagogen scribere videar. Addunt ineptuli geminantes in his consona sabura: quāuis contrarium docuerit Priscianus. Canalis. Catus etiam pro animali. Oedipus quod habet secundam breuem. Ofella licet offa primitiuum ff geminet: arabia arabius nisi in carmine. in assinissa. Mile singularis numeri generis neutri. vt mile militū est occisum. sicut eius plurale milia milium: auctore Georgio Ualla. secus est de mille adiectiuo. Cinnamomū a cinnamū n geminat. Legitim⁹ quisdam corripit. Apollo simplici p. Solers vnico l. Perennis sine h: vt abominor abundo. Et cōposita a poly cum y greco .i. multum preter

Male mutata

* Amurca.

Lycurgus.

Male geminata

Mille.

Legitim⁹.

pollidamas/ pollypus in quibus l geminatur. Comoedia. Pull⁹,substātiuū. Unde pullastra. Et bulla auctore Georgio Valla. Numisma cū n quia prima corripitur: sed geminatur in nummus. Curulis. Renuo tolero. Et indubie plura contra abijciunt qui hec geminanda nō gemināt simillimus: gracillimus: facillimus: humillimus: docillimus:,agillimus: sabbatum gramma: id est litera grammatice. Epigramma cum i latino vt cetera ab epi.;vt episcopus/ capadox/ cappadocia/ sappho/ sapphyr⁹/ narro/ Matthias/ Mattheus/ cōmatis.i.pars/ quattuor sepius vt quottidie/ aut cottidie/ oppidum/ oppido aduerbium/ opperior/ opportun⁹ ab ob ꝛ portu opperior deponens.i.expecto glossa/ iuppiter/ supparus/ cuppa stuppa/ saburra/ appellatiuū/ bacchus/ balista/ Gellius/ appello geminato p.i.appulso: sed apello cū vnico p.i.amoueo. sic apella vnico p.i.iudeus quasi sine pelle hoc est circuncisus. et apelles pictor. Mamma: sed mamilla vnico m inscribitur. Ammodo duplici m. Mappae. sed mapalia vnico p scribitur. Parnassus. Camellus auctore Georgio Valla: qd Laurentius in Raudensem deridet. Hippos.i. equus cū i latino. Unde hippolytus hippolyta. Pharisseus licet scioli quidam corripuerint vt ille qui florettus inscribitur littus littera. Psitacus nō vt sciololi dicunt phitacus. Tardiuus tamē noluit geminari Porrum: sed porrus propriū viri ꝛ spiramētum r nō geminat. Subuccula.i.camisia. Maturrimus ꝫm analogiaꝫ a matur. nā et maturissimus dr. Asyllus vel asyllum locus refugij. Et asyllus.i.oestrus vel oestrum. sic Georgius Valla quicquid dicat Nestor. Ulysses nō vlyxes vt multis placet. Syllogismus a syn.i.con cum y greco. vbi mutatur n in l. vt apud nostros in illudo. sic syllepsis. Abijciunt etiam qui cōposita a iacio vnico i scribūt: vt diligens preceptor facile declarabit. Abijciunt item ineptuli aspirationem e plurimis vt ex his/ Chrisostomus a chrysos aurū cū ch ꝛ y greco. vnde chrysolithus cum th in vltima precednte i nostro: a lithos.i. lapis vnde lithostratū nō licostratū. Sed crisis sine aspiratione ꝛ cū i nr̄o scribitur.i.iudiciū. Econuerso peccatur in nici.i.victoria cum i nostro sine aspiratione. vnde nicolaus nichomachus. Sed longius atq putarem processit oratio.

Male simplici ꝛ cōsonante scripta.

pharisse⁹.

Ulysses.

Syllogismus.

Lithostratum.

De diphthongis ꝛ earum potestate.

Emaus.

Diphthongus est duarū vocalium vim suam retinentiū in eadē syllaba cōplexio. Et sunt proprie quatuor apud latinos. Au ꝛ eu in quibus difficultas non est: vt nāq scribunt ita proferuntur: vt laus fraus: sed emaus trissyllabū est Apud Pliniū: teste Hermāno torrentino. haud parū erudito homine euā. euangeliū non gemino u euuāgeliū vt imperiti scribunt. Et ae ꝛ oe que plene scribunt: nisi apud indoctos: aut signantur: sed in prolatione vix a antiquo auditur figurantur autē sic ae e oe: rarius tamen signatur oe vt musae coena. ꝙ si integre scribantur: vniri debent littere et quodāmodo coagulari: ꝙ vbi min⁹ fit diphthongus nō est. vt phaeton: pasiphae: danae: aello: canis nomen. Patet igitur in his esse difficultatē. Et dicitur diphthongus a dis cū i latino.i. bis ꝛ phthongos cum ph ꝛ th in eadē syllaba.i. sonus vocalis quasi duarum vocalium sonus. Igitur solum di est prima syllaba. De oe nunc hoc precepisse sufficiat ꝙ nūq est dictionis finis: sed aut in principio ponitur vt oenophorum vas vinarium ꝛ cetera ab oenos.i.vinum vt oenophylus.i. bibulus vel ui amator. a philos.i.amator cum i latino: quia cum y greco significat gentem: vt allophilus.i.alienigena: oecos.i.domus. vnde oeconomus oeconomia ꝛc. oestrus oestrū. Aut ponitur in prima syllaba sed precedente cōsonante: vt phoebus phoebe foecundus foecunditas: moechus moecha.i.adulter adultera. moechia adulterium. foedus foederis: foedero foederas foedo foedas. foedus,a,um coelum coelestis. que etiam cum ae scribuntur. foelix foelicito. coemiterium coementū coementarius. foemina foemen. sed femur femoralia nullā habent diphthongon. foenuꝫ coenum.i.commune: vnde epicoenum cum i latino ab epi.i.in aduersus cōtra vel retro supra: ꝛ sine aspiratione vt eius primitiuum: hinc etiam veniunt coena coeno as. coenaculum coenobium.i.cōmunis vita: nam bios vitā dicit. foenus foenero foenerori moenia: poena poenitet poenitētia phoenix moereo.i.tristor coet⁹ foeteo foetor foetus, foetura. Aut ponitur in medio vt diocoesis cuꝫ oe in ante penultima: pro quo inepte dicunt latinitatis corruptores diocesis corripiendo penulti-

*

Diphthōgus vnde dicta.

De oe.

Oe nunq est dictionis finis.

Nō oēs tñ foelix.

Coenobiū

Diocesis cum oe diphthongo in antepenultima scribi dꝫ.

que padncit diphthongo: paroecia sine aspiratione cũ i latino: nõ, vt aliq̃t grãmati ste parochia: quod tamen a parochos deduci põt. De quo Hora. in sermo. Addunt et parochi q̃ debent ligna salẽq; nequaq̃ tamen scribetur parrochia. Soloecism⁹ soloecissare meloedia psalmoedia ꝓsoedia: vt que eiusdez deriuatiõis Comoedia. Tragoedia: hoc ex Georgio Valla habet: ꝛ ex Tortellio cõfirmatur. Proemiũ cui interdum aspiratio interponitur prohemium firmioris pulchriorisq; soni gratia. Amoenus Camoena Lagonea: Pomoeriũ q̃ est locus intra ꝛ extra menia vbi edificare nõ licet: nõ aũt locus pomis consitus qđ pomariũ dicit. Nunc de ae dicam⁹ que necessaria magis videbuntur. ¶ Ae aliquãdo principiũ obtinet nulla precedẽte consonante: vt aedes singularis ꝛ pluralis numeri. vñ aedifico aedepol aedit⁹. aegi preteritũ aeger aegrotus aegis aegidis ꝛc. ab aex aegos. i. capra: emulor: aris emulus eneus: ab es cris. vñ ꝛ ereus enigma equ⁹ a. um. adiectiuum: equor eq̃lis equitas equeus: vbi etiã in secunda est ae: vt in euũ vñ deriuat eq̃noctiũ: eq̃paro equinaleo erũna erugo estus estas estuo estimo esopus ꝓpriũ viri: etas. Aetern⁹ aether aethiops aethiopia in quib⁹ etiã sit aspiratio post t: q̃ excutit in etna. Interdũ p̃cedit consonãs: vt secus fex fecis vñ defeco. i. mũdo: grecus seculũ vecors cedo cecidi ꝛ sedo as. cuz s: sed cedo cessi ꝛ anomalũ pro dic: caret diphthongo. ledo ledis Tedet tediũ teda. Pegi ptm. Celo sculpo. Belua clemens: demon. plebs plebis Lemargia ingluuies: frenũ: cẽnũ venũ veneo venũdo. Cepi a capio: sic ꝯposita eius ꝛ deriuata vt ceptũ deceptus. Sed cuz oe scribe cepi defectiuũ. Cepe cum c nomen: sepe cuz s aduerbium. Cera cum c: sed cuz s sera corripit. Cerimonia Ceroma vnguẽtũ. Quero vnde q̃stura ꝛc. plerisq; sphera. Blesus Cesar cesaries cespes Cespito. Quero Ceter era. ceterũ. i. sed fretus letor Teter. Seuus. Meuus leuus a. um. leuis. i. planus. Et hec vbi p̃cedit aspiratio. Heres hereditas hereticus heresis hereo hesitor. Aliq̃n ae ponit in medio. Aulea pluraliter. Galilea. Iudea Alphae⁹ propriũ viri Manicheus vñ manichei heretici. mattheus. nazareus. i. nazarenus vtrũq; habet diphthongon. Phariseus Saduceus Teloneus sine aspiratione locus vbi ꝓ magnis mercibus aes exigit Trocheũ diadema cũ i latino vt alia que dia hñt exordiũ: vt dialogus diabolus. Balnea murena leena syncerus a uz. a syn i. con. ceros. i. cera cuz y greco. Palestina palestria diaeta lõge⁹. Hec e magnis collegimus viris Apuleio ꝛ similibus. Sunt tñ nõ inutiles q̃ u. i. ita grecũ nõ in i: sz in e longũ vertendũ censent: q̃bus scribit cera scena sceptrũ ethica ꝛc. Qui plenã velit rõnem noscere legat versilogũ nostrũ. Sed due sunt adhuc ponende regule.

* Marti. Sepa soloecismuz mẽtuia nostra facit. — Pomoeriũ — Ae. — αἰξ αἰγὸς — Defeco. — Caera. — Teloneus

¶ De ae regule generales due.

¶ Pre syllaba vbiq; fere diphthongat etiam si simplex videat dictio. vt preco prebeo praes praedis: sed vnũ propriũ hz oe proetus: Carent aũt diphthongo q̃ natura corripiunt: vt premo cuz deriuatis p̃cor p̃ces preciũ apprecior. precia p̃me declinationis, nomen. i. vna apud Vergilium in geor. interpres interpretis interpretor Posterior regula vbi gtũs ꝛ datiuus singulares: ntũs ꝛ vctũs pluralis videbunt. in e desinere erit ae diphthongus vt musae meae hae quae eae ꝛ istae illae ipsae. sz ntũs singularis dtũs ꝛ abltũs diphthõgo carent: vt noiatiuo Magdalene vctõ Anchise ablatiuo nymphe. Nomina vero tertie ꝛ quinte in fine diphthongon nũq̃ habẽt quam habet vae interiectio et pape nae pro vtiq;. Terentius. Faciunt nae intelligendo. vt nihil intelligãt. Quedam quepiam vt quae.

Proetus — Nae

¶ De y greco.

GRecum y quod post x ponitur vsurpam⁹ in grecis tantũ aut a grecis deriuatis: nec vndiq; tamen. q2 eadez dictio sepe habet y grecũ ꝛ i nostruz. vt hypocrita habet y grecũ in prima tantũ: ꝛ dicitur ab hyppo id est sub. vnde hypotheca cuz aspiratione post t. ꝛ a crisis. i. iudiciuz vnde hypocrisis. i. dissimulatio hypostasis: id est subsistentia. Hyper etiam habet y grecũ. i. super. vt hypermeter hyperbole. Nyx nyctos id est nox inde nicticorax cum i latino in secunda cornus: nocturnus: ne dixeris nocticorax. hieronymus dicitur sacra lex cuz y greco in quarta tantũ.; anomos: id est lex quod mutat ibi o in y. ꝛ onoma atos. nomen nominis in dictione patronymicũ synonymum. Pyr in compositione. Unde pyra lignorum strues habet y grecum ꝛ martyr. sed pirata habet i latinuz. physis. i. natura. vnde physica. Syn: idest con

Y grecum. — Hypo. — Hyper. — Nyx — Anomos. — Martyr. — Physis. — Syn.

cum y greco. Unde Syntaxis constructio. nam tatto significat ordino: syllaba com plexio a lambano. i. capio. Syncopa incisio. synciput sycos. i. ficus. Unde syncophã ta sycomorus. Typos cum y greco. i. forma sine aspiratione. Unde archetyppus. i. exemplaris ab arche principatus. Etymos. i. verus sine aspiratione. Unde Etymo logia. Dys particula malum indicans cum y greco scribitur. Unde dysphilus. i. malus amicus & simulatus. dyscholus. i. malus infest⁹ & vehementis ire schole. i. bilis ira: dysenteria intestinorum exulceratio. Friuolum autem est quod dicant nec a schola deriuari. Sed dis. i. bis cum i latino scribitur. vt distichus cū aspira tione in vltima a stichos. i. versus cum i latino. Cyclus cum y greco et c exili id est non aspirato. Unde cyclas cyclops. Cynos. i. canis cū c exili et y greco. vt cynicus cynosura. Chir. i. manus cum ch aspirato & i latino vt chirotheca. a theca cum aspi ratione in priore. i. repositorium. quo etiam in simplici vtimur. vt theca calamaria. Encheridion. id est manuale ab en. i. in & cheridion diminutiuo a chir. Clytos cū y greco sine aspiratione. hinc inclytus. i. insignis & bene famatus. ab inclytos non dicitur paraclitus. sed a paracleo rogo hortor & consulor. Unde paracletus cum e aut saltem i producto. id est consolator. Micros: id est paruus cū i latino. vnde mi crocosmus. i. paruus mundus. Peri. i. circum vel vltra cum i latino scribitur vnde perihermenias. i. de interpretatione. due sūt dictiones. Nam hermenia genitiuo huius hermenias penultima longa dicitur interpretatio. Periodus. Peripatetici Polis. i. vrbs cū i latino scribitur: vt Neapolis. Anti. i. pro cum i latino vel etiam significat contra sine aspiratione vt antipodes antiphrasis. Amphi cum i latino. i. circum. vt amphibologia. Aristos. i. optimus cum i latino sine aspiratione. vt Ari stoteles. i. optimus finis. nam telos sine aspiratiōe dicitur finis ¶ Sed post gene ralia iungamus nonnulla specialia inter que haec in prima syllaba habent y gre cum. Cyrene vnde cyreneus & cyrenensis. Byblia orum pluralis numeri neutrum vt rhetorica. Inde bybliopola librorum vēditor. Byssus byssinus. Cypirus vel cy perus media longa arbor: cuius loco ineptuli legunt in canticis capite primo: Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi. cum legendū sit cypiri. Gy rus. i. circuitus. Cypressus vel cū u cupressus Cymba Cymbalum cyprus cypri nus. Scriphus cū sc. cynus cyathus scytha: scythia. cum aspiratione in secunda. Glycerium. Gymnasium clyster clypeus. Lychnus. i. lucerna cū ch Lyntheria in testinorum dissolutio a lyo soluo. Unde hippolytus cum y greco in penultima quasi distractus ab equis. Lympha aqua. Nympha vnde paranymphus. Ly ther lyra instrumētum musicum: alias scribitur i latino. Lynx mysterium res sa cra. Pyga testiculorum loculi. Pythagoras cū aspiratione in secūda. Pygmeus py xis pyridis. Crystallus sine aspiratiōe. Gryps gryphis. scrypulus vel lum. genus ponderis. Symeon viri proprium: sz simon & sinon scribūtur i latino. Stylus dici tur a nostris columna. styps stypis stipendium. Tyrannus tyberis tympana. Se quentia scribūtur cum y greco in secūda tantum. Abyssus. Bombyx babylon li bya. Labyrinthus cum th. Presbyter latine senior dicitur. Fatua est aūt sciolorū etymologia prebens iter. vnde predicator quidā sic dicit Ah perijt hodie nobilis illa interpretatio presbyter quasi prebēs suis iter: & rectius potest interpretari, bi bens pre alijs ter. hec ille in libello qui aīa fidelis inscribitur. sic indocti vbi mate ria deficit i singulis literis nouas fingunt pro commodo suo etymologias sed de his stultis satis dictū sit. Sibylla cocytus Procyon nomen stelle. Archyta adytum secretior pars templi. Didymus Sandyx aegyptus collyrium medicamentū ocu lorum. Chalybes cum ch. chelys. i. fides fidis. Lilybeum olympus mons. Solymi vnde Hierosolima amygdala. Chlamys cū ch in pricipio aenygma. Ganymedes Moyses qui etiā moses dicitur Papyrus zephyrus. Tipys sine aspiratione Be ryllus lapis. Charybdis cū ch in principio. Corydon corcyra. Corylus. Embryon neutri generis. quasi intus germinans. ab en. i. intus & bryo germino vbi n muta tur in m vt apud nos: imbibo impono. Sed quidam grece lingue minus periti de clinauerūt embryo embryonis. Garryo garris rire. vnde garrulus verso y in u: vt in plerisqꝫ alijs. Lachryma a greco dactylon d in l mutato vt Ulysses ab odysses. Unde odyssea. sed apud illos non aspiratur lachryma vt apud nos robustioris so ni causa clepsydra. Massyllia vrbs libyes. Pasiphae. Atys. Cotys sine aspiratione propria. Butyrum secunda breui. Itys sine h datylus. Porphyrius. Pamphilia: re

Marginal notes: Typos. Etymos: Dys. Dis. Cyclus. Cynos. — Clytos. Paraclet⁹. Peri. — y scribēda in prima. Byblia. — Cypressus Cupressꝰ. — y in secūda — Adytum. ✠ Moyses Iune. Tradidit arcano quodcūqꝫ volumine Moses.

sio. Intyba: martyr: satyrus: satyra: Tityrus: Tithys cum aspiratione in secunda vxor oceani. Azymus. Sequentia grecum y in tertia tantum. Anticyra panegyris acolythus cum h in vltima .i. administrans. Paralyticus membris solutus. Pelamys est nomen piscis. Dionysius arctophylax gazophylaciū neophytus amaryllis apocryphus hierycus cūctis. amethysus lapis. apocalypsis habet y grecum in quarta. In fine solū tria habēt y grecū. Dory ciuitas. Epi mons & vrbs. Moly herba. Hoc Galli male obseruant qui cū y greco scribunt mey mihy &c. Hoc etiam diligenter annotandū est contra Papiam & Jannensem & alios quosdā y grecum non poni in principio nisi precedat aspiratio: ergo male scribuntur ymago ydea ydria ydoneus. Inter que hydria tantū scribitur y greco vt hydrops hydropicus hymnus hyems hybernus hysopus hymen & cetera grecanica.

y in tertia.

* y Non ponitur in principio dictionis nisi pcedēte aspiratione.

¶ De aspiratione.

In latinis nulle cōsonantes aspirationem recipiunt nisi c in paucis vt charus: charitas: si ad amorem referas: que tamē quidam a charis deducunt pulchrum sepulchrum. Sed neq in grecis plures q̄ quatuor aspirantur consonantes/ C/ P/ R/ T. Christus/ Philippus/ Rhetor/ Theolog⁹. nō possis aūt philippus cū f scribere qđ greca nō recipiūt neq ex his deriuata preterq̄ fama. fugo: fuga: forum: fero: fur: fagus: forma que consuetudine magis q̄ arte cum f scribuntur. Nota etiam si ntūs aspirationem non habet neq obliquus habebit pharnax pharnacis: adamas adamantis Tolle mastix mastichis. Onyx cum y greco onychis: sic notauit Antonius Nebrissensis Nota bene contra indoctos regulam quam ponit Priscianus in libro primo. Consonans ante se nullam habet aspirationem. Etiam dicimus tantum quatuor consonantes aspirari. Ergo ab hyeros: id est sacer cōposita retinent in principio aspirationem et prima syllaba est hi: vt Hieronimus/ Hieremias/ Hierusalem: non vt indocti/ Jherusalem.

* Quatuor tm̄ cō sonantes aspirātur.

Aspiratio in prima.

¶ De aspiratione in principio nō precedēte consonāte.

Abraham etiam in tertia. Halcyones cum y greco in secūda: habeo: hadrianus proprium viri: hallo as. hallucinor: id est erro halec vnico l: habemus: hannibal: hara porcorum stabulum: hereo: hoedus: hebeo: hebes: hebdomada madis. hebenus: haec cum ae diphthongo: heiulor: helectrū: helisabeth: hera .i. ser. vnde hexametrū: heraclitos: heraestichō hieros: id est sacer & sua: hilarus vel hilaris. hilum nigrū quod grano fabae adheret & pro re nullius momenti accipitur: vnde nihil nihilum sine c. vt mihi q̄ si volueris addere c habebis auctorem doctissimum Leonardum aretinum epistolaꝝ lib. viij. epistola secunda. Holos: id est totum: vnde holocaustū holus holitor: hortulanus: vt ait Georgius Ualla: quod Tortellius negauit: quia primitiuum oleo aspirationem non habet. Homilia: idest sermo: honor & honus: vnde honustus vt apud Gellium veruntamen onus videtur aspiratione carere. Huber: hululo. Sed nō aspires abundo: eremus: vnde eremita. Ponitur etiam aspiratio inter vocales pro robustiore sono vt ahenum: vehemens: incoho: traho: veho: prehēdo: cohors: iohānes. phaeton: pasiphahe: danahe prohoemium: demophohon: ihesus. sic Georgius Ualla: sed plures scribūt inchoo a chaos: phaeton: pasiphae: danae: demophoon: iesus: quos imitari malim.

*Leonardo Aretino refragatur eruditissim⁹ vir ioninian⁹ pōtanus q̄ de aspira tiōe doctissime scripsit q̄nondū legisse Despauterius videt. Mihi. Nihil.

H inter vocales posita.

¶ Aspiratio post consonantes. Et primū in prima syllaba.

Chaldea/ charta liber: quod sine aspiratiōe est proprium: & cum aspiratione in secunda tantum vrbis proprium. Character gtō eris. penultima longa/ charo/ chalcon: vnde orichalcum / chaos/ chalybes/ chartilago schisma scissura/ chimera/ chelidonia/ chorus quod pro vento caret aspiratione. Chronica/ Chremes/ Christus/ Chrisma/ Chrisogon⁹ schola/ scholasticum/ phalere/ phanum: vnde prophanus prophana prophanum pharetra/ Pharaon rex egypti. Phariseus/ sphera vel spera/ phiala/ cholera/ chrater chrateris. penultima longa/ pheretrum/ philomela/ phlegma/ phleubotomo/ Phoeb⁹/ physis/ physicus/ rhetor/ rhebus/ nomē equi/ Rhodos/ Rhodan⁹/ rhen⁹

Ch. Ph. Rh.

Th Sic omnia ab h lr̃a inchoata greca. Thalamus Thanatos .i. mors: vnde athana-
* Thustos immortalis. Theos .i. deus: vnde theophylus. Theoro .i. speculor: vnde theori
ARtẽversificatoriã (quã stichologiã greci vocãt) literature partem: vt difficillimam: ita longe precellentissimã et poetis i primis necessariã: tuo nomini cõsecrare nobilissime dñe ausussũ vtinã einsmodi vt vel tuis in nos meritis vel meo erga te studio respõdeat. Noui ego delicatissimũ tuũ palatũ: noui accerrimã censurã cui nihil nõ exactissimũ placeat: vellẽ equidem celsitudini tue meliora deuouere: quod quũ nõ possim ferenda puto mecoenati meo, qualiacũq munuscula. Nã (vt Plini⁹ ait) et dijs lacte rustici: multeq gẽtes supplicãt: et mola tã tũ salsa litãt q nõ habent thura. Dabis igit (vt spero) audacie nostre veniã: nẽpe soles meas esse aliqd putare nugas. nõ adeo sum mihi Suffen⁹: vt nesciã artẽ meaz esse impfc. tã: tamẽ audendũ est qz nra precepta (vt Columelle verbis vtar) non cõsummare scientiã: sed adiuuare promittũt. Nã (vt idem ait et me plurimũ consolatur) in omni genere scientie: et summis admiratio veneratioq: et inferiorib⁹ merita laus contingit erũt fortassis nõnulli sophiste vel poetastri: pseudographi philologi. legulei sacrificuli. a sophi plani et tenebriones: qui cauillabuntur hanc artez tenuiorẽ esse q que tanto viro dedicari debuerit. Uerum hi tuo iudicio vehementer errant vt qui scias ipsos orbis dominatores hanc artem vt excellẽtissimã summopere excoluisse. Augustũ dico et germanicũ et alios multos. Itaq ex oib⁹ ferme veterum libris conatus sum aliquid in mediũ afferre: vt iuuarem pro meis virib⁹ linguam latinam instaurare. in qua re quicquid profeci tuũ est: ex quo plus didici q ex alio quouis preceptore. abest dicto assentatio. id nouit deus. Tu mihi aristarchus: tu Boetius: tu Quintilius: quod quum e multis literis tuis lacteo lepore pfluentibus tum ex his quas hoc anno pridie. idunm ianuariũ ad nos dedisti liquet clarissime: sic em scribis. Adsit nobis delitiarum lingue latine zelus et auiditas. sit inter nos elegãtie maioris honesta disceptatio: maneatq i scrinijs nostris non patiar etem scripta mea in vulgus pdire priusq priscos authores ad vnguẽ perlegerim: ne forte in errorẽ incidã. Si hoc fecerim⁹ miraberis quantũ fructum inde concipiem⁹ hunc in modũ et in alijs epistolis me freqũter monuisti: ne editionem meã precipitarẽ et hoc auriculis meis subide instillasti. nescit vox missa reuerti. et nõnũq territasti Uergiliano exemplo: q eneida testamẽto cremari iussit q eam non castigauerat. Quo factum est: vt preter eos quos antea perlegeram poetas (qui fuerant admodũ pauci et neoterici plures q veteres) dederit mihi perlegẽdos nobilitas tua Lucretium et (quem antea cum Horatio. Ouidio. Martiale. Iuuenale. Persio perlegerã) Uergilium: preterea Manilium Germanicum. Rufum. Ciceronem in Arato. Catullum. Tibullum. Propertium. Senecam in tragedijs. Ualerium flaccum. Statium. Papinium. Ausonium. Claudianum. Sidoniũ Appollinarem. Columellam. Palladium. Tum etiam gramaticos et alios scriptores plurimos. E quibus vehementer emendaui et auxi artem meam coactus multos taxare p communi vtilitate: qui maximo in precio habẽtur. qz licet doctissimi fuerint tamen non potuere inter tot barbariei milites nihil vitij cõtrahere. Ideo ne quẽ iniuste culpasse puter: libet altius repetere quãta fuerit inter poetas antiquos et neotericos differẽtia. vt more boni agricole: serere ingenuũ volentis agrum liberem arua prius fruticibus: false rubos filicemq resecem: vt sciam⁹ inter poetas quos imitari et quos vitare deceat. Neq em oibus passim credere debemus: sed illis duntaxat qui floruerunt inter ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium pium: hoc est ante christianum natalem annis cẽtũ ad centesimũ quinquagesimũ: ex quo salutẽ christianã numeram⁹. Nam et latin⁹ sermo queadmodũ et cetera mortalia aliquãdo incepit: habuitq suã infantiã: in qua vix quicq effari potuit. sic locuti sunt Aborigenes primũ cuz faunis vatibusq: sic deinceps latini et albani: sic carmia saliaria ɔposita suis sacerdotijs tãdẽ parũ intellecta. vt Quintilian⁹ testat. Non adeo longe post hoc scz poete fuere. Liui⁹ Andronic⁹/ Enni⁹/ Plaut⁹/ Neuius/ Pacuuius/ Cecilius/ Acti⁹/ Terentius/ Lucilius/ Turpilius/ Mari⁹/ Afrani⁹/ Porsenni⁹/ Attilius/ Trabeas/ Aqlius imbres

Plinius.

Lingue latine infantia.

Poete antiquissimi.

Monitus & plures: quorũ exceptis paucis opera interciderũt: ideo authoritate horum raro vtimur post hos qui sequunt linguã latinã mirũ immodũ locupletarũt quos oino imitandos dicimus. vt sunt illi quos a me digẽter perlectos supra memorani: pter Ausoniũ Gallũ & Sidoniũ Appollinarẽ qui longo tẽpore post reliquos memoratos a superiorib⁹ defecerũt: vt hoc opus plegenti patebit. Claudianũ. & sic eodẽ seculo fuisse cõstet multo tamẽ min⁹ a veterũ institutis aberrasse cõperimus. Itaq3 post Adrianũ imperatorẽ cepit indies latinus sermo maiorẽ in modum languere & quodã quasi senio contabescere: irrũpẽtibus in Italiã barbaris. quod nimis factũ est: sub aduẽtu gothorũ in Italiã regũq3 Lõgobardorũ: ad fatalem illã totius generis hũani pestẽ Mahumeteã: que cũ oibus ingenuis & bonis artibus sermonẽ quoq3 latinũ intercepit qua etate pauci ad modũ fuere poete et illi qdã superiorib⁹ lõge indoctiores: Rufus / Fest⁹ / Alphius auitus / Calphurn⁹ siculus / Terẽtian⁹ / Claudian⁹ / Ausoni⁹ / Iuuẽc⁹ / prudẽti⁹ / Fortunat⁹ / Serenus Boetius / Prosp / Sidoni⁹ / Priscian⁹ / Lactanti⁹: & multi alij scriptores qbus (qtũ ad latinitatẽ attinet) eaten⁹ fides hñda est qten⁹ ea q nobis afferũt: veterũ authoritate pbari queũt. Nã vt de reliqs interim paululũ taceã. de Sidonio. Hermolai barbari iudiciũ in li. vj. Pliniĳ. c. xxvj. neutiq3 silebo: sic autẽ inquit. Sidoni⁹ Appollinaris: legẽd⁹ tot⁹: pbãdus nõ tot⁹. Nã ctesiphõ cõtra artẽ corripuit. Ioãnes quoq3: & heraclit⁹ & diastematũ alia cõplusculа contra artẽ: vel corripuit: vel pduxit: vt paraclit⁹ & syllogism⁹ &c. q cũcta suis locis declarabo. Eo aũt res tãdẽ deuenit vt reiectis doctissimorum monumẽtis & oi elegãtia pscripta. Gothi cũ reliqs barbaris oẽ3 Romanorum ordinẽ puerterint: & barbaries toti⁹ orbis fetidissima regina latinitatẽ penitus pessundederit. Qd idcirco euenisse hariolari l3: q gothi plurimos latinorũ libros exussisse dñr & Romani pncipes: tũ oẽs gothi: vvãdali vel alij barbari fuerũt. Itaq3 in nullo honore fuerũt poete apd pncipes & reges vt q ab illis non intelligebant. ideo delectare minime potuerũt. Christiani aũt põtifices: abbates: cardinales: & cetera eccl'ie columina: poeticẽ vt diaboli pabulũ tñ spuere ceperunt immerito tñ vt pulcherrime in Apologetico suo oñdit diuin⁹ poeta Baptista Mãtuan⁹. Ita quũ nulla poetis laus honosq3 fieret. poete nulli fuerũt: siqdẽ verissimũ illud vbũ honos alit artes. Et qd Martia. ait. Sint mecoenates nõ deerunt flacce marones. Ergo reiect3 ethnicorum libris sine qbus latinitas cõsistere neqt: cõseqnẽs fuit latinitatẽ necessario iterire. Quapropter barbari ipi Uergilianã poesim fastidiẽtes nouã vsificãdi artẽ excogitauerũt: veterũ obseruationes in qãtitatib⁹ nec sciẽtes nec scire cupiẽtes. Hmõi itaq3 vsus optimos iudicabãt. Ethiopũ terras iã feruida torruit estas. Quinetiã Rithmos (vt ipsi dicũt excogitarũt) veluti pãge lingua gl'iosi corpis mysteriũ sanguisq3 pciosi quẽ in mũdi pciũ pncipiũ tm vsus ẽ nã qdqs cõposuit eu3 delectatũ esse cõstat harmoniã hymni pulcherrimi de xpo: nõ nisi a doctissimo poeta cõpositi: in quo vbiq3 magna cũ elegãtia carmis rõ custodit pulcherrime. Pãge lingua gl'iosi plin3 certamis. i. docti hoies nesciẽtes eẽ carmẽ: putarũt ex qtuordecim syllabis: quorum septima ppetuo esset longa: & duodecima breuis eiusmodi harmoniã resultare nullis pedib⁹ obseruatis. Tãta ẽ poeseos suauitas vt etiã sui ignaros mirũ in modũ oblectet. Multa possem in hũc modũ illi⁹ scl'i anilia afferre: quo nat⁹ est Alexãder gall⁹: cui⁹ opus doctrinale inscribit: circiter annũ dñi millesimũ ducẽtesimũ: quo tpe barbaries toto mũdo dñabat: vsq3 ad tpa Francisci petrarche. Qui nõ sine diuo numine circiter annũ dñi. M. ccc xl. barbariei bellũ indixit fugiẽtesq3 musas reuocãs: eloquẽtie studia vehemẽter excitauit: post hũc cepit lingua latina mirum in modũ instaurari ab Leonardo Aretino Guarino vonẽsi. Francisco Philelpho: maxime aũt Laurẽtio Ualla. Ioãne tortellio Aenea Syluio Domitio calderino. Galeoto. Georgio merula. Georgio Ualla. Hermolao barbaro Pico mirandulano. Angelo politiano. Philippo beroaldo. Petro erinito. Joanne baptista pio & q ante fuerũt Nicolao perotto. Sulpitio. Nestore alijsq3 inferis: nec itali solũ hanc rem curarũt. nam Aelius Antoni⁹ Hispanus. Erasmus hollandus Rodulphus agricola Frisius. Jacobus Faber Gallus: & Jodocus Badius Flãder & alij plurimi diligẽtissime laborarũt in instaurandis veteribus lingue latine thesauris. Ceterum hi oẽs (qd bona oim pace dixeri3) inter barbariei milites cõuersati nequerũt barbariẽ penit⁹ extinguere: qn cõtagioso illi⁹ veneno afflati tam i psa q3 in carmie peccarũt alijs alij aut magis aut min⁹ put diligẽti⁹ aut idiligẽti⁹ veterum monumẽta pscrutati sũt. Neotericos itaq3 doctissimos: quorum ne calceamẽta qdẽ solut

Ausonius Gallus. claudian⁹. Lingue latine senectus.

Poete rudiori seculo nati.

Sidoni⁹ in multis errat.

* Plurimos latinorum libros gothi exusserunt.

Lingue latine mors.

* Poeseos suauitas.

Lingue latine instaratio p neotericos.

re dignus suz animaduerti sepicule a veterū institutis nō rōne aliqua:nō ex indu-
stria:sed ex ignorātia defecisse:q2 si quis dictū hoc vel rideat vel miretur:ille perle-
ctis his libellis nr̄is cogetur mecū sentire:ꝛ tandē agnoscet:q̄d sibi velit Horatia
nū illud. Tu nihil in magno doct⁹ deprehendis Homero? Decepti sunt aūt Neo
terici librorū mēdosis librorū falsis titulis:nimia grecitate/ Grāmaticorū peruersis re-
gulis que oīa olim ita fuerūt pura:ita integra:vt veterib⁹ nulla fuerit errādi occa
sio. Decepti sunt inq̄ mēdosis libris.nā librariorū incuria:aut ex nimia vetustate
corrosis lr̄is innūeri irrepserūt errores:alijs alia in locū lr̄arū vel dictionū ꝑditarū
aut male scriptarū sufficiētib⁹:alijs parū doctis mēdas aiaduertētib⁹. Hinc emer
sere tot in Pliniū:in Plautū:in alios authores ānotatiōes. Calderini/ Beroaldi/
Politiani/ Sebelici:aliorūq̄:hinc altercationes grāmaticorū infinite: adeo vt ne-
scias quo teneas nodo mutātā ꝓtea vult⁹. Multa ergo sunt in poetis mēdosa ꝑ q̄
parū docti errores suos defendere conant̄:quorū nōnulla suis locis manifestabo
Scḋo plurimū decepti imprudēteis ꝛ interim nō aspernāde doctrine viros: falsa
librorū inscriptio seu falsi libro tituli q̄s subdititios libros vocamus. verbi gr̄a.
Ouidiana authoritas iure ꝓ regula habet̄:ideo semidocti nesciētes e tritico sepa
rare loliū fidē habuerūt opusculis de pulice:de trib⁹ puellis.de amore pāphili:de
philomela:de vetula:de sopno:de cuculo:de limace:de ludo latrunculorū:de nūcio
sagaci:q̄ hec Ouidij opuscula vulgo ferebant̄:q̄b⁹ ab Ouidiana vena nihil magis
alienū excogitare queas:neq̄ eñ sunt(vt Aldus inquit) Ouidio vel puero digna
Miror ꝓtecto quonā modo inept⁹ ille vetul⁹:de iepta vetula scribēs ieptissime vo
luit credi opus suū esse ouidij:q̄ vt fidē faceret dicebat se pri⁹ cecinisse:i nona corpa
mutatas formas. Conabat̄ nimirū serpētes auib⁹ geminare ꝛ tygrib⁹ hagnos.i.
suā barbariā cōnectere Ouidiane fluēti suauiter elegātie. siquidē nemo fuit vnq̄
poetaster vetulo illo malesano indoctior:q̄m innūera sunt eius nebulonis ipudē-
tissimi errata: vt liquet illū lectitāti. Euidēs signū est hoīes illius seculi fuisse indo
ctissimos qui nō ꝑceperit eiusmodi anileis nugas nō esse Ouidij. Dionysiū quoq̄
nō Priscian⁹ trāstulit:sed Fānius vt ait Hermola⁹ in vi. Plinij ca.xxviij. Uergilio
quoq̄ iam nōnulla opuscula putātur falso ascribi.vt etna:rose:ciris:priapea:quā
Ouidij esse docet Politian⁹ ca.lix.miscel. Qui macrū quēdā poetā sui seculi multa
laude ꝓsequit̄ cuius nulli libri extant.quare errāt qui in arte versificatoria vtunt̄
testimonio Macri de viribus herba canētis: nō poete quidē: sed nec versificato-
ris satis idonei:quē rudiori seculo fuisse ex eo cōstat: q̄ Plinij testimonio persepe
vtitur. ¶ Tertio nimia grecitate plurimi in errorē ducti sunt:q̄d vitiū nō iam pri-
mū notatū est:quū ipse etiā Horatius derideat eos qui nimis greca latinis immi
scēt:nā pleriq̄ amore grece lingue latina negligūt:suntq̄ admodū iactabūdi ꝛ vl-
tra modū laudatores sui nihil putāt sibi nō licere grecitate freti. Neq̄ meminerūt
Martialis dicētis. Nobis nō licet esse tā disertis. vidēdū est quid latinis placuit
nō quid grecis. Nō eo id dico q̄ grece lingue studere:malū putez:dū id ita fiat ne
latine lingue idiomata violem⁹. Ceterū ne iniuria dicar greculis insausus legant̄
Oppiani poete veteris libri per Laurentiū lippiū tralati ꝛ nō solū lippū sed plane
cecum in multis putabis:cuius exempla cū non sint imitanda expuni. Quarto
decepti sunt Neoterici grāmaticorū peruersis regulis. Grāmatici namq̄ authori-
tas per se nulla est quū ex sola doctissimorū oratorū:historicorū:poetarū:taliorum
idoneorū scriptorū obseruatione cōstet ortam esse verain grāmaticā. Multa dicen-
da forent si grāmatistarū ineptias refellere vellē:sed nulla est gloria preterire asel
los:ideo nūc animus est vnicū grāmaticorū ꝑncipis erratū cū primis insigne per
sequi.is autem est seruius quē merito plurimi facis. Sed(vt Quintilian⁹ author
est)null⁹ est tam cōsummate sciētie vt nihil aliq̄n errauerit. Is igit̄ in illud.j.enei-
dos. Huic coniūx Sicheus erat. Sicheus(inquit) primam natura corripit:sed hic
ectasim facit:licētia que in ꝓprijs noibus est vbi licet in quauis parte syllabe mu
tare naturā idē euenit i appellatiuis si a proprijs sunt: vt Sicanio pretenta sinu.
hec ille quibus in errorē traxit fere quotquot post eum fuerunt. Frāciscū Nigrū.
Robertū guaguinū. Georgiū Uallā. Nicolaū Ferettū ꝛ ferme ceteros. Et e o res de
uenit vt etiā diphthongos passim corripuerint in proprijs vt Lelius Clementia.
Propria certe non magis ad placitum ponēda esse q̄ appellatiua ↄtra Seruianā
doctrinā satis docēt Ouidius ꝛ Martialis. Ouidius quidē in li.iiij.de pōto vbi cō
querit̄ hoc nomē Tuticanus nō posse elegiā ingredi q2 habet breuē inter duas lō

Mendosi libri

Libri falso inscripti.

falso ascripta ouidio opuscula.

Macer.

Grecissantes nimiū.

Laurēti⁹. Lippius

Grāmaticorum authoritas.

Seruij laus.

Seruij erratum.

Sicheus.

Propria nō poni ad placitum.

Diuisionē dictionis causa versus nō admitti.

gas qđ nō pōt heroicū aut Elegiacū ingredi nisi breue pducēdo aut longā corripiendo aut dictionē diuidendo: ita vt tuti sit finis versus: cantus alteri⁹ principiū quorū nihil licere. Ouidius docet: licet id fecerint bis aut ter in sapphicis: Catullus & Horatius. tu Ouidio auscultes: ita lib. iiij. de ponto canenti.

Quo minus in nostris ponaris amice libellis
  Nominis efficitur conditione tui.
Ast ego non alium prius hoc dignarer honore:
  Est aliquis nostrum si modo carmen honor
Lex pedis officio fortunaq; nominis obstat:
  Quaq; meos adeas est via nulla modos.
Nam pudet in geminos ita nomen scindere versu
  Designat vt prior hoc incipiatq; minor.
Et pudeat si te qua syllaba parte moretur
  Arctius appellem: Tuticanumq; vocem.
Et potes in versum tuticani more venire
  Fiat vt elonga syllaba prima breuis.
Aut vt ducatur que nunc correptius exit:
  Et sit porrecta longa secunda mora.
His ego si vitijs ausim corrumpere nomen.
  Ridear: et merito pectus habere neger.

*Noia p pria nō eē anticipitia asseuerat.

¶ Secūdo ppria nō poni ad placitū liquet ex Martia. lib. ix. vbi mirū in modū cōqrit dulcissimū nomē Earin⁹: nō posse adire carmē Phaleuciū q: oēs syllabe illi⁹ nois sunt breues: ergo nec spōdeū nec dactylū nec trocheū ɔstituere pōt. Sȝ cur se excusat Martialis: quū id nomē Earin⁹ optime ingredi posset scazonta? Ego pfecto Martialē ob id solū hec scripsisse suspicor: vt retūderet quorūdā poetastrorū impudētiā: q̄ more grecorū ppriorū q̄titates ɔfundebāt: & id q̄dē ineptissime q: multo licēti⁹ greci scribūt q̄ latini: qđ ostēdit Martialis dicēs. Nobis nō licet eē tā disertis. itaq; Seruiū nimio grece ligue amore deceptū puto. nā iniquū fuit pter pauca exēpla (id qđ grāmaticorū puersitas sepe facit) rłaȝ ɔstituere. siq̄dē licet Siche⁹ et pauca alia tā appellatiua q̄ ppria: quasdā syllabas ancipites hñt vt cognoscet hoc opus nřm diligēter plegēs: nūq̄d pter hoc variabim⁹ primā i his dictionib⁹ Juli⁹/ Scipio/ Naso/ Horati⁹/ Athene/ Aristoteles/ Marius &c. Absit obsecro per deū immortalē hec ipudētia: & (vt vere dixerim) stoliditas. Nūc audiam⁹ Martialem. Nomen cum violis rosisq; natum. Quo pars optima nuncupatur anni.
Hyblam quod sapit atticosq; flores: Quod nidos olet alitis superbe.
Nomen nectare dulcius beato: Quo mallet cybeles puer vocari.
Et qui pocula temperat tonanti: Et quod parrhasia sones in aula.
Respondent veneres cupidinesq;: Nomen nobile: molle: delicatum.
Versu dicere non rudi volebam: Sed tu syllaba contumax repugnas.
Dicunt earinon tamen poete. Sed greci: quibus est nihil negatum.
Et quos ares ares decet sonare. Nobis non licet esse tam disertis
Qui musas colimus seueriores.

Oē ppriuȝ fuit appellatiuū aut ex appellatiuo.

¶ Earinus interp̄tat̄ ve. n⁹ ab ear. i. ver corripit nomē hoc oēs syllabas q̄ si posset ad placitū poni inaniter diceret Martialis syllabā esse cōtumacē. Greci tñ audēt p̄mā pducere. vt in ares priorē variare. Nā Homer⁹ ita v̄suȝ ichoauit teste Calderino Ares ares &c. vbi prim⁹ pes est dactylus. Ares. i. mars id nobis nō licet latinis q: musas colim⁹ seueriores. i. min⁹ in licētiā ruim⁹ q̄ greci qb⁹ nihil ē negatū miror an sint vlli tā obstinate in Seruij opinionē iurātes: vt adhuc Seruio adherere malint q̄ Ouidio & Martiali. Ualeāt igitur quorū hi sūt v̄siculi. Cōdidit athenas adiuuit noie pallas. Licaon arcas diuinas puocat iras. Tu tñ horati doctor al⁹ abbreuiasti. Ouidi⁹ vates peligni ruris alūn⁹. Ouid. Notus feritate Lycaon Propti⁹. Magnū iter ad doctas pficisci cogor athenas. Horat. lib. iiij. car. Ode. vi. Uatis Horati Adonicū carmē ē. Oui. Detinuit nřas nūeros⁹ Horati⁹ aures. Uerg. in Culice. h Fabij deciiq; h ē Horatia v̄t⁹. ne omittas ɔiūctionē. & Perottus credit Horati⁹ a v̄bo oro orinari: sȝ quū hoc nomē & aspiret & corripiat̄: nō assētior Peroto. Mar. li. j. In nomentanis Ouidi qđ nascit̄ agris p Ouidij. Sȝ quur ppria pl⁹ p nilegij hērēt appellatiuis: quū oē ppriū nomē fuerit aliqñ appellatiuū vł ex appellatiuis deriuatū: vt felix: rustic⁹ stephan⁹/ Hercules/ Hector/ Hermes/ Adā/ Abe

Calu: Habraham. lege sylvā bti Hieronymi. primū librū Quintiliani de institutio ne oratoria: ꝛ libros fastoꝝ Ovidij. ꝛ primū librū epłaꝝ Leonardi aretini. sic adōis dñicus. ab Hadria hadrianꝰ. a domitꝰ domitiꝰ ꝛ hinc domitianꝰ. a iulius iulianꝰ. a qntus qntinus. valeriꝰ valerianꝰ. Mar. lib. x. Ne vinā nisi te domiti pmitte libē ter. idem lib. j. a Ualeriano pollio petes qnto. scazon est. Obijciet fortasse aliqspoe ticā necessitatē veluti Italiaʒ pmā naturalr̄ corripit testimonio oīmꝫ grāmaticoꝝ. Verg. tn̄ pmā pducit: qꝛ aliter heroicū carmē adire neqbat. Quid igit̄ faciā (inqs) si divi Nicolai aut iuliani historiā ꝯtexere tulerit animꝰ q̄ noīe appellabo: sic nec nicolaū nec iulianū dicere lꝫ? ꝛ quur in magno ope nō licebit mihi qđ Uergilio? Scimꝰ pfecto Uergiliū ꝛ alios necessitate q̄dā pduxisse q̄dā aut corripuisse: verū ea pauca sūt nec citra veteꝝ authoritatē. nā italia pmā pduxit etiā apud Enniū ꝛ Lucre. pluresqꝫ ante Uerg. Itaqꝫ invētis recte vtemur: nova nō sine maxia necessi tate fingemꝰ neqꝫ vnq̄ nisi in ope maximo: eaqꝫ erūt paucissima: immo nulla: do nec tā extra invidie aleā fuerimus. Quocirca intolerabiles puto eos: q̄ in modico ope abutunt̄ oī licētia: quū in hac re nullo mō laxāde sint habene. Igit̄ si occurrat nomē ꝟsui ꝯtrariū vt Nicolaꝰ Julianꝰ tuticani ꝛc. imitabor Martialē q̄ circuitiōe vsus est dicēs in eodem lib. Illa puer tāto dn̄o gratissimꝰ aula. Noīe q̄ signet tpa verna suo. i. Earinꝰ qđ interptat̄ ꝟnus. Sic Ovid. quoqꝫ ꝑm scribēs ad Tuticanū Possumꝰ preterea etiā a latinis (si is casus emergat) patronymica formare a pr̄e: a mr̄e: a pr̄ia: vt docemur quum ex Uergilio tū ex Ovidio in meta. Licet etiā paucis versiculis innuere syllabā esse ꝯtumacē vt Horatiꝰ fecit lib. j. sa. v. Quatuor hic ra pimur vigiti ꝛ milia rhedis Māsuri oppidulo qđ ꝟsu dicere nō est. Signis ꝑfacile est. nomē oppiduli: alij dicūt esse equotutiū: alij equūtutiū: alij Entractiū. qꝛ si pro pria vrbiū ponerent̄ ad placitū inutilis ꝛ vana esset Horatij excusatio. Preterea pos sumus vti cōsilio Seruij dicētis in illud. j. Enei. Huic coniunx Sicheus erat quo ties poeta aspera invenit noīa vel metro nō ꝯstātia: aut mutat ea de his aliquid mutilat. Nā Sicheus sicharbas dictus est Belus Didus pater dictus est metres carthago a cartha lectū in historia Penoꝝ. sic Philelphus nicoleos ꝑ nicolaus di xit. Ceteꝝ caute id faciēdū: ne hec mutilatio carmina nostra mutilet. De barbaris cū Diomede Priscianus ait: in peregrinis ꝛ barbaris nullos certos esse accentus ideo (vt ait Priscianꝰ) vt necessariū videbit̄: in metro locabunt̄. Ego puto regulas latinas q̄tū possumꝰ esse servādas: si tn̄ talia sint vt quātitas minime ꝯstiterit qꝛ barbara aut e barbarꝭ deducta nec ab aliquo egregio poeta in carmē deducta fue rint licebit (vt opinor) ꝑ volūtate nr̄a carminibꝰ ea optare sꝫ optimū fuerit testibꝰ Josepho in primo hebraicaꝝ antiqnitatū. ꝛ Prisciano lib. v. de octo partibus ora tionis extēsione vnius syllabe facere latina aut greca: vt Esromus adamꝰ: ꝛc. Hec sunt illustrissime dn̄e que prenotanda indicavi: qꝛ in his etiam maximos viros hallucinatos esse cognovi: que si nobilitati tue probabūtur / sat habeo. Vale dul cissime dn̄e / o ꝛ presidium ꝛ dulce decus meum. Bergis apud divum Guinnocū festo divi nicasij. Anno domini. M. ccccc x.

*In modico opere fugiēda licentia.

Necessitas poetica.

*Noīa aspera poete mutant

❡ Joannes Despauterius Niniuita Joāni Laurētio Hasebroucano musico nobili atqꝫ ingenuarū artiū pro fessori perdocto et suo amico primario. S. P. D.

Primū artis versificatorie nr̄e librū tibi mi Joānes Laurēti meorū amicorū prime ob maxima tua mihi collata beneficia nūcupo: eo quidē animo vt iam totis viribꝰ ꝯtra emulos bla terones defendas vnacū amico cōmuni Eustachio scoto ho mine illo facile doctissimo: cui vel nocte intēpesta patent mu sarū ianue. Clamāt indocti hoīes. rem me indignā fecisse qꝛ repudiato Alexādri Galli doctrinali voluerim senē illū de pō te (vt aiūt) deijcere. Uociferātur me esse novitatis fatue exco gitatorem: vt qui contra ecclesie vsum plurima perversissime doceam. Decani: canonici: officiales: episcopi: ita cannnt ꝛ legunt (inquiunt isti. vt Alexander precepit: ꝛ audes: ꝑfiteri te his doctiorē. Qui hec in me obducto super cilio clamitāt: indoctissimi sunt. Nempe in quecūqꝫ authorem veterē inciderint nō magis intelligūt q̄ rudimētarius puer. Uerg. volunt iuriscōsulti dici ꝛ necdū sci

rentisdigestoꝝ ꝓemiū grāmatice declarare. Poetas vituperāt: ⁊ ignorāt Homerū ab Justiniano oīs virtutis ⁊ sciētie parentē appellari. Peripateticos seuocāt ⁊ qđ nomē id sibi velit penit⁹ nesciūt. Aristo. putāt se sophiste isti vesani doctiores q̄ lōgius absunt ab Aristo. q̄ȝ a philomela passeres. hi solis nugis incūbūt: ille ⁊ rhetoricā ⁊ poeticē nō mō cognouit: sed etiā de vtraq̄ȝ libros elegātissime cōposuit. Phi Boe. acutiores videri volūt: ⁊ sexagenarij ꝓmū illi⁹ carmē sine ꝯmentarijs declarare nequeūt reliq̄ nisi vt carmia scripta forēt: carmia esse nescirēt. His si placere velle: glossā notabilē in Alexā. aut grecismū aut facetū legerē: sic haberēt siles labra lactucas. notū est asinos straminꝰ malle q̄ȝ aurū. Uerū nō tanti est nebulonibus placere vt a musis ad barbariē veliȝ vnq̄ȝ deficere. Ualeāt itaq̄ȝ cū sua iscitia vitilitigatores: reꝑhendāt scripta mea: vt libet: nō pili facio dū intelligā me doctis placere. Oratū te velim dulcissime Joānes Laurēti vt librū hūc hilari vultu suscipias in quo ⁊ alijs a doctis iuste quicq̄ȝ reꝑhendi videris: id ne me celes: ⁊ illis p̄ me grās agito. siq̄dē id cādide fecerint: ⁊ rogato erratis meis ignoscāt: neq̄ȝ ēm me pigebit (vt Prisci. ꝟbis vtar) dū viuo ⁊ hec q̄cunq̄ȝ scripsero vel mea diligētia: vl' amicoꝝ monitu: vel inuidoꝝ vituperatione (si iusta fuerit) emēdare. Uale amicissime Laurenti. Ex Bergis. xvij. Calendas Januarias. Anno. M. ccccc x.

Carminis et metri seu versus definitio.

Carmen.

Carmen est orō strictiori pedū lege coercita ⁊ ornatissimū dicēdi gen⁹. Hec est definitio quā dat Mātua. i apologetico suo. Carmē ꝓpe dr̄ totū poema: vt tota elegia: totū epigrāma: i q̄ sēsus est ꝑfect⁹: ⁊ aliq̄n vnic⁹ ē ꝟs⁹. Uer. iij. eñ. Rē carmine signo subiūgit. Aeneas hec de Danais victorib⁹ arma. subaudiēdū est ꝟbū posuit. Inuenies carmē ꝓ ꝟsu vbi sēsus est ipfect⁹ apđ grāmaticos: dr̄ aūt carmē a canēdo q̄si canimē: q: cātib⁹ ē aptū: hic ⁊ cāticū ⁊ oda carmē dr̄. Anthore tñ Cesare q̄ bñ legit carmia: bñ cātat: q̄ vo bñ cātat male legit: neq̄ȝ ēm lenocinio vocis: sȝ grauitate q̄dā ꝓnūciāda sūt: ꝑsertiȝ carmia heroica: carmē cremonē. male dixit a carmēte nomē accepisse q: lōgo tp̄e añ carmētē carmia fuerūt vt guagni. ait: sȝ hec rō est ad modū frigida. etēm lȝ carmis vs⁹ lōge añ fatidicā mulierē p̄cesserit: tñ añ potuit ꝟs⁹ ⁊ poema vocari ⁊ nouū a muliere nomē sumere: vt de oppidis ⁊ mōtib⁹ sepissime factū legim⁹. Oui. j. fa. Nicostratē euādri mr̄eȝ a carmie carmentē dictā scribit his ꝟbis. Ipa mone q̄ hēs carmie dictū. Carmiatores ꝓ ꝟsificatorib⁹ Joā. bap. pl⁹ idētidē vsurpat.

*Unicus ꝟsus inter duz carmē dicitur.

Uersus.

Carmē alio noie vs⁹ dr̄: q: vno ꝟsu finito ad ꝓncipiū alteri⁹ ꝟs⁹ reuertimur: aut q: tādiu ꝟti dȝ q̄d ad recte ꝯstituat. hinc exijt Ho. illđ Sepe stylū ꝟtas iterꝫ q̄ digna legi sūt scriptur⁹: neq̄ȝ te vt mireř. turba labores vñ ait i arte. Carmē reꝑhēdite qđ nō mlta dies ⁊ mlta litura coercuit atq̄ȝ ꝑfectū decies nō castigauit ad vnguē. iō dixit se Uer. ꝟs⁹ facere vti fetū effingit vrsus. Uers⁹ ꝓ ꝟsib⁹ sumiř figurate vt miles ꝓ militib⁹. Catul. ad Flauiū. Uolo te actuos amores ad celū lepido vocare ꝟsu Greco noie ꝟsus appellař metrū: q: certis mēsuris dimēsuȝ est. metrū. i. mēsura.

Metrum.

Diome. Metrū est pedū iūctura nūero modoq̄ȝ finita. id nomē apđ grāmaticos oēs in freq̄ētissimo vsu ē apđ alios scriptores ꝑraro inētū. iō Hubertin⁹ cleric⁹ in epi. Cice. ad Lētu. lib. j. dicit hoc nomē sicubi legař cā declarationis locari. verū ego tā sepe hoc nomē offendi: vt nō penit⁹ refugiēdū putē. Quin. lib. j. de institu. ora. poetas metri necessitas excusat. Macro. de sopno Scipi. li. j. Metra canoris ꝟsib⁹ adhibeanř. Pli. iunior ad pōtiū suū Probauerūt inde plura metra. Gel. lib. iiij. c. xvij. Et metrū eē integrū pōt. Mar. lib. iiij. epis. Quū sis ipso bior massiliane. q̄ȝ q̄ ꝯpositos metro Tibul. i Stelle recitat domo libellos. i. mēsura ⁊ ꝯpositione Tibul. amatorios. i. quales fecit Tibul. colu. li. iiij. c. x. Exceptis q̄ retulim⁹ metris ver. sic Ter. Rufin⁹ ⁊ ceteri grāmatici magi tñ poeticū est carmē ꝟs⁹ cāt⁹ ⁊c. Itē modi ⁊ nūeri. sȝ fere plr ꝓ ꝟsib⁹: q: metrū ē pedū iūctura nūero mōq̄ȝ finita. Uer. Nūeros memini si ꝟba tenerē. Oui. Quaq̄ȝ meos ad eas est via nulla modos. Nūeri p̄terea (q̄s rhithmos greci dicūt) sūt ceteroꝝ pedū obſuatio apđ oratores ac alios elegātes scriptores ꝑsertim in finibus clausularū. Cetere orōnes solute dñr: ⁊ ꝓ se: q: metri lege prorsus solute libere ⁊ spatiose prouunt: vt est quotidianus sermo.

¶ De pedibus.

Pes est metrica syllabaꝝ ꝯstitutio. vt de⁹ vnica syllaba pes eē neq̄t nec plꝰ q̄ȝ sex. Dicti sūt pedes q: queadmodū pedib⁹ ambulam⁹ ita ⁊ ꝟsus q̄buldaꝫ quasi pedib⁹ incidere videntur. ad quod videř respexisse Uerg. j. geor. dicēs. Ferte

*Pedes inde dicti.

Amni faunīqꝫ pedē. Dryadeſqꝫ puelle. vt dn̄r pedes qꝛ illis eo modo ſus metimur quo nos pedibꝰ ſpatia. Pedes ſimplices ſunt duodecim. Diſſyllabi quidē quatuor. Triſſyllabi octo: reliq̄ ꝯpoſiti ſunt: ſꝫ nō oēs nobis in hoc libro neceſſarij ſūt idō multos omittemus ad alia ꝓperātes ab alijs non ſine magna neotericoꝝ iactura omiſſa. Qui plꝛes pedes videre cupit: legat grāmaticā Frācisci nigri. aut nicolai Feretti.

Diſſyllabi pedes.

Spōdeꝰ ex duabꝰ lōgis: vt dotes a ſpōde. i. libamentū ⁊ ſacrificiū qꝛ ſacrificātes eo frequenter vtebant̄. Idō etiā pōtificiꝰ dr: ⁊ pes ſtabilis qꝛ cū magna grauitate ꝓnūciat̄. Pyrrichiꝰ ex duabꝰ breuibꝰ: vt deꝰ a pyrricha ſaltatione quā pyrrhꝰ pmꝰ in Creta inſtituit. vt li. vij. ſcribit Strabo leniter ꝓnūciat̄: idō ſaltationi aptiſſimus alij a cōcitatiōe quadā ignea qua mouet̄ hūc pedē dictū volūt. Dicit̄ etiā Periābꝰ.

Trocheꝰ ex lōga ⁊ breui: vt panis. a trechin. i. a currendo vel trocho. i. rota qꝛ in verſu rotatim ac volubiliter fluit. dicitur etiam rutilus ⁊ choreus.

Iābus ex breui ⁊ longa: vt doces. ab iābizin. i. a maledicēdo. Eſt eñ pes verſibꝰ maledictis aptiſſimus. Alij ab iambe puella deducūt appellatur quoqꝫ dauniꝰ ⁊ gradarius.

Pedes triſſyllabi.

Moloſſus ex tribꝰ lōgis: vt mecenas: cuiꝰ modulatiōe ad bellū ꝓcedētes moloſſi epirote dn̄r vſi. hinc moloſſū appellari grāmatici aſſerūt. Hippiꝰ dr qꝛ eq̄ſtri pugne ꝯueniebat. Hippos eñ equꝰ eſt. Vocat̄ quoqꝫ vt niger ait Vertūnꝰ ⁊ extēſipes ⁊ caninus. Tribrachꝰ ex tribꝰ breuibꝰ: vt dn̄s: a tris. i. tres ⁊ brachys. i. breuis.

*Pedes triſſyllabi octo.

Dactylus ex longa ⁊ duabꝰ breuibꝰ: vt ſcribite. a dactylis. i. digitis: vel a dactylis crete populis q̄ hoc pede plurimū vſi dn̄r. Dicitur etiā politicus ⁊ heroicus.

Anapeſtꝰ ex duabꝰ breuibus ⁊ lōga: vt pietas ab anapi. i. repercutiēdo: qꝛ ſono reciproco recurrēdo dactylū repercutit: ob eā rem antydactylus appellatus.

Bacchius ex breui ⁊ duabus longis: vt honeſtas: ſic dictus qꝛ in bacchi laudibꝰ eo vtebātur: producit autē hoc nomen penultimā Rufinus. At finis bacchius erit breuis vltima claudet. Idem principium bacchius erit: concludet iambus: appellatur quoqꝫ Oenotrius/ Tripudius ⁊ ſaltans.

Antibachius ſiue pallimbacchius eſt pes bacchio contrarius ex duabus lōgis et tertia breui: vt audite: ab anti. i. contra ⁊ palin. i. rurſus vel contra. dicitur quoqꝫ latinus: ſaturnius. pro ponticus: ⁊ theſeleus.

Amphimacer vel amphimacrus: vtrūqꝫ recte dr, teſte Neſtore pes eſt conſtans breui inter duas longas: vt trinitas/ charitas. lr̄e ab amphi. i. circū: ⁊ macros. i. lōgus quia breuē circa lōgas habet: dr etiā Creticus: qꝛ cretes ſaltando eius rhythmica cōpoſitione vtebantur. Amphibrachus fit ex longa inter duas breues: vt venite ab amphi. i. circum et brachis. i. breuis: quia circum breues eſt longa. dicitur etiam Scolus: quia ſcolio que erat cythare ſpecies conueniebat.

Reliqui pedes.

Reliq̄ pedes cōpoſiti ſunt ex ſimplicibꝰ. Diſpōdeꝰ ex ſpōdeis duobꝰ: vt mecenates. Proceleumaticus ex duobus pyrrichijs: vt ariete. a ꝓceleum dr. i. exortari et ſuadere: qꝛ ij q̄ ſe ad aliq̄d opus faciendū: ad molē impellēdā vel attollēdā hortantur: frequēter ob nimiā celeritatē hoc pede vtuntur hinc celeuma eſt nauticus clamor quo ꝓreta. i. cuſtos ⁊ gubernator in nauis ꝓra remiges hortat̄. Mart. Lētos tingitis ad celeuma remos. Hiero. ad heliodorū Qm̄ e ſcopulis enauiganit ōro iā epilogi celeuma cantandū eſt in Hieremia. Celeuma quaſi calcantiū concinetur aduerſus oēs habitatores terre. Dichoreus ex duobus choreis. i. trocheis: vt cātilena. Trocheus autem vocatur choreus: quia choris aptiſſimus eſt.

Choriābꝰ ex choreo ⁊ iābo: vt nobilitas. Huic ꝯtrariꝰ eſt antipaſtꝰ: vt legebamꝰ.

Peon ſyllabis quatuor ꝯſtat: quaꝝ vnica ſemꝑ lōga eſt vel prima: ⁊ peon primꝰ dr: vt multiuolus vel ſc̄da. ⁊ peon ſc̄ds appellat̄: vt colonia: vel tertia ⁊ peon tertiꝰ vocat̄: vt veniatis: vel quarta ⁊ peon quartus dr: vt celeritas. Dicitur peon a peōe inuentore: aut qꝛ laudes Apollinis hoc pede cantabantur: qui pean dicitur.

Epitritꝰ ſimr q̄drupl̄r ē: hic ſp vnicā hꝫ breuē: vl̄ pmā ⁊ epitritꝰ primꝰ dr: vt amauerūt vel ſc̄da ⁊ epitritꝰ ſc̄ds eſt: vt cātilene: vel tertiā ⁊ epitritꝰ tertiꝰ eſt: vt diſcordie: vl̄ q̄rtā ⁊ epitritꝰ q̄rtꝰ dr: veluti audiuiſtis. dicit̄ (vt Sulpitiꝰ ait) ab epi. i. ſupra et tris ſemꝑ eñ in his pedibꝰ vna tribꝰ alijs diſcrepat. dr etiā hippius primus ⁊c.

Ionicus a maiori ex ſpōdeo ⁊ pyrrichio: vt preconium ionicus a minori ex pyrrichio ⁊ ſpōdeo. vt Diomedes ꝯuerſe habet in multis libris ꝯtrario modo. Dicti ſūt ionici q̄a [illegible] re dicti.

ionici q: Iones populi in carminib⁹ eo pede vtebant. Pedes pētasyllabos ꝛ hexasyllabos quisquis scire auet: aliunde petat: attuli plures ꝙ is in libris egeam.

Tempus.

Tempus est debita ꝓlatiōis mēsura. Syllaba breuis vnicū habet tps: lōga ꝓo duo tpa cōtinet: q: tm̄ tpis cōsumit in vni⁹ longe ꝙtū in duarū breuiū prolatione. Sunt qui dicant natura longā habere tria tpa, vt de⁹. Sola vocalis ꝓprie quāta d: syllaba ꝓo gratia vocalis. Pedes eorūdē tēporū ꝓ seinuicē interim locant ꝑsertim in comedijs: quales sunt spōdeus/dactyl⁹/anapestus/amphibrachus/ proceleumaticus: ꝛ d: resolutio: q: pes in pedē per tpa resoluit. De proportione ꝛ alijs nō inutilib⁹ sed nec multum necessarijs videte si vultis vel nigrum vel alium: nobis hec sufficiunt.

*Sola vocali ꝓprie ꝙta dicit.

Hexametrum carmen: eiusq; compositio.

*Hexametrū heroicū d:.

Hexametrum senis carmen pedibus sit: ꝛ vsq;
Dactylus est quintus: sextam sibi vult regionem
Spondeus: reliquisq; locis sit vterlibet horum.

Carmen hexametrum sex pedibus constat: nūero quidē sex: genere vero duobus tm̄ spondeo ꝛ dactylo. quintus locus dactylū sibi perpetuū vendicat: sextus vero spondeum: reliqui hunc vel illū vt volum⁹. Exempla sunt ex Uergilio. Panditur interea domus oīpotentis olympi. Luctātes ventos tēpestatesq; sonoras. Musa mihi causas memora: quo numine leso. Siluestrē tenui musaꝫ meditaris auena. Scāde .i. pedes distingue sic. Pāditur: intere: a domus: omnipo: tentis o: lympi ꝛc. Hexa .i. sex. metron .i. mensura q: sex pedū ictibus ipsum metimur. Hoc gn̄e scribim⁹ heroū: regū: ꝛ principū gesta cū laude: sed longe sublimiori stylo ꝙ res rusticorū: pastorū: aut satyrice hoim vitia ꝛc. Unde heroicū dicitur quum Heroū gesta eo genere describūtur. Quū alie res hexametris exarātur: licet ijdem maneāt pedes: heroicū ꝓprie nō dicetur. Pythiū appellatur: quia Pythij Appollinis oracula hexametris dabantur. Homericū ab homero nuncupatur: q: res gestae regumq; ducumq; ꝛ tristia bella, Quo scribi debent nūero mōstrauit Homer⁹ Hexameter versus latine senarius nominatur. epos etiam hoc genus vocatur. sed videamus qui nam pedes licenter admitti inueniantur

Pedes nothi siue illegitimi in hexametro.

Hec te legitime docui: nam sepe poete
Ipsa minus seruant: tu quanta licentia cantus
Est permissa vide: nequando turpiter erres.
Nanq; rei grauitas quinta in regione locauit
Spondeum: veluti magnum Jouis incrementum.
Datq; pedes alios Maro. Tu puer elige legem.

Heroici versus pedes legitimi .i. ex carminis lege debiti sunt dactyl⁹ ꝛ spōdeus admittunt tn̄ nothi .i. illegitimi per poeticā licentiā: quā cauebis q: rara occurrit: nec nisi in magnis operibus eorū poetaꝝ qui extra oēm inuidie aleam positi sunt Poete itaq; in qnta regione sepe spōdeum locāt vbi rei grauitas ꝛ maiestas significatur: aut mereor ꝛ lāguor tamē id raro est faciendū. Uerg. Chara deum soboles magnū iouis incrementū Idem cornua velatarū obuertim⁹ antemnarū. Idē. Tu ne ille Aeneas quem dardanio Anchise. Et lib. ij. en. Armatūq; auro circunspicit oriona. Et iterum. ij. ene. de Sinone maximā tristitiam languorēq; simulante. Cōstitit atq; oculis Phrigia agmina circunspexit: vbi etiam bis vsus est synalepha: vt viuacius: vt lāgor ille representaretur. Similia in Lucretio/ Ouidio: ceterisq; reperies: sed ferme dactylus tunc quartum locum sibi vendicat. Addam vnum ex

*Dactylus iterdū in sexto loco ponitur

Propertij libro.ij. Sunt apud inferos tot milia formosarū. Pulchra sit in superis sex vna locis rarissime sunt sex spōdei. Ennius (vt est apud Crinitum lib.xxij.cap. vij.) Cives romani tūc facti sunt cāpani hi versus spōdaici dicunt. Quoqꝫ sexto loco est dactylus sed vix nisi hypermeter locū habeat. Verg. At tuba terribilē sonitum procul excitat horrida: ob eā rē tales versus dactylici appellant. ¶ Reperiuntur et alij pedes in diversis locis hexametri: qui sunt iābus anapestꝰ: pceleumaticꝰ nisi cesure licentiā esse velis. Tu licentiā cavebis nisi iā tātus sis: quāti hi apud quos ea licentia reperitur: ꝛ tū ita cautela ita parce licētia vteris vt veteres. Afferā e diversis authoribus nōnullos versus in quibus nothi pedes sunt: id autem preceptor mediocriter doctus facile declarabit. ex Vergilio hos versus annotavi.

Liminaqꝫ laurusqꝫ dei: totusqꝫ moveri.
Dona dehinc auro gravia: sectoqꝫ elephanto
Muneribus tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager. ¶ Versus etiam spondaicus est.
Mortem contemnunt laudato vulnere gete.
Fluviorum rex Eridanus camposqꝫ per omnes
Addidit ꝛ nate turniqꝫ canit hymeneos.
Tenuia nec lane per celum vellera ferri.
Tityre pascentes a flumine reice capellas.
Genua labant: vastos quatit eger anhelitus artus

¶ Invenio similia apud alios. Sil. lib. vj.

Cetera sinuatis glomerant sub pectore gyris. Et lib. vij.
Ducit sinuato captivum ad littora lino. Lucre. lib. iiij.
Aciebus binis quoniam res confit vtraqꝫ. Sil. lib. j.
Genua libat: fessiqꝫ humeri gestamina laxant. Et lib. iiij.
Tenuia vix summo vestigia pulvere laxant Colu lib. xj.
Tali solum vel parietibus vel sepibus hirtis.

Claudatur. ¶ Notabis autē documentū Servianū in illud Verg. j. geor. Tenuia nec lane per celū vellera ferri vbi ait Servius pceleumaticus p dactylo: quā rem quotiescunqꝫ facit Verg. Servat locū Syneresi vt in. ij. ene. Sectaqꝫ intexunt abiete costas. In eodem. Labat ariete crebro. Et iterū in eodē. herent parietibus scale Synẽresis est duarum syllabarū in vnā propter versum contractio sic tenuia fit dactylus sic ariete: quasi u vel i vocalis fiat cōsonans. sic in Sillio excusari possunt sinuato ꝛ sinuatis ꝛ id manifestum est apud Propertiū libro. iij. Induit abiegne cornua falsa boni. *Synẽresis*

¶ Ultima versus anceps.

Ultima cuiusqꝫ est communis syllaba versus:
Ne credas esse in sexta regione trocheum.

¶ Ultima syllaba cuiuscūqꝫ versus est anceps. i. cōis sive ad placitū: vñ ait Rufinꝰ At finis Bacchius erit: brevis vltia claudet. Lōga sit an ne brevis nullū discrimē habetur. Idē docēt Quint. ꝛ Cice. ꝛ nos sepe ostēdimus. ideo lꝫ vltia hexametri videatur brevis nō est trocheus. Verg. Si quis habet nūmos veniēs: exibit inanis.

¶ Pentemimeris cum alijs cesuris.

Per pentemimerim brevis est producta licenter.

¶ Pētemimeris est vbi post duos pedes manet syllaba partē orōnis finiēs veluti Oia vincit amor: hic post duos pedes oia vincit a: maneqꝫ syllaba mor finiēs hanc orōnis ptē amor. Cuiusmodi syllaba invenit licēter pduci si naturaliter sit brevis ne dicat tertio loco esse iābꝰ quē nō recipit heroicum teste Quint. in li. j. de insti. ora. Ver. in buc. Oia vincit amor: ꝛ nos cedamus amori. Et alibi. At tibi tymbre caput Evādrꝰ abstulit ensis. Hac licētia parce vtendū est. nā Servi. in illō v. cū Cede deo dixitqꝫ ꝛ prelia voce diremit. Que liquit vacat metri causa ꝛ maluit perissologiā facere q̄ vti cōmuni syllaba: q̄ frequēs vitiosa est: hinc Terētianus. nec tāta in metris venia cōcedit vti: hec Serviꝰ. Erravit igit Alexāder cū multis alijs nimis sepe hac licētia abusus. Minus aūt vituperanda est: vbi syllaba in cōsonātē desinit q̄ vbi in vocalē. Verg. ij. enei. Nostrorū obruimur: oriturqꝫ miserrima cedes non est: (vt male putat Alexander) tribrachus sed dactylus. Iuve. saty. j. Et latum media.

Heroicū carmen nō recipit iambum.

sulcū deducit arena ponit exēplū hoc Frācisc⁹ niger: cui in Iuuenalē cū Calderi-
ro astipulat̄ Badius. Mācinell⁹ vero dicit ablatiū: ꝛ in antiquissimo libro ꝑ glossu
la q̄ appositū esse Apud Uerg. iiij. ene. eiusmodi syllaba ꝓpter heptemimerim pro-
ducit̄ in vocalē desinēs post treis pedes. Dona dehinc auro grauia sectoq₃ elephā

Cesura.

to imperat ad naues ferri. Serui⁹ ait grauia finalitatis grā ꝓducit̄ sed satis aspe-
re nā in nullā desinit cōsonantē vt oia vincit amor ꝛc. Nūc vt oia recte cognoscant
videam⁹ q̄d sit cesura: ꝛ q̄ illius spēs. ¶ Cesura est sectio partē orōnis finiēs: ꝑcus-
sionisq₃ decorū reddēs ictū: vt oia vincit amor: vbi syllaba breuis (q: ꝓpter cesurā

* Cesurarum spēs.

necessario q̄escim⁹) vnū tps lucrifacit ꝛ ꝑ lōga habet̄ vt iā dictū est. Cesure etiā ar-
ticuli dicunt̄ ꝛ grece comata. Cesurarū spēs he sunt. Pētemimeris. Hemipēteimi-
meris. Trochaica tertia. Trochaica quarta. Heptemimeris. spondaica. buccolica.
De prima sat dictū est. Pētemimeris d: latine semiq̄narla a pēte. i. quinq₃ ꝛ hemi. i.
semi. extrita aspiratiōe vt in philipp⁹ ꝛ argyrip⁹ ꝛ metri diuisio q̄si diuisio semiq̄na
ria. Nā duo pedes ꝛ semipes q̄ vna syllaba cōstat faciūt dimidiū q̄nq₃ pedū. Si q̄s
tū velit ꝑ aspirationē: eo nō ꝑ is in fine pētemimeres non pētemimeris scribere cū
Aldo: minime reclamauero videto ipse aliq̄n Alduz. ¶ Hemipentemimeris quasi
dimidiū pētemimeris: est quū post pedē primū manet syllaba partē orōnis finiēs
ratione cuius breuis nōnunq̄₃ ꝓducit̄. Luc. li. ij. Dum sanguis inerat dum vix ma
terna peregit. Iuuena. Quis nescit aut quis non vidit vulnera pali sic plura licet
aliter possum⁹ q̄dā excusare vt alibi videbim⁹. Trochaica tertia cesura (si parce mi
sceat̄) oppido q̄₃ incōda ē vbi post duos pedes manet troche⁹ partē orōnis finiēs
Uer. Non oēs arbusta iuuāt humilesq₃ mirice. ¶ Trochaica quarta est vbi idem
fit post tres pedes exēplū facile inuenies. ¶ Heptemimeris est vbi post tres pedes
manet syllaba partē orationis finiēs. Uer. Quo vitā dedit eternā cur mortis ade-
pta est, Conditio? Latine semiseptenatia diuisio dicit̄. ab hepta. i. septē: hemi. i. se-
mi ꝛ meri. i. diuisio. In dicto exēplo est trochaica secunda: vbi post primuz pedem
manet trocheus partē orationis finiēs qd̄ vbi contingit nō inuenuste oino abest
trochaica tertia cū pētemimeri vt in hoc ipso exēplo. Alioqui si trochaica tertia ab
sit aut pētemimeris carmen claudicare: ꝛ quasi podagra affici videbit̄. Inuenies
tamē carmina apud doctissimos: vbi pētemimeris atq₃ omnis trochaica abest: ali-
quando etiaz vbi nulla cesura est. sed hec que rara sunt estimātur in pulcherrimo
corpore nō dedecentes neuuli: quos tamē vt possumus maxime vitabimus: q: de
hac re Terentianus teste Seruio dixit. Raruz cōcedam: fieri nō posse negabo. Ho
ratius in libro secundo sermo. Ut te Nasidieni iuuit cena beati. Sine vlla cesura
versus est. Duri sunt hi versus eiusdē: q: heptemimerim tantū obtinēt. Nec facun
dia deseret hūc nec lucidus ordo. Si defendere delictū q̄₃ vertere malles. Uer. Sic
amor oēs vnus habet: decernere ferro. Idē. Esto nūc sol testis ꝛ hec tibi terra p̄cā-
ti Idem. Addā cerea pruna ꝛ honos erit huc quoq₃ pomo. Scda pes rarissime est
nisi dure admodū integra dicti. Elegās est vbi nullus pes est integra dictio: vt iu-
stitiaq₃ dedit gentes frenare superbas. Itaq₃ ex eisdē verbis alius rusticū carmen
efficiet: alius elegās aut nō inuenustū: vt Hos p̄ceptor nobis versus discere iussit
Hos nobis versus preceptor dicere iussit. ¶ Spondaica est vbi quartus pes spon
dens finiēs orationis partem. Ut Albaniq₃ patres atq₃ alte menia rome. ¶ Buc-

* Elegās est carmē si nullus pes sit integra dictio.

colica: vbi quartus pes dactylus est partē orationis finiēs. vt Nos patrie fines: et
dulcia linquim⁹ arua: ꝛ tm̄ de cesuris. Caueas aūt licētia de qua locuti sum⁹. Uer-
gili⁹. xij. eñ. Cōgredior fer sacra pater ꝛ cōcipe fedus. Idē lib. xj. eiusdē. Oratis equi
dezir vnus cōcedere vellē. Quod Uer. dixit. Addam cerea pruna ꝛ honos erit huic
quoq₃ pomo volūt durū esse nō ob id solumq₃ abest trochaica vel pētemimeris: ve
rum etiā q: quintus pes in dissyllabū durius erit. Ceterū nullo modo rectius dul
ce ab amaro dignosces ꝛ separabis q̄₃ poetas optimos quotidie relegēdo. Ne exi-

Heronici decorū breuiter perstrincte.

stimer tū hūc laborē refugisse: vt breuissime potero: heroici decorū perstringā. In
subitanea re insurgūt canore quinq₃ dactyli cōtinui veluti. Pandit̄ interea dom⁹
oīpotentis olympi. De spōdaicis dictū est ꝛ de cesuris. ¶ Herotca maiestas in pri-
mis diligit pluriū in se versuū implicationē: quā cathenā appellant. Ita vt ante
tres aut quatuor versus raro sensus perficiatur. Tale est principiū tertij eneidos
Postquam res Asie priamiq₃ euertere gentem. Immeritam visum superis cecl-
ditq₃ superbum ilium ꝛ omnis humo fumat neptunia troia. Diuersa exilia ꝛ de-
sertas querere terras Augurijs agimur diuum. ¶ Nonnunq₃ tū pulcherrimū sine

rit egregiã aliquã sententiã vnico versu ↄcludere: veluti. Tãte mollis erat Roma nã condere gentẽ. ⁊ tantũ eui mutare valet longeua vetustas. ¶ Venustũ⁊ momẽ tosum est repetere aliqñ dictionẽ in hunc modũ (verũ semp meminerim⁹ nihil esse odiosius affectatione) Sequitur pulcherrimus astur. Astur equo fidẽs Ardẽtia lumina frustra. Lumina nã teneras arcebant vincula palmas. Sic Persius. Tum vetule auriculis alienis colligis escas? Auriculis quib⁹ ⁊ dicas cute pedib⁹ ohe. ¶ Neqꝫ idecoꝝ est illud si parce fiat. Multa sup priamo rogitãs: sup hectore mul ta. ¶ Quid illud nõne vehementissimũ. Tu spes: nũc vna senecte. Tu requies misere: decus imperiũqꝫ latini Te penes. sic. Tu mihi quodcũqꝫ hoc regni: tu sceptra iouẽqꝫ. Cõcilias tu das epulis accũbere diuum. Magnã ꝓfecto vehemẽtiã habet cũ gratia vbi opus fuerit huiusmodi repetitio. Polytissimũ censet heroicũ qđ in principio habet spondeũ non finientẽ orationis partẽ sequẽtibus duob⁹ dactylis in hunc modũ. Defecisse videt sua nũc promissa reposci. ¶ Desinit pulchre in trissyllabam nec male in dissyllabam: durius aũt in tetrassyllabã pentassyllabãqꝫ dictionẽ: durissime vero in monossyllabã nisi encletica sit: aut animalis nomen: aut nisi monossyllaba precedat vt procumbit humi bos ⁊c. Obseruationes non semp reperies: nempe ex industria grauissimi poete negligẽtiores interim videri volũt neqꝫ eñ vnus aut alter neuus dedecet corpus egregiũ. Longe plura reliqui grãmatici afferunt nobis hec paucula sufficiunt. reliqua ex ipsis poetis multo copiosius ꝙ ex grammaticis percipienda: missa facimus.

* Heroicũ carmen perraro in monosyllabã desinit dictionem.

¶ Pentametrum carmen.

Pentametrum vult quinqꝫ pedes: pes tertius esto:
Semper spondeus: quartus quintusqꝫ anapestus.
In reliquis spondeus erit vel dactylus: vt vis.

¶ Pentamenter versus cõstat quinqꝫ pedib⁹: quorũ tertius semper sponde⁹ est: quartus ⁊ quintus anapesti: reliqui spõdei aut dactyli vel hi mixti vt vis. semper aũt assit pentemimeris. Mar. Oibus inuideas liuide nemo tibi. Scande. Omnibus: dactylus. inuide, dacty. as li. spõdeus. uide ne. anap. mo tibi. anap. Nũqꝫ tertio loco est iãbus qꝛ per cesurã fit spõdeus licet id cauendũ sit: vt dixi. Ouid. Arte lenis currus: arte regendus amor. Nec vltimo loco aliqñ est tribrachus: q: vltima cuiusqꝫ est cõmunis syllaba versus hũc scandẽdi modũ: video veteribus placuisse Quintilianus lib. ix. de ꝯpositione. Optime est finis iunctus anapestus. vt qui si pẽtametri finis. Ouid. in lib. iiij. de põto ad Cupedinẽ ait. Tu mihi dictasti iuuenilia carmina primum. Apposui senis te duce quinqꝫ pedes. Sido. in prefatione de laudibus Narbonis. Misisti mihi multiplex poema. Doctum: nobile: forte: delicatũ. Ibant hexametri superbiẽtes. Et vestigia lũcta sed minora Per quinos elegi pedes ferebant. Aliter scandunt Guaguin⁹ / Verulanus / Nebrissensis. nec damno: quia idem genus sepe diuerso modo metiri possumus: neqꝫ authore carent: q: in centimetro Seruius ait. Elegiacum cõstat pẽtemimeri: prima heroica: secũda dactylica vt est hoc. Meret diffusis flens elegia comis. Elegiacũ. i. versus pentameter: cõstat pentemimeri heroica. i. duobus dactylis vel duobus spõdeis: vel spondeo ⁊ dactylo: aut cõtra ⁊ syllaba partẽ orationis terminãte que longa est: vel positione vel sua natura vel cesure licentia. hinc sequitur pentemimeris dactylica. i. duo dactyli ⁊ syllaba. Et si dicas pẽtameter dicit̃ a pente. i. quinqꝫ ⁊ metron. i. mẽsura. ergo habet quinqꝫ mẽsuras seu pedes. dicũt duas illas syllabas cesuraꝝ quasi vnus pes sit: facere mensurã quintã. Inuenies tñ pentametrũ sine cesura heroica: sed admodũ dure: quare nõ imitari vellẽ modo Catullus ad Januã. Speraret nec linguam esse nec auriculã. Idem ad Melliũ. Muneraqꝫ ⁊ musarũ hinc petis ⁊ veneris. Ibidẽ. Qua veniens vna atqꝫ altera rursus hyems Ibidem. Troia virũ et virtutũ omnium acerba cinis. Idem ad amicũ. Illaꝫ affligit odore ipse perit podagra. Idem ad ingratã. quã modo qui me vnum atqꝫ vnicũ amicum habuit ⁊ ad Lesbiã. Nec desistere amare oia si facias. Ex his liquet Catullũ in hoc gñe fuisse interiꝫ duriusculũ. ¶ Desinit pentametrũ venustissime in dictionẽ dissyllabã: nec male in tetrasyllabã pẽtasyllabãqꝫ. interiꝫ etiã in hexasyllabã. Durius aũt i trissyllabã.

* Pentametrũ sine cesura interdũ inuenitur.

Pentametri decorũ.

¶ Monosyllaba pducunt: vt me te se de hic demūtur ɔiūctiones encletice: q; ve: ne: ꝛ in cōpositis quisq; nōne ꝛc. Que nomē ꝛ verb interiectio ꝑ diphthōgō pducū tur vt ne ꝑ vtiq; ꝛ certe ne ꝓhibendi pducit. vt etiā i cōpositis neq̄s neq̄n. Syllabice adiectiōes nō dictiōes monosyllabe sūt: sꝫ vltie dictionū syllabe iō corripiunt velnti huiusce illice tute tuapte. Lucre. li. j. Accipe pterea que corpora tute necesse est. ¶ Producunt aduerbia in e ab adiectiuis scđe declinationis siue ɔparent siue nō: vt pie egregie eq̄ ꝓpere sūme eximie ꝛc. Tibul. lib. j. Quid ve pie dū sacra colis pureq; lauari. Te nemini ꝛ puro secubnisse thoro. Ideo nō satis docte pie corripitur i hymno de diuo Laurētio. Intulit celo pie laureādū. Sap. est. Iuue. Attic⁹ eximie si cenat laut⁹ habet. Ennius. Egregie cordatus hō. Uale. Flac. li. v. Dixerat asꝰilli ꝓpere mōstrata capessunt limina a ꝓper⁹ a. um. qđ sepe leges. Silr pduces apprime. Uer. aut correptiōis grā apprima ꝑ a dixit vt torua ꝑ torue. Flos appria tenax autor est serui⁹: lꝫ refraget Nestor corripiunt tn̄ bn̄ ꝛ male. atq; mage ꝑ magis. Ouid. Nō bene ɔueniūt. Idē putat male semel pduxisse. vt in. j. de arte. Sepe male dixit ꝛc. id verū nō est q: mane legēdū ē a maneo: lꝫ ꝑ mēdosos codices decepti plurimi aliter legerint nō sine puersitate sens⁹ lege itaq; sepe mane dixit quū iā ꝓperat achilles: ipā achillis amica sepe dixit achilles mane cū achilles ꝓperaret ad bellū Troianū ꝛc. ipressio aldina vt q̄dā alie mane hꝫ nō male: aduerbia superlatiui gradus vn̄cūq; fiūt pducūtur. vt maxime: minime: lꝫ ꝑ nō sumat fortissime poenissime a poene qđ corripit. ꝓpt⁹. Sic erepta mihi poene puella mea est apđ Oui. vbi poene vr̄ pduci poni legēdū ē teste Bebellio ɔtignos poni scipio magne tuis.

*Male. * Ouid. nam male q̄d suades vtinā bn̄ cogere posses.*

Aeque.

¶ Aeque pducit tm̄. Hor. in. j. epi. aeque paupib⁹ pdest locupletib⁹ aeq; aeq̄ neglectū pueris senibusq; nocebit. sūt q̄ male credāt corripi in. vj. Thebaidos vbi eque est prepositio e: ꝛ cōiūctio q̄. Debitus eq̄ tuo venit hec iniuria voto. i. ꝛ hec iniuria venit e tuo voto. Produc. fere serme ꝛ ohe vide vocalē an̄ vocalē. Iuue. Nobilis ꝛ varia est ferme natura malorū. Idē. Nulla fere cā est in qua nō femina litē Mouerit. Ausonius semel corripiet Bacche vocatiu⁹ seu poti⁹ interiectio bacchātis pduci inuenit. hora. lib. iij. Usq; ad mala citaret iō bacche mō summa voce ꝛc

Ferme.

¶ I in vltimis.

I longum pono: vocitantem contraho terne:
Sepeq; grecorum ternum: minoidi testis.
Sed nisi siue quasi: mihi ibi sibi vbi variabis.
Et tibi iunge cui tantum breue moli locatur.

Uocatiu⁹ tertie. Pari. oui. in epl̄a helenes bella gerant alij tu pari sp ama. Dtūs tertie Palladi. Tethydi. Tethy. Minoidi. Phyllidi.

¶ I pducit. Mar. lib. viij. q; vellē fieri mens libellus. phal. est. Corripit ꝓo cūctus tertie vocatiu⁹. Uer. O crudelis Alexi nihil mea carmina curas. Mirabar q̄d moesta deos amarilli vocares. Oui. Nō tibi sic dices phylli seq̄ndus erā. Papi. Achil. j. Quo rapis ingentē magni chironis alūnū Femineis nerei dolis Sulpiti⁹ male credidit h vltimā in nerei pduci: q: sic pduceret p̄ma i dolis: qđ manifesto falsū est corripite itaq; sine vlla exceptione oēm vocatiuū tertie. vt parithety. theti themi. ꝛc. Datiuus tertie grecus corripi inuenit potes etiā pducere vt testat Geor. valla li. xxxviiij. ca. xiij. Papi. j. achil. Palladi littore celebrabat scyros honoꝝ forte dieꝫ. Catull⁹ đ coma berenices. Luce aūt canethetyi restituor. Uale. Flac. li. ij. ꝑ duas syllabas thety. in datiuo extulit dicēs. vndae. Quaꝫ thety reposta dies glaucoq; repostā Solib⁹, ꝛ canis vrebat luna pruinis. Catul. i argo. Tū thetidi pater ipē iugādū pelea sensit hic datiuus pducit. Ibidē Morte ferox theseus qualē minoidi luctū obtulerat mēte immemori. Sabin⁹ in epl̄a demophoōtis ad phyllidā. Phyllidi demophoon patria dimittit ab vrbe. Properti⁹. Tindaridi poterāt gaudia terre sua Eiusmodi datiuos a genitiuis crescētib⁹ Ald⁹ credit nō posse pduci nisi rōne cesure variabis in litera posita. inter q̄ nisi quasiq; rectius corripiunt. Cui sepius monosyllabū est. Aliq̄n dissyllabū est variat. Ouid. Et quasi discedēs oscula sūma dedi. Lucre. li. ij. Et deuicta q̄si cogat ferre paliq;. Ruf⁹ in arato. vt nec curua q̄ sit declinet cornua nec tū. meli⁹ corripit. q: cesure licētia videri pōt: vt apđ Sidoniuꝫ in epitalamio Polemij. Sint tm̄ penitusq; nisi nihil esse pbent. Pertinuimi tn̄ grāmatici adeo refugerūt cesure licētiā. vt ꝑ pncipiū trij pedis sepe pbauerint ɔtitates veluti. Cōiūctio Anchisa veneris dignate sugbo ꝛc. Oui. Si nisi q̄ facit poterit te digna videri. Nulla futura tua ē: nulla futura tua: ē. Corripito libēti⁹ q̄si ꝛ nisi: de cui aliq̄d diximꝰ i. j. li. Mar. li. xij. Et credit cui post humilia diues. phal. ē. Posthu

Quasi.

Nisi.

Cui.

milia a posthus deductum: femine nomen est. Idem lib.xj. Collatus cui gallus est priapus.phal est. Capel.lib.j. Et cōpar studio sed cui terreus Ortus propositū in sydera tendere. duo sunt asclepiadei ṽsus. Idē in eodē lib. Cui pandit aula tonantis. versus est anapestic⁹ dimeter catalecticus. De reliquis testimonia facile occurrēt Ouid. Moly vocāt superi. author priapeoꝝ. Quo cur moly vocat mētula moly fuit Est herbe nomen. Epy. Ferettus dicit variari Pompilius teste Bebelio dicit variari indeclinata gūmi nauci. Ego testimonia poetaꝝ veterū desydero. Melo.i.mel corripitur in compositis: vt melimela. Lucre.lib.ij. Sicuti quadrupedū dixit. nisi liber mendosus est. Corripitur vti in composito aduerbio vtiꝙ.

Moly.

¶O in vltimis.

O.

O commune datur. Produc monosyllaba iungens
Cum terno sextum: Atꝙ aduerbia nomine nata.
At variabo cito cum sedulo mutuo crebro
Seroꝙ. sit curtum modo solum: sed breuiari
Ergo pro causa non vult. Produco quaterno
In casu nomen fit cuius in us genitiuus.
O patrij produc: variaꝙ gerundia vera.

¶O variatur: vt cato leo apollo agamenno. licet grece in on per ω mega scribātur. Scribo ꝛc. verba. sed Seruio teste scio nescio ego ꝛ duo solū corripiuntur. ꝛ in his (pfecto vt cum Seruio sentio) correptio est melior. Ego tñ interim ꝓducit. Verg. in diris. Ausus ego primus castos violare pudores. Auso. Sicut ego solus me q̄z paupior. idē ego. separor vn⁹ ego s3 ptē sumo minorē. Nestor plura testimonia affert: s3 suspecta. Prop.li.iiij. Tuscus ego tuscis orior nec penitet inter ꝑlia volscinos deseruisse focos. correctissimi libri hñt thuscus ego ꝛ tuscis. idē in.ij. Frater ego tibi sum filius vnus ego. Emēdatiores libri hñt. Frater ego ꝛ tibi sum filius vnus ego. Oui. in epi. Sed q̄d ego reuoco: dictis his omen abesto. aliq̄ libri hñt. Sed q̄d ego hec reuoco. sic eñ legit Aldus. ꝛ dicit apud Papi. legi: sed q̄d ego hec fessosꝙ optatis demoror vndis? Sic alij libri forte mēdosi sunt. ergo cum Aldo solū corripe Producūt u tm̄ monosyllaba: vt sto do flo o ꝓ prepō ꝛ interiectio. Producūt tm̄ dti et ablti: vt dño meo amato tydeo: quē dtm̄: nisi menda sit ꝓ tydi: vt orphi ꝓ orpheo corripuit Papi.viij.the. dicēs. Vos preda ruēti tydeo. In Sido.iij.panch. mēdose legit. Iam tybrim tremuere meū me teutono iuncto ꝓ teutone. q2 recte teutoni ꝛ teutones dicun⁹. Producunt tm̄ aduerbia ex noībus ducta: vt tanto quāto falso manifesto primo: qd̄ tñ corripit apud Aratorē: vt ṽo coniūctio apud Val. Flac. ꝛ Silliū Variant aūt cito sedulo mutuo crebro sero ꝛ ꝑfecto: teste Sul. s3 modo tm̄ corripit Cito etiā vir ꝑductū repies veluti homo ambo ꝛ duo testimonia correptionis facile occurrēt. Sta.j.the. Sero memor thalami meste solatia mortis phebe paras. Idē j.syl. Pectora sero videt. Tibul. Heu sero reuocat amor seroꝙ iuuentas. Quomodo aduerbiū corripi inuenio. Mar.li.x.ad Caiū. Quicq̄d hñt oēs accipe quō das. Idē3 lib.iij. Quū si tam paup quō cecus amat. Ergo ꝓ causa veluti illius ergo tm̄ ꝓduci grāmatici oēs testant: alioq̄ variat Augustus. Ergo ne supmis ꝛc. Hor. Nil tāti est ergo fungar: vice cotis acutū ꝛc. Grecū in o faciēs gtm̄ in us ꝓducit tm̄ o in ntō dtō actō abltō. vt dido: clotho: argo: clio: drymo: xanto: alecto. echo: hero: sappho. Vergi. lib.iiij.geor. Drymoꝙ xantoꝙ ligeaꝙ philodoceꝙ: primūꝙ rōne cesure ꝓducit. veluti luminaꝙ laurusꝙ dei. Pectorib⁹ inhians spirantia ꝯsulit exta. Luca. Du3 sanguis inerat ꝛc. quod notandū magis q̄ imitandu3 esse diximus. Nestor dicit more greco illi facere positionem. Sil.li.iij. At nō dabat vltra. Clotho dura lacus Nestor dicit se apud Lactātiū reperisse recitatū hunc versum. Clotho colū baiulat Lachesis net: ꝛ Atropos occat. Sine dubio ṽsus est ineptus ab imperito aliquo Lactantij libris adiectus: q2 baiulo primā ꝓducere alibi ostendimus ꝛ clotho grece per ω mega in vltima scribit: vt sapho quare ineptus est ṽsus. Quid nisi lasciuas cantauit

Ego.

quomodo Ergo.

Grecū in o xanto.

*Clio. Oui. Non mihi sūt vise clio cliuꝙ sorores. seruāti pecudes ꝛ alibus astra tuis.

Clotho.

Sappho.

sappho puellas. Ouid. in. ij. de remedio. Me certe sappho meliorē fecit amice. Juno variat͛ q₂ latinū est. Grūs in o ꝑducit͛ tm̄: vt apollos apollo. androgeos androgeo. athos atho ⁊ similia per tertiā declinationē atticā. Uer. Androgeo galeā ⁊c. Idem Geor. j. ꝓpter sequentē vocalē corripit actm̄ atho: teste Nestore. Aut atho: aut rhodopē ⁊c. Variabis gerūdia q̄ verbi constructionē seruāt. Productio tm̄ est frequētior Adiectiua aūt gerūdia tm̄ ꝑducunt͛: q₂ noīa sunt nō verba. Uerg. Cantādo in illum ⁊c. Juue. saty. iij. Plurimus hic ager morit͛ vigilando: sed illū Languorem peperit cibus imperfectus ⁊ herens ardenti stomacho. Tibul. lib. iij. Aufer ⁊ ipse meū pariter medicando dolorē. Mar. lib. ij. ad zoilum. Felicē cenā zoile dando tuā. ita legit Tibulli interpres Bernardus Ueronēsis: sed minus recte vt opinor: q₂ libri quos ego vidi longe aliter habent in meliore sensu: vt mihi videt͛: sic Felicem fieri credis me zoile cena. Felicē cena zoile deinde tua. Alphius auitus apud Prisciā. lib. viij. Spatiando paulatim trahit. Est iambicū dimetrū. Auso. de studio puerili. Et melicos lyricosq₃ modos prefando nouabis. Uerg. in catalecto. si Uerg. sit author. Sepe audendo mare ⁊ vincere sepe hyemen. Calphurnius ecloga. ix. Formosior Ida Dicor ⁊ hoc ipsum mihi tu narrare solebas Purpureas laudando genas ⁊ lactea colla. Sedul. lib. j. Sperando tepescit. sic ecclesiastici sepissime.

Gerundia

¶ V et B.

V et B.

*Iuuen. Dūmō nō pereat me die q̄ noctj ab hora

V semper produc. B contrahe. Barbara deme.

¶ V ꝑduc vt Iesu. B corripit͛: vt ab ob. Uer. Arma virūq₃ cano troie qui p̄mus ab oris. Sedul. ꝓduxit: q₂ sequit͛ h que ꝯsonantis vim aliq̄n credit͛ habere. qđ notādū est nō imitandū. ait ergo in lib. iij. Ab hac ergo pedē retro faciamus ⁊ arctū. Corde petamus iter: sic nō imitaberis sibi causa defensum in eodē li. Uir hūilis ⁊c. Barbara in b ꝑducunt͛. teste Nebrissen. vt Job Jacob aminadab qđ peñ. longa latine aminadabus effert͛. teste eodē. Juuēcus. Hoc Jacob etem̄ puteo cū ꝑle bibebat. Georg. Ual. Placen. lib. xxxviij. ca. xxv. dicit tu in ꝯposito tumet corripi a Lucre. dicēte. Tū tumet a nobis ⁊c. sed fallit͛ (vt opinor) Placen. q₂ libri q̄s vidi h̄nt tutemet in meliore sensu. Lucre. li. j. Tutemet a nobis iam quouis tpe vatū Terriloq̄s victus dictis disciscere q̄res. Casu memoratu tm̄ ꝑducunt͛ q̄cq̄d q̄dā dicāt: vt cornu ⁊c. in oī casu.

Tumet. Tutemet.

C.

¶ C in vltimis.

C produc. preter nec donec. Sed variabis
Hic bene pronomen. Fac verbum iungimus isti.

¶ C ꝑducit͛ vt sic. Uerg. iij. enei. Sic oculos sic ille manus sic ora ferebat. Mart. lib. vij. Sic ad letheas nisi Nestore serior vndas. Nō eat: optabis quē supesse tibi. idem semel corripuit: vt lib. ij. ad sextū. Et secū sic vt audiā susurrat. phal. est. nō ausim tm̄ imitari: q₂ semel tm̄ ⁊ forsan mendose corripit͛: veluti ac vt Bebelius notat apud Papi. in. iij. the. Sed gelidis ac inertibus euo. puto mēdā esse ꝓ ⁊ ideo: ac solū ꝓducero. Corripiunt͛ aūt nec donec. Mart. lib. iij. Quāta nec in libycis debuit esse iugis. alibi apō eūdē. Nec armata man⁹ hydre mors vna fuisset: mēda ē ꝓ nō armata ⁊c. vt apō Sil. lib. viij. Celicolū mr̄i nec hoc habitata p̄uinis. mēda est ꝓ nō. Sil. lib. v. Donec abūdanter difuso sanguine late ꝓcubuit moriēs. Hic aduerbiū ꝑducit͛ tm̄: et a veteribus diphthōgo ei annotabat͛ heic. Ualla in Mattheū dicit se id antiquo marmore notasse. Uer. j. eñ. Post habita coluisse samo hic illius arma. Hic ꝓnomē variatur: sed rectius corripit͛: variari testatur Ser. in illud. viij. eñ. Est hic est anim⁹ lucis cōtemptor. Idē in buc. Et vitula tu dignus ⁊ hic ⁊ quisq̄s amores ⁊c. Idez in ij. ene. Hec finis Priami fatoꝝ: hic exitus illū Forte tulit. Hora. Stultus ⁊ improbus hic amor est dignusq₃ notari. Mar. hic est quē legis ille quē requiris. Phal. est. Ouid. Phillidis hic idē tenereq₃ amaryllidis ignes. Idē. xij. meta. Ast ego dū parat hic armis nudare iacentē. Regius corrigendū credit hicce q₂ Priscianus ⁊ Donatus dicunt hic ꝓnomen corripi: aduerbiū produci. mihi placet: propter iam dicta cū Seruio hic pronomen variari. Mataratius ⁊ Ferettus ex Prisciano credūt pronomen hoc variari: quin vetustis libris apud Uerg. hocce erat alma parens legitur quod ꝓductionis grā factū autumant. Mar. lib. v. Consequor hoc vt me nec timeas nec ames. Ouidius. j. fasto. hoc ego pro vobis hoc vos orate coloni. Sed ad hic reuertor vt correptionem ostendam. Uergilius eneid. iij. Solus hic inflexit sensus

*Hec Iuue. saty. x. Quisquis adest socio cur hec in tpe dicet. Hic aduerbium.

anim̄q̧ labantē. Idē in.vj. Hic vir hic est tibi promitti quez sepius audis. ¶ Fac contentiones grammaticoꝝ faciunt vt Badius dixit variari. sic Bebelius q̄z. nam Sulpitius vult ꝑduci tm̄: testimonio Ouidij.in.j. de remedio Durius incedit fac ambulet: oē papille Pectus habēt tumide fascia nulla tegat. Ubicūq̧ vero produci videtur ipse legendū dicit face pro fac. At Nestor Aelius Nebris. ꝛ nicolaꝰ Ferettꝰ dicunt fac corripi tantū: q2 fit a face vbi a corripit: vt sic fac. ꝓ face: veluti fer ꝓ fere. apud Oui. teste Feretto vbi Sulpi. putat ꝑduci corripit. q2 ita legit Ferettꝰ duriꝰ incedit fac obābulet. Nestor aūt Rigā carpit: q2 ꝑduxerat fac dicens in genesi. Tu prior egressum fac ꝛ coniunx tua nati. Ouid. in .iij. de arte. mille fac esse iocos turpe est nescire puella. Idē in epist. Protesilai. Et dicet referat arma fac ista Ioui. Idem Phylli fac expectes demophoonta tuū. Auso. in epig. At transire iube: vel fac vtrū q̧ parē. Martia. lib. v. Signa rarius aut semel fac illuc. phal est. sic in multis alijs locis nec verisimile videt oēs libros esse mendosos. potest itaq̧ corripi. semel nota ui manifesto produci. Ouid in.j. de arte amandi. Hos fac armenios: hec est dancia persis. Hormida corripit in Sidonio. Lac in sereno ꝑducitur: quez imitare donec ex vetere poeta probetur corripi ꝛ tum variabis.

Fac manifeste productum.

¶ D ꝛ T.

D ꝛ T.

D breue ponatur: ceu T. nisi syncopa fiat.

¶ D Corripit: vt apud Bogud. Sic noia in t vt caput amat docet ꝛc. corripiunt tm̄ lz Capella dixerit variari. Ergo sine poetaꝝ veterū testimonio nihil credo grāmaticis: nō nūq̧ ꝑduxero: ꝛ at, caput legit ꝛc. nisi fuerit syncopa ꝛ tūc certe libentius corripuero: lz ꝑducētē non multū rephendero: vt fumat ꝓ fumauit. obit pro obiuit ꝛc. que producuntur quidē: sed nūq̧ extra cesurā. Uergil. in.x. Audijt ꝛ celi genitor ꝛc. At Ouid. iij. met. Pro fontibus ille lacuq̧ interijt. at vos ꝓ fama vincite: vr̄a idem. iiij. fast. Nos abijt oriturq̧ aurora palilia poscor. Idez. li. ix. meta. Nō abijt apte. ꝛc Iuue. Quis nescit aut quis nō vidit vulnera. pali. Oui. iiij. met. arduꝰ i nube ꝫ abijt ꝛ in equore summo vmbra viri visa est. Horati. saty. ix. Quū grauiꝰ dorso subijt onꝰ incipit ille. Iuue. Magnus ciuis obit: ꝛ formidatus othoni. Uerg. lib. ix. eñ. Sceptra palatini sedēq̧ petit euādri. pro petiuit. qd ante mendose legebatur: vt bene docet Politianus in miscel. ca. lxxj. ꝛ est versus spōdaicus. Cui sententie male refragatur Nicolaꝰ Ferettꝰ argumēto nimis friuolo vsus credēs: scz euāder primaz posse corripere: q2 Seruius dicit propria variari. qd falsum esse ꝯtra Seruium manifesto declaraui Et si aliquo modo id foret verū: tñ nō dixisset Seruius in ꝓprijs etiā regulas gñales ꝯfundi hoc est nō ꝯcederet, in ꝓpris positionem corripi veluti anchises aut diphthongō vt autolicus autone eutycus euander eneas eacus eagrus. miror Ferettū hoiem alioqui doctissimū tam pueriliter errasse: sed multi carpendi studio hallucinātur. plura sincopata aliqñ etiā sine sincopa inuenies ꝑducta: sed nūq̧ nisi vbi aliqua cesuraꝝ adest. Ergo ꝯsiliū meū est vt alibi nō ꝑducant q2 similia inuenimus etiā vbi t nō est. Hora. lib. j. car. ode. iij. Perrupit acheronta Herculeus labor asclepiadeū est. Uerg. Pectoribꝰ inhiās spirātia ꝯsulit exta. Ualeriꝰ Flac. Sed qualis ꝛ quanta viris insultet enyo. Uerg. Muneribꝰ tibi pāpineo grauidus autumno. Foret ager. Ergo tutior est etiā in syncopatis correptio. Volim corripiebat nunc in terimit In h ad vocales pertinent: vt vah ah q̄ ꝑducunt. vt dictū est. In p vnicum est vetus vt volup. i. voluptas. ꝛ ꝑducit q̄cq̄d dicāt ceteri. Enniꝰ apō Gelliū lib. xij. ca. iiij. quo cū mlta volup ac gaudia clāq̧ palāq̧. producit quoq̧ Ioseph: vt cetera barbara: q̄ extensione syllabe fiunt latina aut greca penultima longa: teste Nebrissēsi veluti alaric isabel Leonor Guiomar ꝛc. vnde alaricꝰ isabela leonora guiomara ꝛc. Dauid cū Prudentio ꝑducito. lz quidā corripiūt. vt vesperus volunt ꝑduci.

✱ Quid Iuue. sa. x. Hinc causas habuere q̄d ilio. cine tulisset. Iuue. sa. x. Eloquo sed vterq̧ perit orator. vtrunq̧. Perit pro perijt. Petit.

Uolup.

¶ L.

L breue sit. Cum sol sal nil. tolluntur hebrea.

¶ L corripit. vt hannibal hiempsal mel fel. Producunt sol ꝛ nihil cū sal. Oui. ij. me. Ulterius spatiū medio sol altus habebat. Hora. ad augustū. nil intra est oleā nil extra est in nuce duri. Iō errauit inter neotericos poetas doctissimus dicens. Q2 scit in occulta turpe nil eē domo. nihil aūt corripit. Persi. Gigni de nihilo nihil in nihilū nil posse reuerti. Hebrea ꝑducunt: vt cū alijs docet Nebrissensis veluti michael israel michol phicol ꝛc. Erasmus. Uirginitas nitor, argenti sapiētia sal est. sic Papinius ꝛ Ausonius. Tanaquil hetruscum producitur teste Capella.

¶ N.

N produc. Demas an:in & prolem:tamen atq;:
Forsitan & forsan viden:huic conformia iunges.
Quod dat inis curtum est velut on:quod tertia nescit.
Corripitur quartus quando breuis vltima recti est.

On tertie

¶ N. pducit. vt hymen titā delphin: & oia nomia tertie in on quia grece per ω megā scribūt:nec apō veteres poetas qb⁹ fides habēda est illud o corripiūt nisi dēpta n litera in o desinat vt cato leo agamēno apollo &c. nec refert an genitiu⁹ in onis desinat an in ontis penultima longa an breui. Nec facit fidē Sidonius q̄ corripuit lacedemō: vide e ante d. nec hūc secut⁹ Baptista Mātuan⁹ dicēs. Extulit aduersū celebres lacedemō athenas. Nec capella in dictione ammon. vide a ante d. adon. nec arator li. j. dicēs. Hic fuerat simon ille magus. & li. ij. Quid tūc demō agit ne plures. itē Neoterici fidē faciūt: q2 hi oēs a puritate lingue latine interim aberrarūt. Mecū in hac opinione est doctissimus vir Nicolaus Ferett⁹. Ver. j. eñ. sarpedō vbi tot simois correpta sub vndis. Oui. iij. met. Acteon ego sum: dñm cognoscite vestrū. Idē lib. vj. quē sibi pēdio opibusq; virisq; potētē. Hora. in arte psidi⁹ ixiō: io vaga tristis orestes. Oui. in ibin vt macedō icta est rapidis cū cōiuge flāmis. Sic pcor etherei. vi dicis igne cades: pprīū ē mulieris: vñ macedoniā dictā putāt. In his certe penultima gti corripit & tñ on nti apō veteres poetas nūq̄ corripit. Mar. pter aq̄s helicon & serta lyrasq; soror manili⁹. At pcyon oriēs quū iā vicesima cācro ē. errauit in hoc noie dupl'r Bapti. mātuan⁹. vide o añ c. pcyon. Ver. i buc. Formosum pastor corydō ardebat alexim. Et Alibi. Cōpuleratq; greges corydō & thyrsis in vnū. Idē Te corydō o alexi trahit sua quēq; voluptas. Serui⁹ inqt don o a antibachius sed o breuis est pter vocalē sequētē: quasi dicat Serui⁹ dō o a: ex natura vocaliū est antibacchi⁹. i. ille pes ex duab⁹ lōgis & breui: sz q2 aduerbiū o hic pter vocalē corripit ideo fit dactylus. quo circa errant Tortel. & Calepi. in dictiōe tribrachus. dicentes Tribrach⁹ pes est ex trib⁹ breuib⁹ syllabis vt te corydō o alexi. vbi dō o a tribrach⁹ est: quū vocalis añ vocalē breuis fiat. dicere debuissent dō o a dactyl⁹ est. Mirū est tātos viros tā pueriliter errasse. Sed obijciēt forte mihi. Erotiō puelle nomen. mar. li. v. Pallida nec nigras horrescat erotion vmbras. Idē li. x. Hic festinata reqescit erotion vmbra vulgo tituli ita habentur. de herotiōte puella epitaphiū herotionis & p tertiā declinationē declinat hoc nomē calderin⁹ dicēs mar. nomē finxisse a suauitate amoris q2 eros erotis amor est. Ego puto Calde. decipi: & quotqt illi suffragantur. Nā opinor erotiō sine aspiratiōe (lz aliter vulgo fiat) esse secūde declinationis, vt iliō glyceriō planesiō & alia multa: q̄ sepi⁹ apō latinos in um desinūt vt Iliū philenīū glycerīū. & in menechmis Erotion. Martialis aūt in grecitate pmāsit: q2 carmini magis cōueniebat erotiō q̄ erotiū in deriuatione nihil errauit Calderin⁹.

Erotion.

on gti pluralis.

¶ Omne igit nomē in on tertie pducat. pduc etiā oēm genitiuū pluralē cuiuscūq; declinationis fuerit. vt logō cimmerion epigrammatō. Tibul. libr. iiij. Cimmerion etiā obscuras accessit ad oras. Noiatiuus est cimmerij cuius gtūs secundū latinam formā est cimmeriorū. secundū grecam cimmerion. Sunt aūt cimmerij populi: quibus est aer caliginosissimus. hinc est adagium: cimmerie tenebre.

*An coniunctio interrogatiua. Iuue. accipit: et madide facies dicet an hulcus Uiden & similia.

¶ Tolluntur a regula an in cū prole dein exin subin pin: tñ attamē forsan forsitan. An vide a ante t. ater. hinc an ne. Claudianus. An ne ego terrigenas &c. Reliqua facile occurrent: addā hoc Ouidij a Uerulano citatū. Nec tamen emendādo labor. q̄ scribere maior. nota gerundium.

¶ Uiden & q̄cūq; p apocopen ne habēt: vt men p mene ten scin vin ain satin egon nemon dixin &c. Lz Sulpiti⁹ velit men & ten pduci: necmō variari. & Seruius cum Lactantio dicat viden naturaliter pduci: lz Uerg. & Papini. corripiant. Seruius q̄dē in illud Eñ. vj. Educet viden vt gemine stant vertice criste. Uiden inqt naturalr lōga est. Breuē tñ eā posuit: secutus Enniū. Lactātius vō in illud Papi. x. Thebat. Ipa dedi: viden vt iugulo ɔsūpserit ensem. Uiden (inqt) syllaba cū naturaliter lōga sit: tñ eam corripuit secut⁹ authoritatē Maronis. mecum sentit. Nicolaus Ferettus Tibullus. Si vereare precor viden foelicius extis. Ego itaq; credo in oibus naturā iterrogatiui ne seruari: & oēs eiusmodi dictiōes corripi: donec ex veterib⁹ poetis cōtrariū cōstet. Corripe en habēs inis in genitiuo: vt pectē crimē &c. Manili⁹ li. iiij.

En inis.

¶ Crimen vbiq; frequens & laudi noxia iuncta est. hoc est cõtra doctissimum quendam credentẽ nusq; reperiri noxia substantiuũ. Idẽ in eodẽ libro. Quinetiã infelix virtus & noxia felix. & male cõsultus preciũ est. Corripit q; in on scdo declina. qd latini in on vertere solẽt: vt erotiõ iliõ peliõ barbitõ &c. Oui. Ilion & tenedos simoisq; et xanthus & ida. Idẽ in epl'is. Pelion in Tyriã trãsfert felicius orbẽ. Luca. Peliõ opponit radijs nascẽtib9 vmbras. Corripit actũs cuius nti vltia corripit: vt medeã maian & similia: a ntõ in a: menelaõ orpheõ priamõ iacobõ: & ois ali9 actũs ĩ on ab os vel us correpto: parin ibin ityn thetin & thetyn: lz aliq dicãt vltimã pduci tñ: qz thetys etiã legit vltimã corripere: vt docebo in is. Papi. vij. the. Nãq; ferunt raptã patrijs eginã ab vndis. Idẽ scdo achil. Quid si nũc aliquis patrijs raptur9 ab oris. Deidamiã eat. Oui i ibin. Strymonie matres orpheon esse rate. Idẽ in epist. Tu fore tam lentũ iusta menelaon in ira. & geminos fratres tyndareũq; puta. idẽ. vij. met. Pocrin habet dixit. in eodẽ. Tãtaq; nox animi est ityn huc accersi te dixit. Idem in ibide. Et fletu madidis ibin adite genis. Papi. in achil. & thetyn & comites & quos suppresserat ignes. Accusatiui a longis noiatiuis producuntur tantũ: vt enean anchisen helenen & reliqui ab as es & e: de quibus oibus nimis frigide & incerte loquuntur Verula. & Nebrissen. Ouid. Aenean animo nocte dieq; refert. idez. Respice laertem vt iaz sua lumina condas. Priscia. in perihegesi. Europen Asie tanais disiungit ab oris. Oui. in. vj. met. Fecit & asterien aquila luctante teneri. Idẽ. in episto. deianire. mittor ad alcidẽ coniuge cõscia mentis. Litera si cõiũx deianira sua est. sic ceteri quoquot sunt fide digni. ideo nõ recte dixit Sulpi. hec variari. Sidoni. in grecis plerũq; errauit vt sepe ostendimus. vt nunc erat in accusatiuo alciden dicẽs in prefatione tertij panegyrici. Nec que cadmeis pariens alciden in oris suspendit triplici nocte puerperiũ. Martia. Te fingente nefas pyladem odisset orestes. Quidã tñ aliter legũt vt Sido. excusent. Hymen pducunt licet vltima gti Hymenis corripiatur. Catul. Hymen o hymenee hymen ades o hymenee

On scdo. Actũs in u. * Proper ti9. hyrsim & attritis: daphnim arundinibus. En & an accusatiui lõgi. Hymen.

¶ R.

R.

R breuies. Produc cuius patrius eris.
Addito iber aer ether. Sit celtiber anceps.
Ut cor: non longum melius. Producito tantum.
Cor far lar fur nar pax: vix prolem breuiabo.

¶ R corripit: vt mulier pr mr hector nestor licet a grecis pducãtur πατηρ ματηρ ειτωρ &c. teste Nestore: qz videdũ est qd latinis placuerit: nõ qd greci fecerit sic dẽ th &. Nõ ora virũ nõ pectora flectit Imber. atrox rectosq; tenẽt in menia vultus. sic velim9 latine scribere. Oui. j. me. Inferias dederat cũ frib9 hector ianes. Papini. x. Ver. ceteriq;. in hoc errauit Alexãder. Ver. in etna. Purpureoq; rubẽs surgat iubar aureus astro. Mar. li. j. Ecce vir ẽ nũqd. paula negare pot. Et lib. ij. Grãdia verba vbi sunt: Si vir es ecce nega. Oui. j. me. De grege nũc tibi vir & de grege nat9 habend9. cesure licẽtia est. Ver. Hic vir hic est &c. sic reliq: quo circa nolim imitari Petrarchã hoc nomẽ admodũ sepe pducentẽ: vt in tertio aphrice. Hec tibi cura dat vir optie: nã tibi smo dulce est. Ouid. ix. meta. Et paulũ blandita fer has fidissime: dixit. Producunt noia in er habentia eris penul. longa in gtõ: vt Crater character clyster &c. que greca sunt oia pter ver veris. Oui. ver erat externũ. Manil. lib. j. Crater & duplici cẽtaur9 imagine fulget. Idẽ li. v. Ultima pars magni cũ tollit ore leonis. Crater auratis surgit stellat9 ab astris. vulgo mẽdose legit Crater & auratis &c. Proptius lib. iij. Ante fores tẽpli crater antistit auro Libatũ fundẽs l tua sacra meruz. Luca. lib. vj. Si tibi durus iber. aut si tibi terga dedisset. Cãtaber exiguis aut longis teutonus armis. Iber. i. hispanus. Iberes in armenia sunt. Vale. Flac. lib. v. Quos nec iber aut tutissimus auro: a pharetris Sustinet. Celtiber variat. Nã Prisci. li. vij. ait vnicũ nomẽ scdo declinatiõis pducere er: qd est Iber cũ suo cõposito celtiber: de correptiõe satisfacit Mar. dicẽs. li. x. Ducit ad auriferas q me salo celtiber oras. iõ non male dixit Alexãder. Celtiber atq; lacer. & qz celtiberus penulti longa. Catullus ad Egnatiũ. nunc celtiberus celtiberia in terra. Seazõ est. Verg. lib. vj. Largior hic campos ethere lumine vestit. Ouidius sexto metamorphoseos. Audiat hoc ether

Imber. Crater. Iber. Celtiber. Ether.

& si deus vll⁹ in illo est. sic ceteri. Lucreti. lib. v. Inde mare/inde aer/inde ether ignifer ipse. Uide etiã A ante E. Multi credũt aer a Claudiano licenter corripi in p̃mo de raptu. Proserpine dicẽte. Lucidus vmbroso miscebitur axis auerno: sed vt recte docet Calepinus mẽdose legũt: & pulchrũ poete sensum peruertunt: q: axis nõ aer legendũ est. Aer itaq̃ nũq̃ corripit a doctis. Correctius corripit q: semel tm̃ inuenio pduci. Ouid. in episto. Saphus. Molle meũ leuib⁹ cor est violabile telis. Idem v. meta. Inq̃ cor hamata pcussit arundine ditẽ. Idẽ quinto tristiũ. Strangulat inclusus dolor atq̃ cor estuat intus. Ibidem. Molle cor ad timidas sic habet ille p̃ces Idẽ in. j. de pon. Cõfiteor misero molle cor esse mihi. Ausoni. in epig. Qui reminisco putat se dicere posse latine. Hic vbi cõscriptũ est: faceret cor si cor haberet. Nota p nomẽ hic: hic produci. Mar. lib. x. Donate vxori cor arũdine fixit acuta. sic ceteri. Horatius. Cur ego si nequeo ignoroq̃ poeta salutor. Ouid. j. fasto. Añ deos hoĩ q̃d cõciliare valere. Far erat & puri lucida mica salis. Idẽ. v. fasto. Exagitant & lar & turba diana fures. Peruigilãtq̃ canes puigilantq̃ lares. Turba diana. i. canes. q: diana est venatrix. Persi⁹. Fur es ait Pedio. Uergili⁹. in vij. Sulphurea nar albus qua fontesq̃ velini. Ualeri⁹ Flac. lib. j. Par oneri clauoq̃ capax. Silli⁹. xiiij. Par oẽs simul ira rapit. Catul. ad Lesbiã. Ille mihi par esse deo videt. Sap. est. Uerg. in etna. Nã ppe nature par est violẽtia semp. Lucre. in. j. Nec soliti sumus vt par est euenta vocare. idẽ dices de compositis. Horat. sat. iij. lib. ij. Ludere par impar eq̃tare in arundine longa. idẽ. Ut matrona meretrici dispar erit atq̃. Sic ceteri qui puritatem illã lingue latine veterẽ obseruarunt. Quo circa vix imitabor Ausoniũ gallum de ternario numero dicentẽ. Tris primus par impar habet mediũq̃ sʒ ipse &c. nec Auienũ dicentẽ. Dispar erat fragili & solidi cõcordia motus. Ouid. in põto. Hei mihi q̃ dispar est locus illo getis: nec sequar Petrarcham in. vij. aphrice dicentem. Est alium timuisse par est ab origine rerũ. bebeli⁹ ait. Impar. Caius Suetonius Tranquillus corripit preter morem. Tibullus lib. ij. Exiguus pulla per vada linther aqua. grece tamen scribitur per η vt pater: hir volunt produci grãmatici quidam.

Aer. Cor. Cur. * Ouid. Cur opus affectas ambitiose nouum. Far. Lar. Nar. Par cum suis cõpositis. Linther.

¶ As.

As produc. Sed adis que dant patrio breuiantur.

Et terne quarto. vates bonus Helias inquit.

¶ As pducit. vt foras. Hora. ne fidos inter amicos sit q̃ dicta foras eliminet. Bebeli⁹ dicit a Lucretio corripi. ¶ Corripiunt tãtum oia noia tertie: quoꝝ gtũs in adis vel ados desinit. Persi⁹. Hoc natat in labris & in udo est menas & atys. Hora. i arte Pythias emũco lucrata simõe talentũ. Ouid. vj. met. Pallas anũ simulat: sic ceteri. Oui. ij. meta. Arcas adest ter q̃nq̃ ferẽs natalib⁹ annos. Capella lib. j. arcas in thalamos venire iussus. phal. est. habẽs in p̃ma regiõe trocheũ: in qua re imitat⁹ est catullũ id sepicule facientẽ: vt in p̃mo carmine. Quare habe tibi quicquid est libelli Qualecũq̃ quidẽ ora per viroꝝ q̃ res plures decepit. Corripe quoq̃ actm̃ pluralis numeri tertie declinatiõis. Marti. li. ix. Phineas inuites apher & oedipodas. Papi. xj. the. Uota deis caeco: nec erynnias ore rogaui: sʒ libri fere habẽt erynnas p syncopã: & sic pducit. vt dicit Geor. Ualla. Placẽtinus lib. xxxvi. ca. xxix. Ouid. in epi. In te fingebam violẽtos troas ituros. Persi. Phillidas hypsiphylas vatum & plorabile siquid. Uerg. Permixtos heroas & ipse videbit illis. Idẽ. Bonas in montes vt duxerit vna soroꝝ. Idem. x eneid. Indulgent vino vertũt crateras anhelos. Ausonius & Baptista Mantuanus corripiunt Helias. Uide I ante A.

As adis. * Pallas. Oui. vt vidit vultus pallas in amne suos Arcas. As in actõ tertie. * Marti. Ad matrẽ fugiet pentheus ad menadas Orpheus.

¶ Es.

Ponitur es longum. pluralia corripe greca.

Que crescunt. velut es desum penes inquies adde

Cum neutris. Et si patrio est penultima curta

Terne. tolle ceres aries paries abies pes.

¶ Es ꝓducitur. vt anchises dares ⁊c. ꝯtra Mar. Capellã qui false ait. es in grecis corripiꝫ: vt anchises. Uergi. v. enei. Anchises alacris palmas vtrasꝫ tetendit. facile occurrent plura testimonia. in. j. lib. Sillij mẽdose chremes ꝓ chromis legiꝫ. Tũ frõte in chremes intonsam ⁊c. Tu legito Tũ frontẽ chromis intõsam vibrãte capillo Septus ⁊ horrẽtes effingẽs crine galeros. In hac re errauit Sido. teste viro doctissimo Joãne Baptista pio. vt lib. viij. epi. Aut quo tu latiũ beas Horati Alceo potior lyristes ipso. phal. est. vt in laudi. Narbonis. Siue acetes ⁊ inclytus iason. Ultimã in his corripi syllabã iudicamus cũ pio mensui modulorꝝ dissentaneũ: qꝛ per η grece scribunꝫ ποιητης ψαλτης λυρισης αιητης ⁊c. poetes/ psaltes/ lyristes/ aeestes ⁊c. ¶ Corripiunꝫ aũt oĩa greca plr̃is numeri tertie declina. crescẽtia in singulari: veluti demones vascones britones: ⁊ oĩa ab n: peanes delphines sirenes ⁊ q̃cũꝫ additione syllabe faciũt gtĩn ab n. ¶ Oĩa ab er producito: vt presteres crateres. ¶ Omnia ab or penultima genitiui correpta: vt hectores castores. At latina sunt arbores marmores. ¶ Oĩa ab as antis vel adis: vt gigãtes arcades. ¶ Oĩa ab es etis penultima longa preter inquies locuples: qꝛ latina sunt: vt lebetes tapetes dartes magnetes cretes. ¶ Oĩa ab is vel idis vel entis vel ios aut eos vel ys yos: vt pyxides iaspides erynnies: sed lapis ⁊ cuspis latina sunt. ¶ Oĩa ab os ois vt heroes troes ⁊ a ceros: vt rhinocerotes. ⁊ eros vt philerotes. ¶ Oĩa ab us odis ⁊ untis: vt tripodes opuntes. Quedã ex abs ybs aps ops: vt arabes calybes lelapes dolopes cyclopes hydropes ⁊c. Opes aũt latinum est: vt dapes. ¶ Oĩa masculina ab ax: vt thoraces: ⁊ quecunꝫ habent gis: vt leleges ⁊c. preter rex grex remex lex ꝯiunx frux Sunt alia quoꝫ de quibus nõ est certa rl'a vt cares cilices ⁊c. quorꝝ tñ nõnulla latinorꝝ more ꝓduci cernes. id nunꝫ ꝑmisero sine authoritate: adeo rara est ꝓductio: ⁊ tam frequẽs correptio. Papi. the. iij. Nocturneꝫ gemunt striges ⁊ feralia bubo. Dãna canens. Uer. xij. ene. Jam viro rutuli certatim ⁊ troes ⁊ oẽs. Idem. Troes agũt ⁊c. Idem. x. ene. Archades insuetos acies inferre pedestres. Luca. lib. j. Pugnaces pictis ꝓhibebant lingones armis. Juue. Quo nec terribiles cimbri: neꝫ britones vnꝫ. Idem in. xv. sat. Uascones (vt fama est) alimẽtis talibus vsi. Claudia. in. ij. de raptu Proserpine. Jam celũ titanes hñt. Uerg. ene. v. At procul in sola: secrete troades acta. Ouid. x. meta. Urnisꝫ vacarũt Belides: inꝫ tuo sedisti sisyphe saxo. Properti. Tũc me vel tragice vexetis erynnies ⁊ me. Sic cyclopes nereides delphines ⁊ cetera: que oĩa puto melius corripienda esse. nam apud Juuena. saty. xij. Stantibus œnophorꝝ tripodes armaria cistas: cesure licentia videri põt. At longa sunt gades syrtes carides: qꝛ nõ crescunt. Uerg. Quid syrtes aut scylla mihi quid vasta caribdis Profuit. Oui. tamen corripuit tygres. ¶ Es a sum corripiꝫ: ab edo ꝓducitur author Priscianus. Ouid. j. meta. Quisquis es hoc poteris mecum considere saxo. Uerg. Huc ades o formose puer. Oui. Nec potes in versum titicani more venire ⁊c. Hora. Quẽ penes arbitriũ est ⁊c. Inquies cõtra naturã primitiui authore Priscia. ex Probo: quẽ secutus Alexander dixit. Inquies est curta: tamen etis erit sibi lõga Mallem poeticum testimoniũ: quia Probus multa dixit a nullis poetis obseruata: vt pes corripi. Et ideo Bebelius recte dixit inquies melius produci.

¶ Corripiunꝫ noia neutri gñis: vt hippomanes cacoethes ⁊c. author est Georgius Ualla Placentinus lib. xxxviij.. ca. iij. Juuenalis saty. vij. Tenet insanabile multos Scribendi cacoethes: ⁊ egro in corde senescit: ita dicit se in antiquo codice Longobardis exarato literis legisse lingue latine columen Angelus Politianus pro quo inepte legitur cacoethos nihili dictio: vtpote nec latina nec greca. Mancinellus Juuena. interpres sic ait. Cacoethes neutri gñis tetrasyllabũ est. cacon malũ est. ηθος per η. i. ethos per e longũ mos dicitur. sed εθος per o tenue. i. ethos per e breue consuetudo dicitur. Uide plura in e ante t. ¶ Corripiuntur noia tertie in es penultimã genitiui corripientia vtpote que itis etis aut idis penult. breui obtinent: vt miles teres deses ⁊c. Hora. Hec seges ingratos tulit ⁊ feret oibus annis. Uerg. xiij. eñ. Diues inaccessos vbi solis filia lucos. Uerg. in. vj. ene. Obuius armato ceu quũ pedes iret in hostem. Uerg. de viro bono. Securus mundi instar habens teres atꝫ rotundus. Non credo teres produci: licet id testetur Ferettus. Interpres corripitur licet Babtista quodam in loco videatur producere. At solum producuntur ceres abies paries aries: et pes cum suis compositis. Uergilius. Flaua ceres alto ne quicꝫ spectat olympo. Martialis libro tertio. hic farta premitur angulo ceres omnis. Scazon est. sic ceteri, licet Ferettus putet variari, nisi forte Boetius libro tertio. Ode

*Persius sat. iij. Dinomachꝰ ego sũ: suffiasum candidus esto
Lyristes.
Aeetes
Es plr̃is
*Juueñ. sat. iij. Aut stratocles. aut cũ molli.
Demetriꝰ.
Emo.
Striges.
Es verbũ
Penes.
Inquies.
Es neutri. generis.
cacoethes.
Es breue tertie.
Ceres.

prima.vt noua fruge grauis ceres eat. Versus est ithyphallicus cōstans dactylis tribus et pyrrichio: sed forte s eliditur.vt in palus apud Hora. et in cerneres apud Capellā li.vj.dicentē. Hic igit furue oculos splendescere noctis Cerneres: ex auro vt sacra flamma micat. Ego hoꝝ nihil imitari ausim. Preterea nimia frequens est apud Capellā vocalis añ vocalē nō interēpta. Uer.in buc. Popul⁹ in syluis: abies in mōtibus altis. Idē in opusculis. Quā fixā paries illos seruabat in vsus. Luca. Extruitur q̄d nō aries impellere possit. Uerg.in.iij.geor. Pes etiā et camuris hirte sub cornibus aures. Festus in arato. Desuper aurige dexter pes iminet astro. Proper.lib.ij. Que nūq̄ supra pes inimic⁹ eat. Hora.saty.iij. Oia magna loquēs mōs sit mihi mēsa tripes et Cōcha salis puri. Iuue.saty.vj. Hinc stomacho bilis nā pes argēte⁹ illis Oui.v.met. Nec pes ire pōt intra quoqꝫ viscera saxum es. Luca.in.j. Prim⁹ in obliquū sonipes opponit amni. Uerg.ene.iiij. Stat sonipes et frena ferox spumātia mandit. Idē in.x. Tollit et abruptū quadrupes: et calcibus auras Verberat. sic ceteri quotquot puritatē lingue latine inuiolatā custodiere. lꝫ ꝓbus voluerit pes corripi: cui quātūuis vetusto grāmatico sine veteꝝ testimonijs poetaꝝ nihil credim⁹: et multo minus Alexādro Gallo. Nec fidē facit Ausonius gall⁹: hic eñ lꝫ optime multa dixerit q̄dā tñ ꝯ veteꝝ authoritatē nimis audacter aut ex industria: aut p ignorantiā dixit: vt libros nr̄os plegēti ptꝫ. olim itaqꝫ Ausoniū imitari dicentē de nūero ternario. Qui bipes ei q̄drupes foret e tripes oia solus Terruit aoniā volucris leo et c.

* Abies Iuue.saty.ij. Sarraco veniente abies atqꝫ altera pinum.

Pes.

Is.

¶ Is.

Is breuio verum plurales protrabo casus.
Isqꝫ quod in patrio mutatur in itis et inis:
Aut entis. Tethys vario. Glis vis quoqꝫ nomen.
Cum verbo longum est: veluti persona secunda.
Protrabit is quoties itis plurale reponit.

¶ Is corripit. Mar.lib.x. Donaui tñ in quis amico milia quinqꝫ. Quis bis mis tis gti antiq et teste Feretto cis prepositio: q̄d recte obseruauit Petrarcha dicēs in.iiij. Aphrice. Flenda Cisalpinis iam gallica rura colonis. Oui. Quisq̄s es hoc poteris et c. Idem. Cōstituit menses quinqꝫ bis esse suo. Manili⁹ etiā producit. Correptio est melior. Ouid. Hectora q̄ sq̄s is est si sum tibi cura caueto. Producito oēm casuꝫ pluralē in is. Uer. q̄s añ ora patrū et c. Idē. Ois vt tecū meritis ꝓ talibus ānos Exigat Einsmodi actōs doctissim⁹ q̄sqꝫ per ei diphthongō scribit. Dñis pocamatis sardis syrtis gadis pluralia: quoꝝ meminit Geor. Ualla Placentinus.lib.xx. viij. ca.xxxi. ¶ Producunt noia in is q̄ penulti. longa faciunt gtñ crescentē in itis vel in inis vt lis dis sānis salamis. aut in entis et simois pyrois opois. Oui. Lis est cū forma magna pudicitie. Idem in epist. Penelopes. ac ibat simois: hic est sigeia tellus. Oui. interea volucres pyrois cous et ethon. vide vocalē o añ i. Prisc. vult etiā ꝓduci tethys et multa similia: in quib⁹ testimonia poetaꝝ desidero. Nā vnicus Uergilij versus quē solū ꝓ ꝯfirmatione opinionis sue Priscian⁹ hꝫ. mihi non satisfacit in.j.geor. Teqꝫ sibi generū tethys emat oibus vndis. nā Uergilius similiqꝫ loco cesure licētia aliq̄n manifesto vsus est. Esto tñ producat vnicū nomē tethys nō cōtinuo. idē dixeris de ithys athys chelys capis et c. Concedamus itaqꝫ nōnihil grāmaticis et tethys pro Oceani vxore produci pmittam⁹: nō extra cesurā tñ: alioqui corripimus ꝓ Oceani vxore. nā aliud nomē tethis cū i latino notū est corripi tñ. Corripit itaqꝫ prius nomen ab Ouid. in.v. fasto. Et latus oceano quisq̄ deus aduena iunxit. Tethys et extremo sepe recepta loco est. Festus in arato. Est chelys illa dehinc et c. Oui.xiiij.met. Sed capys ante fuit. ¶ Producito glis et vis siue nomē siue vbū cū suis: vt sis pro si vis. q̄uis vterius quinis. Oui. Uis ea si verbi est cur non ego veiouis edem et c. Uerg. Quanis elysios miretur grecia campos. apud Senecā de ꝓuidentia diuina Ardua prima via est: q̄uis et inane recentes. Inepte vulgo habetur et q̄uis et c. Hor. Quilibet argylla q̄duis imitabit vda. Idem. Non cuiuis homini contingit adire corinthū. ¶ Mephis (ne quisq̄ te fallat) corripitur. Habet eñ mēphios in gtō: nō (v

* Iuueñ. sat.ij. Spōsus leuis adhuc non fili⁹ autem pudicus.

* Uergil. dorsum immane mari summo treis aur⁹ ab alto.

Is singlare longum Tethys.

Glis.

Uis.

Mēphis.

male Sedulius credidit: qui cū Baptista erravit) mēphitis. sed a mēphis est mēphitis adiectiuum. Tibul. lib. j. Te canit atq; suū pubes miratur osirim Barbara mēphitem plangere docta bouem. Genitiu⁹ est mēphitidis. Sedulius non recte ait lib. iiij. Tempore mosis carminibus vanis quidā mēphitis in oris. Signa dabant. Mart. lib. vij. Nec te roma minus q̄ tua mēphis amet. Idē lib. viij. Iam tacet eorū barbara mēphis opus. sic in. xj. Sillij. Ais corripit a Sidonio in epithal. polemij. Oriens Bia pluris ais esse malignos. Persi⁹. Nūc ais hūc ꝛc. Aliqui a in pro ais ne: apud Persiū legūt. Ego puto corripi licet ai videat quartā olere. Producūtur secunde psone singulares qñ plurales habent itis penultima lōga vt fis fis velis ꝛc. Mart. Nescis heu nescis domine fastidia Rome. Ouid. xiiij. met. Decidit ꝛ timido possis ignoscere fratri. Uerg. j. geor. Assis o tegee fauens. Ouid. Tu q̄z ac prosis intra tua claustra iacenti. Martia. Esse velis oro seruus cōnina tonantis Propertius lib. ij. Nō audis ꝛ verba sinis mea ludite quū iam. Ouid. Tristis abis oculis abeuntem prosequor vdis. Idē in. j. fastorū. Da mihi te placidū dederis in carmina vires. Ualerius Flaccus lib. v. Astiteris impune trabes. Tibul lib. iiij. Respueris etiā phoebo gratissima dona. Horatius ode. vij. lib. iiij. Cuncta manus audi as fugiunt heredis amico. Que dederis animo. Ibidē producitur occideris. hec preterita esse volunt: ꝛ in plurali produci dederitis ꝛc. Secus est de futuro. Horatius; dixerit egregie Uergilius. Iuueris auxilio. Nescis quidā male crediderūt corripi ab Ouidio in epistolis. vbi in optimo sensu ꝛ correctissimis codicib⁹ in prima persona nescio legitur: sic nescio an exciderint mecū loca: venimus illuc. Apō Propertium quoq; nō dormis in secunda persona: sed in tertia dormit in bono sensu legendum est teste Feretto sic: in secundo lib. Et soror ꝛ cū qua dormit amica simul. apō eundē lib. iiij. nutrit in tertia persona leges nō nutris licet vulgo ita habeatur. Te scelus accepto thrasis polynestoris Auro Nutrit in hospitio non polydore pio. sic quidā libri habent. nō Et scelus accepto ꝛc q̄ lectio plures decepit. Et apud Iuuenalē legēdū est poscis a posco vt doctissime docet Badi⁹ nō; possis a possū ɔtra Mancinellū ꝛ plures. sic sat. v. Tāti ne iniuria cene. Tā ieiuna fames quū poscis honesti⁹ illic Et tremere: ꝛ sordes fratris mordere cāni. Geor. Ual. li. xxxviij. vultis perimi: vt in palus apud Horatiū sed predicta placēt. Uide oro acutissimā; Badij interpretationē ꝛ videbis poscis a posco legendū nō (vt legit Mancinell⁹) possis a possim. Ex his liquet Rigā / Seduliū / Aratorē pluresq; grauiter errasse. Riga in Luca. Dū venis in regnū Christe memento mei. Arator li. vj. Nisi diligis inquit cernere quē potis es: fratrem quē cernere nō est nescis amare deum. Idem nullasq; volens contingere mēsas Esuris ad facinus. Idē. Aduenis inclusos solue re vincla gregi. Sedul. Peruenis ad Christū nō Christus peruenit ad te. Auianus fabulator nō imitandus. Sine decus busti seu velis esse deus. Licet autem venis excusari posset: quia olim veno in tertia dicebatur: tamen quia apud doctissimos non reperitur in vsu: ideo nunq̄ corripiā sed imitabor Uergiliū dicentē in. ij. ene. expetare venis vt te post multa tuorū. Item seu dextra leuaq; velis ocurrere pugne. Errauit cum Aratore Petrarcha corripiens venis. sentis nescis: ꝛ plura quibus supersedeo. Eadem ratione producitur ab Ausonio Faxis.

Ais. Is secūde persone. Nescis. Dormis. Nutris. Poscis. *Uenoin tertia ɔiugatiōe oliz repertum.

¶ Os.

Os. Os in gtō

Os produc. patrius breuis est: compos: ꝛ impos:

Os; q; ossis prebens: rectos breuiato secunde.

Os recti produc: quoties tibi patrius o dat.

¶ Os producitur. Persius. Ut tuus iste nepos olim satur anseris extis. Sidonius male corripuit. vide pronepos in regula de pro in cōpositis. Ouid. vij. meta. Auro Heros Aesonius potitur. Idē. viij. Doleo q' minos hostis amanti est. Uerg. Tros ait enea ꝛc. Corripitur quicūq; gtūs in os: nō solū ados abbas cōtra quosdā. Nec credo Georgio Ualle placētino: q̄ dixit ciusmodi gtōs variari: quia semper correptos inuenio: si quis aliter inuenerit apud veteres poetas ostendat: ꝛ cedem⁹: per solos grāmaticos nihil ꝓbauerit. Oui. j. meta. Arcados hinc sedes ꝛ in hospita tecta tyranni Ingredior. Papi. viij. theb. Thydeos hasta tui. Ouid. Fast. v. Pars credidit esse Thethyos has neptes Oceaniq; senis. Mar. Lib. ij. peleos ꝛ Priami, tran

Polysyllaba dictio.

Quarta. polysyllaba dictio cuius penultima producitur: vltima vero corripitur circumflectit penultimam: vt romanus. quod si vltima producatur: acuet penultimam: vt sacerdos. Athene. ¶ Potestas et cetera que penultimam non naturaliter: sed positione producunt: eandem acuunt: non circumflectunt. nam circumflexus semper est in syllaba naturaliter longa. ¶ Polysyllaba dictio hic dicitur que plures syllabas quam duas continet.

Quinta. Polysyllaba dictio cuius penultima corripitur: ante penultimam acuit: vt affatim acuit teste Gell. lib. vij. ca. vij. Sophia philosophia mulieris scatebra volucris: et reliqua naturaliter correpta. De propterea sunt he regule ex Capella: ex Prisciano: et doctissimis quibusque: vt reliqua que sequuntur omnia.

¶ Exceptiones a dictis regulis sex.

Interrogatio.

¶ Prima exceptio est. Interrogatio accentum mutat: quia vltima interrogationis semper acuitur. vt egone. Quis furor o ciues.

Distinctio vel differentia. Ergo pro causa circum

¶ Secunda distinctionis gratia mutatur accentus: vt vna aduerbium vltimam acuit ne videatur esse nomen. Sic pone prepositio vel aduerbium: sic eo alio illo falso sedulo repente palam porro forte ea aliqua etc. vltimam acuunt dum aduerbia sunt ne putentur esse nomina vel verba vel pronomina vel participia. Alias aduerbium vult Priscianus in vltima circumflecti differentie causa. Ergo pro causa et puta aduerbium eadem ratione vltimam acuunt: vt Sarpedon quando habet sarpedontis: et Per o nomen nymphe: pro calceamento vero regulam seruat: vt sarpedon onis: sic cuius nominatiuus vltimam acuit ad differentiam genitiui cuius: sic circum prepositio: ne actiuus esse putetur. de hoc nonnihil in sequentibus dicam. Menas et Lenas nomina viris proprij vltimam acuunt. ne putentur acti plurales. Has differentias in Tortellio et Prisciano inuenies: nolim ipse nouas fingere.

Concisio vergili etc.

¶ Tertia. Concisio accentum mutat. ideo vocatiui in i secunde declinationis facti per abscisionem us syllabe penultimam acuunt: vt Vergili/ Ouidi/ Mercuri hec est fere omnium grammaticorum doctrina: cui tamen refragatus est Nigidius Figulus vir sui seculi (preter vnum Ciceronem) omnium eruditissimus. Is vocandi casum Valeri in ante penultima acuebat: vt testatur Aulus Gellius lib. xij. noctium atticarum. Nonnulli tamen vt dicit Gellius dictum hoc Nigidij irridebant: sed forsitan imperitiores: ideo dicit vir vndecunque doctissimus Antonius Nebris. tamen Nigidio tribuo vt libentius velim cum eo me errare: quam cum omnibus grammaticis verum dicere. astipulatur Nebrissensi Bebelius nec dissentio.

As pro atis Nomina gentilia in as Nostras. Vestras. quodam modo gentilia sunt, Anthore. anto. neb.

¶ Nomina tertie in as: que in atis olim desinebant: vltimam circumflectunt vt olim penultimam. In concisis semper videndum est quis accentus fuit ante concisionem vt aquinas arpinas tolosas latinas nostras vestras cuias: et proprium viri arxias: vt patet ex Tortellio. Olim dicebant cuiatis etc. nam cuiatis pro cuias in planto leges. ¶ Concisa quoque sunt donec pro donecum: quod in plauto legitur: adhuc huc illuc istuc: illic istic hic duc dic fac: etin prin: subin dein pro adhucce hucce illucce etc. duce dice etc. proinde etc. huic dissyllabum secundam acuit. Concisa quoque sunt petit pro petiuit fumat pro fumauit etc. de quo Serui. in. iij. ene. ibi. Ceciditque superbum Ilium: et omnis humo fumat Neptunia troia: sic ait poetice tempus pro tempore. vt in. ij. ene. quamquam animus meminisse horret luctuque refugit. aut certe natura rei expressit. Nam ruina in breui fit: fumus vero longo permanet tempore. Nam quod ait probus circumflectendam syllabam vt sit fumat pro fumauit: non procedit: quia pone tamen verbum in vltima habet accentum vt significet retro. hec ille. Mecenas viri nomen. Priscianus in libello de accentibus similiter dicit vltimam circumflectere: quia olim nominatiuus fuit mecenatis.

Transpositio. Prepositionum et coniunctionum accentus.

